BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA

RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FR. JACOBS ET **VAL. CH. FR. ROST.**

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

Bedeutend ermässigte Preise.

Erschienen sind bis jetzt:

	ℛ𝓅	Ngr.
Aeschinis oratio in Ctesiphontem, notis instr. *I. H. Bremi.* 8. mai. 1826.	—	7½
Aeschyli Choephorae, illustr. *R. H. Klausen.* 8. mai. 1835	—	22½
—— Agamemno, illustr. *R. H. Klausen.* Ed. II. ed. *R. Enger.* 8. mai. 1863.	1	7½
Anacreontis carmina, **Sapphus** et **Erinnae** fragmenta, annotatt. illustr. *E. A. Moebius.* 8. mai. 1826	—	6
Aristophanis Nubes. Ed. illustr. praef. est *W. S. Teuffel.* Ed. II. 8. mai. 1863.	—	12
Delectus epigrammatum Graecorum, novo ordine conc. et comment. instr. *Fr. Jacobs.* 8. mai. 1826.	—	18
Demosthenis conciones, rec. et explic. *H. Sauppe.* Sect. I. (cont. Philipp. I. et Olynthiacae I—III.) Ed. II. 8. mai. 1845	—	10
Euripidis tragoediae, ed. *Pflugk* et *Klotz.* Vol. I, II et III. Sect. I—III.	4	27
Einzeln:		
—— Medea. Ed. II.	—	15
—— Hecuba. Ed. II.	—	12
—— Andromacha. Ed. II.	—	12
—— Heraclidae. Ed. II.	—	12
—— Helena. Ed. II.	—	12
—— Alcestis. Ed. II.	—	12
—— Hercules furens	—	18
—— Phoenissae	—	18
—— Orestes	—	12
—— Iphigenia Taurica	—	12
—— Iphigenia quae est Aulide	—	12
Hesiodi carmina, recens. et illustr. *C. Goettling.* Ed. II. 8. mai. 1843.	1	—
Einzeln:		
—— Theogonia	—	7½
—— Scutum Herculis	—	5
—— Opera et dies	—	10
—— Homeri certamen, fragmenta et vita Hesiodi	—	15
Homeri Ilias, varietat. lect. adi. *Spitzner.* Sect. I—IV. 8. mai. 1832—36.	1	15
Einzeln:		
—— Sect. I. lib. 1—6	—	9
—— Sect. II. lib. 7—12	—	9
—— Sect. III. lib. 13—18	—	13½
—— Sect. IV. lib. 19—24	—	13½
Die einzige Ausgabe der Ilias, welche den kritischen Apparat vollständig enthält.		
Lysiae et **Aeschinis** orationes selectae, ed. *I. H. Bremi.* 8. mai. 1826.	—	15
Lysiae orationes selectae, ed. *I. H. Bremi.* 8. mai. 1826	—	9
Pindari carmina cum deperditarum fragm., variet. lect. adi. et comment. illustr. *L. Dissen.* Ed. II. cur. *Schneidewin.* Vol. I. 1843. .	1	9
—— Vol. II. Sect. I. II. (Comment. in Olymp. et Pyth.) 1846. 47. (à 15 Ngr.)	1	—
Platonis opera omnia, recensuit, prolegomenis et commentariis instruxit *G. Stallbaum.* X voll. (21 Sectiones). 8. mai. 1836—61. compl.	21	15
Einzeln:		
—— Apologia Socratis et Crito. Ed. IV. 1858	—	24
—— Phaedo. Ed. III. 1850	—	22½

	ℛ	Ngr.
Platonis opera omnia ed. *G. Stallbaum.*		
—— Symposium c. ind. Ed. III. 1852	—	22½
—— Gorgias. Ed. III. 1861	—	24
—— Protagoras. Ed. II. c. ind. 1840	—	24
—— Politia sive de republica libri decem. 2 Voll. Ed. II.	2	15
Einzeln:		
—— —— Vol. I. Lib. I—V. 1858	1	12
—— —— Vol. II. Lib. VI—X. 1859	1	3
—— Phaedrus. Ed. II. 1857	—	24
—— Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Io. Ed. II. 1857	—	27
—— Laches, Charmides, Alcibiades I. II. Ed. II. 1857	—	27
—— Cratylus cum ind. 1835	—	27
—— Euthydemus. 1836	—	21
—— Meno et Euthyphro itemque incerti scriptoris Theages, Erastae et Hipparchus. 1836	1	12
—— Timaeus et Critias. 1838	1	24
—— Theaetetus. 1839	1	12
—— Sophista. 1840	—	27
—— Politicus et incerti auctoris Minos. 1841	—	27
—— Philebus. 1842	—	27
—— Leges. Vol. I. Lib. I—IV. 1858	1	6
—— —— Vol. II. Lib. V—VIII. 1859	1	6
—— —— Vol. III. Lib. IX—XII. et Epinomis. 1860	1	6
Sophoclis tragoediae, rec. et explan. *E. Wunderus.* 2 Voll. 8. mai. 1847—57	3	—
Einzeln:		
—— Philoctetes. Ed. III.	—	12
—— Oedipus tyrannus. Ed. IV.	—	12
—— Oedipus Coloneus. Ed. III.	—	18
—— Antigona. Ed. IV.	—	12
—— Electra. Ed. III.	—	12
—— Aiax. Ed. III.	—	12
—— Trachiniae. Ed. II.	—	12
Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri VIII, explan. *E. F. Poppo.* 4 Voll. 8. mai. 1843—1856	4	—
Einzeln:		
—— Lib. I.	—	18
—— Lib. II.	—	18
—— Lib. III.	—	18
—— Lib. IV.	—	15
—— Lib. V.	—	15
—— Lib. VI.	—	18
—— Lib. VII.	—	15
—— Lib. VIII.	—	15
—— Indices et de historia Thucydidea commentatio	—	20
Xenophontis Cyropaedia, comment. instr. *F. A. Bornemann.* 8. mai. 1838.	—	15
—— Memorabilia (Commentarii), illustr. *R. Kühner.* 8. mai. 1858. Ed. II.	—	27
—— Anabasis (expeditio Cyri min.), illustr. *R. Kühner.* 1852	1	6
Einzeln à 18 Ngr.: Sect. I. Lib. I—IV.		
„ II. „ V—VIII.		
—— Oeconomicus, rec. et explan. *L. Breitenbach.* 8. mai. 1841	—	15
—— Agesilaus ex ead. recens. 8. mai. 1843	—	12
—— Hiero ex ead. rec. 8. mai. 1844	—	7
—— Hellenica, Sect. I. (lib. I. II.), ex ead. rec. 8. mai. 1853	—	12
—— —— Sect. II. (lib. III—VII.), ex ead. rec. 8. mai. 1863	1	18

Unter der Presse befinden sich:

Pindari carmina edd. *L. Dissen* et *F. W. Schneidewin.* Sect. II. Fasc. III: Commentarius in Carmina Nemea et Isthmia nec non in fragmenta ab *E. de Leutsch* confectus.

VALENTINI ROSE

ARISTOTELES

PSEUDEPIGRAPHUS.

VALENTINI ROSE

ARISTOTELES PSEUDEPIGRAPHUS.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
A. MDCCCLXIII.

LIPSIAE TYPIS B. G. TEUBNERI.

ARISTOTELES PSEUDEPIGRAPHUS.

PARS PRIMA

CONTINENS

FRAGMENTA ARISTOTELIS PHILOSOPHICA.

Ἐὰν μὴ αὐτὸς σὺ σαυτοῦ ἀκούσῃς,
ἄλλῳ γε λέγοντι μὴ πιστεύσῃς.
PLATO.

Aristoteles Stagirita dudum post Platonis mortem, cuius non tam discipulus quam auditor fuerat a reliquorum Platonicorum tunc florentium grege penitus universa indole dissentiens, philosophiam diuturnis multorum annorum studiis excultam atque praeparatam edere Athenis coepit (cf. V. Rose de Aristotelis librorum ordine et auctoritate. Berol. 1854, p. 231) circa initium olymp. 110 (vel 109 fin.). exorsus enim a dialecticorum consuetudine statim post Topica prima et Analytica composuit Rhetorica (post ol. 110, 3 cf. Rose p. 121 *)), deinde cum Ethicis (Speusippi morte ol. 110, 2 recentioribus sec. Rose p. 125) Politica ol. 111, 2 (Rose p. 125), quibus subiecit Poetica. iam vero post Metaphysica nova operum physicorum series incipit, quae reliquum vitae tempus omne abstulit, immo ipsius vitae terminos excedens Theophrasti etiam in magistri labores succedentis nomen operamque occupavit. et Physica quidem quae proprie vocantur — neque ea ante ol. 112 perscripta sunt (Rose p. 203) — post l. de Caelo et de Generatione concluduntur Meteorologicis, quae edita sunt c. ol. 113, 1 (Rose p. 204. de Problematicis cf. ib. p. 189. 194). deinde Historiae animalium libris novem quasi quadam introductione (post ol. 112, 2, scil. c. ol. 113, 3—4. cf. Rose p. 216) viam sibi munivit ad edendos libros et psychologicos (ol. 114, 1—2. cf. Rose ib.) et physiologicos (ol. 114, 2—3), in quibus quum hoc ipso anno ol. 114, 3 mortuus sit, magistri quidem opera substitit, discipulorum autem et philosophiae quasi heredum studiis legavit libros ab ipso etsi multis locis annunciatos nunquam tamen perscriptos (Rose p. 175 sqq. 216) περὶ τροφῆς καὶ αὐξήσεως, περὶ νόσων et quibus Theophrasti nomen maxime inclaruit περὶ φυτῶν (quales a Theophrasto editi sunt post ol. 118, 1 et post l. de metallis et lapidibus ol. 116, 2 vulgatos, cf. Rose p. 178. libri eiusdem

*) De tertio libro quem post Diogenis cynici mortem, de cuius mentione p. 1411, 24 facta dixit Greswell, Origin. kalend. Hellen. London 1862 t. III p. 177, scriptum editumque fuisse significatur, alibi dicetur. etenim aut vana est narratio, qua uno eodemque die cum Alexandro rege functus ille vita dicitur D. L. 6, 79 et Plut. qu. conv. 8, 1, 1 cf. D. L. 6, 76 sqq. 44. 57, aut non est ipsius Aristotelis iste tertius, verum a discipulo quodam retractante additus, quem ad modum factum est in metaphysicis.

περὶ ὑδάτων conscripti sunt postquam *Gallorum gens a Cassandro obsessa in Haemum se contulit*, cf. Sen. qu. nat. 3, 11. Plin. 31, 30. quo libro usus est Callimachus apud Antig. mir. 158). atque horum quidem Aristotelis operum praeter Problematica nihil nunc perditum est nisi Politicorum et Poeticorum et Metaphysicorum partes iam ante ipsam grammaticorum Alexandrinorum aetatem pessumdatae. fragmenta autem librorum Aristotelis qui deperditi sint praeter illos, neque extant ulla neque extiterunt. nam quae ex plurimis libris nomine quidem Aristotelis iam bibliothecariorum Alexandrinorum aetate inscriptis plurimae servantur Aristotelis reliquiae, non sunt librorum quos vel ipsius citantis verbis significari videas, vel ad idem tempus quo opera illa gravissima edidit modo recensita omnino pertinuisse verisimile sit, vel quos denique quum serioris tamen originis manifesta in multis vestigia extent, multo antea editos esse autumans ad iuvenem Aristotelem magisque etiam tunc Platonicum referre possis. etenim Aristotelici magisterii auctoritas scholaeque Peripateticae fama quum plurimorum discipulorum scriptis continuata propagaretur, eis quidem quae quasi e magistri sententia disputantium eiusque identidem scientiam recolentium auctorum nominibus passim aut carerent aut si quae gessissent, librariorum incuria facile eis destituerentur, factum est ut quoniam tituli ab aliis postea librariis male suppleti Aristotelis esse perhiberent quod Aristotelicum reperiretur, multorum Aristotelis discipulorum periret memoria atque eo praesertim tempore quo in bibliothecas novo more conditas exemplaria undequaque congererentur, modo Aristotelis nomine modo celeberrimi discipulorum et cuius plurima revera scripta fuissent Theophrasti, diversissimorum scriptorum fetus venum irent. quos titulos postquam bibliographorum Alexandrinorum in philosophorum libris parum curiosorum (Rose p. 29 sqq.) facilis usus recepit, longinqua deinde consuetudo sanxit, non fere erat quomodo posteriores et qui in re critica essent diligentiores (qualis in oratorum scriptis Dionysius Halicarnassensis) corrigerent, nisi ita ut quae Aristotelis esse propter manifesta quaedam serioris temporis indicia nullo modo possent, accenserent Theophrasteis, de multis autem quae sub utroque nomine traderentur utrum Theophrasti esse mallent an Aristotelis an alius dubitarent. atque eodem fere discrimine et ratione parum certa et prudenti saepeque fortuita librorum Aristotelicorum sermonis pariter atque argumenti similitudine cognatorum acervos, quos in bibliothecis veteribus repererant, dividere atque disponere coeperunt *exegetae Attici*, scilicet Andronicus Rhodius, qui tabulas librorum et Aristotelis et Theophrasti primus confecit, seculo ante Christum primo quo et philosopho-

rum studio (velut Panaetii et Posidonii) et philologorum (Alexandri Myndii, Demetrii Magnetis, Dionysii Halicarnassensis, aliorum, praecipue autem Didymi, qui philologorum vera propriaque eruditione illustrium ultimus fere idemque princeps fuit) scriptorum Aristotelicorum memoria renovata est (cf. Rose p. 37) atque post exhausta sectarum vana certamina (Rose p. 34) nova provenit Peripateticorum soboles, quorum diligentia ipsos libros commentariis illustrantium opera nobis Aristotelis philosophica (hoc est omnia) una cum variis librorum pseudonymorum exemplis tradita sunt et conservata. Andronicus autem qui in ipsis novi studii primordiis librorum inventorum et adhuc extantium indices scripsit, in hoc negotio antiquiorum quorundam auctorum et Alexandrinorum iudicio usus est et praecipue Hermippi, qui in vitis philosophorum de Aristotelis quoque vita egerat. cuius quidem antiquiorum iudicii de variis Aristotelis operibus varie opinantium etiamnunc vestigia tibi legere videaris et in ipsius Hermippi fragmentis (cf. infra de Gryllo etc.) et apud Demetrium Magnetem eos scriptores recensentem (Diog. L. 5, 35) quibus idem Aristotelis nomen fuerit et in certis quibusdam onomatologi Hesychiani fragmentis (apud Suidam s. *Νικόμαχος*, ubi filius Aristotelis scripsisse dicitur *ἠθικῶν βιβλία ϛ καὶ περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*, avus autem medicus Nicomachus *ἰατρικῶν βιβλία ϛ καὶ φυσικῶν α̅*. de Nicomachi ethicis cf. Rose p. 88 sq. add. Anon. Paris. in Porphyr. cod. 1939 f. 51ᵃ: *ἔγραψε γὰρ ἠθικὰ Νικομάχεια μεγάλα καὶ μικρά· δεῖ γὰρ εἰδέναι ὅτι Ἀρ. ἔσχε καὶ πατέρα Νικόμαχον καὶ υἱὸν Νικόμαχον, καὶ ἔγραψε πρὸς ἑκατέρους ἠθικὰς πραγματείας καὶ ἐπέγραψε τὰ πρὸς τὸν πατέρα μεγάλα Νικομάχεια, τὰ δὲ πρὸς τὸν υἱὸν μικρά*), in quibus operum Aristotelicorum auctores familiares varii finguntur filius pater avus, ad Hippocraticorum fere librorum exemplum inter Hippocratis familiam criticorum coniectura distributorum. attamen verorum etiam auctorum, quos loco suo Aristotelis nomen moverit, iidem interdum memoriam servaverint non mera semper coniectura redintegratorum, sive aequalium (velut fortasse Menaechmi Sicyonii) sive discipulorum (Theophrasti, Eudemi, Pasicratis, Menonis). cui titulorum incertitudini, quae etiam nunc in testimoniis apparet ad Alexandrinam fontium antiquorum aetatem pertinentibus, finem plerumque (at non ubique, cf. *ὑπομν. ἱστορικά*) fecit tabularum Andronicearum usus, quamvis postea etiam librariorum recentiorum aut incuria aut inscitia ad Aristotelis fere quam ad Theophrasti auctoritatem propensiorum vel etiam antiquum quoddam iudicium resumentium (cf. l. *περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν*, contrarium autem factum esse videtur in l. *de principiis* i. e. in metaphysico Theophrasteo) novam in

hac re inconstantiam pepererit. atque haec omnia librorum modo Aristoteli modo Theophrasto modo aliis Peripateticis tributorum fragmenta quum in unum corpus non Aristotelis, immo *Peripateticorum antiquissimorum* reliquias comprehendens coniungi deberent, nunc ita diviso negotio distraho, ut titulorum antiquitus traditorum sortes secutus exponam ea quae ipsius Aristotelis nomen ferant, reliqua autem et quae Theophrasti audire maluerint Hermanno Usenero (cf. eius analecta Theophrastea Lips. 1858 p. 1) libens concedam.

Est autem librorum illorum, quos recensuit Andronicus quorumque aut integra specimina aut reliquias aequalium eius studio maximam partem excerptas atque a posterioribus auctoribus multis repetitas legimus, et propter aetatem (c. ol. 115 — 130) et propter tractandi rationem ea diversitas, ut sex fere vel septem classes distinguas hasce:

A. antiquiorum:

I. libri discipulorum philosophici quibus ipsa quasi aut continuatur Aristotelis philosophia aut nova editione retractatur, velut inter logica praeter analytica varia categoriarum libri et *περὶ ἑρμηνείας*, rhetorica item Theodectea et oeconomicus primus, porro metaphysici plures ($\overline{α}$ *ἐλ.* $\overline{κ}$, $\overline{λ}$, $\overline{μ}$) qui metaphysicorum Aristotelicorum 14 libris comprehensorum editioni antiquitus inserti sunt (cf. epidemiorum Hippocraticorum corpus etc.) et physicus liber *περὶ κινήσεως* ($\overline{η}$) et *περὶ ζώων κινήσεως* (Rose p. 174). cf. Theophrasti de animalibus et de plantis etc.

II. libri philosophici historici, quibus novo litterarum genere a Peripateticis invento (cf. Theophr. hist. physicorum et Eudemi hist. geometr. et astrolog. etc. Rose p. 70) antiquorum philosophorum rhetorum medicorum placita et enarrantur et iudicantur: cuius generis fuerunt *ἡ ἰατρικὴ συναγωγὴ* Menoni a quibusdam tributa, *τεχνῶν* (*ῥητ.*) *συναγωγή*, item monobiblia varia de ideis Platonicorum, de Pythagoreis, de philosophia Archytea, de Xenophane, de Melisso, de Gorgia, compendia denique librorum Platonicorum de republica de legibus Timaei.

III. Libri historici auctorum ad philologiam vergentium atque ad rerum antiquarum studia ab Alexandrinis potissimum exculta (velut Demetrii Phalerei, Dicaearchi, Philochori), quales fuere *πολιτεῖαι* (scriptae ol. 116 vel 117 et Timaeo notae), olympionicarum et pythionicarum recensus (de Pythico Menaechmi cf. praef. in fr. pythionic.), *διδασκαλίαι* (ante Eratosthenem vulgatae), quibus addas poetarum antiquorum studia variis aporematum poeticorum (Homericorum etc.) libris consignata.

IV. libri populares philosophici, quibus ad Socraticorum et Platonicorum studia ethico-politica dialogique formam Socraticam ab Aristo-

tele verae scientiae conditore consulto neglectam Peripatetica schola gressum reflectit, ex ipsius Theophrasti exemplo qui post Callisthenis regisque Alexandri mortes dialogum edidit περὶ πένθους s. Callisthenem (cf. Clearchi Arcesilas) aliosque. qui Peripateticorum dialogus coaevus fuit et novae comoediae fabulis (cf. de bono fr. 1) et Crantoris dialogis atque Stilponis, qui et ipse praeter alios multos dialogum edidit Ἀριστοτέλης inscriptum (D. L. 2, 120), hoc est in quo Aristotelis dudum mortui eodem fere modo partes essent, quo in dialogorum Pseudaristotelicorum multis. atque si ad Pasicratem auctorem referre haesites, tamen aetati eius adscribendum fuisse l. περὶ ὀργῆς veterum criticorum coniecturae credas. idem autem tempus reliquis quoque dialogis convenire docet protrepticus ante eum qui chriarum Zenonis librum edidit compositus, docet Gryllus nomine Theophrasti Hermippi aetate vulgo inscriptus, item dialogus de poetis ante Eratosthenem et Apollodorum extans, de iustitia dialogus Chrysippo fortasse notus etc.

B. recentiorum:

V. libri philosophici originis paulo recentioris et qui ab ipsis passim non solum Aristotelis sed Theophrasti librorumque Aristoteli male tributorum auctoribus pendeant, tertiam quandam ab Aristotele philosophorum stirpem indicantes, eamque Platonicis nequaquam inimicam nec reliquarum sectarum colores caventem. exempla habes multa: l. περὶ ἀντικειμένων, rhetoricam ad Alexandrum (Rose p. 101), magna moralia Nicomachea, l. de officiis uxoris et mariti, συσσιτικόν, l. de Nilo (ante Eratosthenem scriptum), περὶ χρωμάτων, περὶ φυτῶν, de sterilitate (περὶ τοῦ μὴ γεννᾶν Rose p. 171), περὶ πνεύματος (tempore Erasistrati, v. Rose p. 168), περὶ ἀκουστῶν, physiognomonica, περὶ κόσμου ad Alexandrum (ante Eratosthenem, cf. Rose p. 97. hunc librum ex Ptolemaei ut videtur indice pleniore memorat Hadschi Kh. V, 111 Fl.).

VI. libri collectanei, memorabilia varia et sine ordine ex variis aliorum Peripateticorum libris conscripta continentes (velut aphorismi Hippocratici etc.). huc pertinent problemata varia et aporemata, θαυμάσια ἀκούσματα, zoica (cum ἀνατομῶν epitoma) et fortasse γεωργικά, νόμιμα, δικαιώματα, oeconomicus qui male vocatur secundus, ὑπομνήματα λογικὰ varia et διαιρέσεις (item metaphysicus δ), ὑπομνήματα ἱστορικά, Peplus etc.

VII. libri plane subditicii epistolarum, orationum, carminum ad Peripateticam scholam nihil pertinentes (attamen Hermippi iam aetate pervulgati).

Indicis librorum Aristotelis ab Andronico confecti reliquiae.

Versus finem vitae Aristotelis Marcianae (cod. 257 f. 277) ita narratur: *καὶ τελευτᾷ ἐκεῖσε διαθήκην ἔγγραφον καταλιπών, ἣ φέρεται παρά τε Ἀνδρονίκῳ καὶ Πτολεμαίῳ μετὰ τοῦ πίνακος τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων.* ferebantur igitur et principis commentatorum Aristotelicorum Andronici et Ptolemaei scripta (de philosophia Aristotelis), in quorum utroque tabula quaedam librorum Aristotelis exhiberetur eadem quae recentiorum atque Ammonii eiusque discipulorum aetate nota esset et pervulgata. et Ptolemaeus quidem, etsi nunc mutilus tantum eius index apud Arabes servatus sit, Andronici librum ipse citat fontemque significat. Plutarchus (Sulla 26) item *τοὺς νῦν φερομένους πίνακας* librorum et Aristotelis et Theophrasti ab Andronico scriptos dici asserit. eiusdemque tabulae quasi frusta quaedam apposuisse videntur seriores Aristotelis commentatores, ubi in prolegomenis philosophiae obscuriorum quorundam titulorum exempla memorant (velut David p. 24, 27. b8, qui fontem et ipse prodit Andronicum p. 24, 20). denique Laertii recensum, quocum Ptolemaeus in quibusdam ita conspirat ut ex eodem fonte utrumque hausisse appareat (velut in eo quod a dialogis initium et ipse capit), quum soleat is auctor scriptores quosdam recentes usuque promptiores sine proprio labore ullo repetere atque inter se componere, ex recenti quodam fonte, Favorini scilicet commentariis, excerptum esse videri alibi comprobatum est. Favorinum autem non est qui, si scriptorum Graecorum Romanorumque inde ab altero potissimum post Christum seculo mores noverit, ex antiquis illis bibliothecariorum Alexandrinorum copiis hausisse aestimet ipsosque manu versasse statuat quos identidem citare solent. immo nemo dubitare poterit, quin eosdem illos indices vulgares secutus fuerit, quos Andronico tribuit Plutarchus eius aequalis. itaque ad eundem undique Andronicum Rhodium revertimur, cuius in Aristotelis et Theophrasti operibus edendis disponendisque operam Porphyrius praedicat in vita Plotini (cf. Rose de Ar. libr. p. 28—50). Andronicus autem (nam hoc saltem ex narratione illa vulgata de librorum Aristotelis et Theophrasti bibliotheca Apellicontea pro recto veroque accipi potest) titulos adscripserat ex ipsis libris atque ex *bibliothecis veteribus*

(et ut videtur Atticis), de quibus Adrastus narraverat in libro de ordine librorum Aristotelis (cf. praef. ad fr. log.), una cum singulorum quidem et versuum numero et primis verbis pro more antiquorum bibliothecariorum (cf. de Callimacho Keil in Rhein. Mus. N. F. VI, 110. 117) additis (sicut de categoriis testatur Adrastus, cf. fr. log. 4, et qui generalem versuum numerum memorat Laertius, de quo cf. Usener Rh. Mus. N. F. XIII, 309 sqq). atque idem eodem hoc tempore, quo veterum ab Aristotele philosophorum studia nascebantur philologica, instituit qui Strabone paullo maior fuit (*μικρὸν πρὸ ἡμῶν*) Apollonius Tyrius *ὁ τὸν πίνακα ἐκθεὶς τῶν ἀπὸ Ζήνωνος φιλοσόφων καὶ τῶν βιβλίων* (Strabo XVI p. 757. cf. de Athenodoro D. L. 7, 34). de singulis autem libris qui dubitationem haberent antiquorum testimonia adhibuit Andronicus et praecipue Hermippi, qui de vita Aristotelis et Theophrasti ediderat. nam hoc quidem testantur notae illae ad physicorum Theophrasti septimum et ad principium metaphysicorum cum Andronici et Hermippi testimoniis a librario quodam excerptae. quarum qui auctor fuit Andronico et Nicolao recentior, ad Hermippum certe fontem ipse non redierat, sed ex clarissimo Andronici libro, in quo esset *ἡ ἀναγραφὴ τῶν (Ἀριστοτέλους καὶ) Θεοφράστου*, Hermippi etiam noverat auctoritatem. quod si recte iudicatur, ad Andronici nomen indicis mentionem pertinere potius quam ad Hermippi intelligitur, quo modo autem in hac re Hermippum Andronicus citaverit nulla coniectura effici posse, verum fieri potuisse ut mera excerpentis negligentia ita amborum nomina quasi quorum aequum ius fuisset eademque utilitas coniuncta essent et citantis quem novisset scholii auctor et ignoti eius qui citatur. Hermippi igitur, quem virorum illustrium historiam coluisse scimus, at quem nescimus ad Callimachi magistri exemplum bibliothecarii partes egisse, eius qualis quantaque opera fuerit plane ignoramus. veri quidem simile est et quod et seculi rationi et Hermippeae scriptionis vestigiis magis consonet, eum non dedita opera sed quasi fortuito de singulis tantum libris quaedam adnotasse ubi res ipsae citandi occasionem ferrent. at quoquomodo sese illud habet, hoc tamen constat indices illos qui Favorini et Plutarchi Porphyriique aetate ferrentur quorumque reliquiae apud Laertium et Hesychium et apud Arabes ex Ptolemaeo nunc habentur, ultra Andronici auctoritatem referri nullo modo posse, etiam si eos — id quod nego (Androniceae enim originis in ipsa indicis ratione vestigia extare, ad singulorum librorum fragmenta passim notavi, cf. ad Gryllum, ad l. *π. ἀρχῆς*, ad fr. 2 de ira, ad zoica etc.) simili quodam Hermippi labore niti statueris. praeterea manifestum est indicem Laertianum, etsi ordinis cuiusdam certi librorumque ex argu-

menti ratione dispositorum vestigia relicta habeat, nunc plane esse conturbatum nec tam Andronicei indicis exemplum quam mutilas reliquias comprehendere, in quibus tamen hoc etiamnunc observari possit, quaecunque scripta in scholis legebantur ipsiusque philosophiae quasi corpus efficiebant, a commentatoribus inde ab Andronico varie et disposita et explicata, ea consulto omissa fuisse solosque in maiori hoc indice recenseri eorum titulos qui extra corpus illud ferebantur quod Porphyrio teste in *πραγματείας διεῖλε* composuitque primus Andronicus. Hesychius autem, qui in onomatologo Diogenis Laertii opera ubique usus indicem quoque scriptorum Aristotelicorum, ut plane manifestum est, ex eodem repeteret, quum neque universam illam indicis naturam nec singulorum saepe titulorum rationem perspexisset, librorum qui male neglecti viderentur aliunde titulos reduxit atque tota tabula inscite interpolata falso mutavit multa iterumque atque iterum, si paulo diversus traderetur titulus, apposuit plurima, et maxime in appendice librorum post ultima Laertii additorum. idem scilicet et alios quosdam titulos ex alio fonte haustos tradidit qui apud Laertium nunc certe non extant. etenim quam facile fieri potuerit, ut in hac plurimorum titulorum descriptione nonnulli interim exciderint, hoc quivis concedet qui antiquissimi codicis Laurentiani recensionem multis titulis (Theophrasteis maxime) carentem cum recentioribus exemplaribus comparaverit, ex quibus in margine ille suppletus est. habetur autem vita Aristotelis ex Hesychii lexico sumta biographico illo et bibliographico, cuius fragmenta lexico suo inseruit Suidas, librarii cuiusdam Byzantini opera seorsim scripta praeter Menagii codicem (cf. Observ. ad Laert. p. 202: *hanc Aristotelis vitam incerti auctoris mecum olim communicavit Philippus Loïallaeus nostras, quam unde habuerit mihi non liquet. eam viderat Octavianus Ferrarius teste Nunnesio, qui quidem Nunnesius ea uti quondam prodiret optabat.* cf. vit. Ar. Nunnes. ed. 1666 p. 18: *aliam nactus erat incerto item auctore Octavianus Ferrarius, quae utinam prodiisset. erat enim aliquot locis copiosior, ut quum successores Aristot. ad decem usque producit, et in illa fit mentio indicis librorum Aristotelis*), qui nunc latet, in unico illo chartaceo monasterii S. Ioannis in insula Patmo, quem vidit Tischendorf (Wiener Jahrb. der Litt. Bd. 110. 1845. Anz. Bl. p. 17. cf. eiusdem Reise in den Orient II, 261) cum edito plane conspirantem (id quod ex specimine apud eundem apposito comprobatur. eius idem est titulus qui apud Menagium: *Ἀριστοτέλους βίος καὶ συγγράμματα αὐτοῦ*). denique quod ad indicem Ptolemaei (cf. Rose de Ar. l. p. 45. Ibn-Alkifti apud Casiri I p. 306: *Horum librorum recensiori*

fidem atque auctoritatem adiicit indiculus, quem Ptolemaeus in libro ad Agallim vel Agalliam repraesentat. ubi *ad Aglm* fortasse fuerit *ad Amelium?*), donec meliora dabit, qui litterarum Arabicarum sincere peritus sit, ad duplicem (praeter Hadschi Khalfam, qui Ibn-Alkifti libro usus est) Casirii et Wenrichii operam confugiendum est temeraria saepe titulorum Graecorum comparatione contaminatam. qui quidem Ptolemaeus quum Androniceo fundo et ipse nitatur, posteriorum tamen librariorum usum in quibusdam sequitur, utpote qui librum inter Theophrasteos a Laertio positum περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν Aristoteli cum codicibus servatis attribuit (Wenr. p. 143. item librum Theophrasti περὶ τῶν φωλευόντων ζώων? cf. Wenr. p. 146). idem scholasticos, ut ita dicam, libros ceteris immiscuit qui extra ordinem ferrentur, sicut postea Hesychius. plurimos autem titulos Arabis excerpentis incuria plane omisit.

Laertii indicem ex antiquissimo (saec. XII vel XIII) codice Laur. 69, 13 (de quo cf. Cobet in ed. Paris. p. II) anno 1857 Florentiae ipse descripsi. quem deinde partim Florentiae partim Venetiis contuli cum recentioribus Laur. 69, 35 (= 1) et 69, 28 (= 2), Marcianis 394 (= 3. hic ipsa Bessarionis manu correctus fuit, quam tamen in collatione consulto neglexi) et 393 (= 4). hi omnes membranacei sollennem saec. XIV recensionem referunt, ex qua veterem illum correctoris cuiusdam manus passim mutavit et quos omnissos esse titulos videret in margine addidit. inferioris ordinis chartaceorum saec. XV, quibus fere respondet textus ante Cobetum vulgatus, exemplum habui (a. 1858) codicem bibliothecae Lobcovicianae Raudnicensem (F. c. 38). cuius lectiones, utpote quarum nulla est utilitas, non magis hic repeto quam textus vulgati codicumque in editione Huebneriana passim excerptorum. at non item repudiandus erat Walterus Burley Anglicus (l. de vita et moribus philosophorum et poetarum c. 53: de Aristotele philosopho. cf. Rose de Ar. l. p. 249 sqq.), qui quum indicem librorum Aristotelis ex Diogenis Laertii versione latina saeculo XII confecta (de qua alibi agetur) excerpsisset, antiquissimo codici Graeco par esse auctoritate videretur. eius inspexi praeter editiones Norimbergensem Fr. Creusneri 1479 aliasque codicem Berolinensem theol. lat. qu. 10.

Index Diogenis.

Περὶ δικαιοσύνης ᾱ β̄ γ̄ δ̄.
περὶ ποιητῶν ᾱ β̄ γ̄.
περὶ φιλοσοφίας ᾱ β̄ γ̄.
πολιτικοῦ ᾱ β̄.
περὶ ῥητορικῆς ἢ Γρύλλος ᾱ.
Νήρινθος ᾱ.
σοφιστὴς ᾱ.
Μενέξενος ᾱ.
ἐρωτικὸς ᾱ.
συμπόσιον ᾱ.
περὶ πλούτου ᾱ.
προτρεπτικὸς ᾱ.
περὶ ψυχῆς ᾱ.
περὶ εὐχῆς ᾱ.
περὶ εὐγενείας α.
περὶ ἡδονῆς ᾱ.
Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ ἀποίκων α.
περὶ βασιλείας ᾱ.
περὶ παιδείας ᾱ.
περὶ τἀγαθοῦ ᾱ β̄ γ̄.
τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος ᾱ β̄ γ.
τὰ ἐκ τῆς πολιτείας ᾱ β̄.
οἰκονομικὸς ᾱ.
περὶ φιλίας ᾱ.
περὶ τοῦ πάσχειν ἢ πεπονθέναι ᾱ.

---

3) περὶ φιλ° ᾱ β̄ γ̄ Laur. 4) περὶ πολιτικοῦ ᾱ β̄ Laur. et 1. 5) περὶ ῥητορικῆς γρύλλος ᾱ 1. 2. 3. 4. 6) fort. corr. Κήρινθος. 7) hic tit. inter lineas ad h. l. suppletur a vet. manu Laur., in quo post νήρινθος ᾱ statim sequitur: πλούτου ᾱ, licet hoc infra post 8—10 συμπόσιον ᾱ suo loco repetatur: περὶ πλούτου ᾱ. 8—10 om. 1, at man. sec. supplevit in margine. 9) bis ponitur in 4: ἐρωτικός ᾱ. ἐρωτικός ᾱ. nescio an recte. cf. praef. ad fr. h. l. 16) περὶ ἡδονῆς ἀ|λέξανδρος. ἢ ὑπὲρ ἀποίκων Laur. 23) οἰκονομίας ᾱ Laur. οἰκονομικῶς ᾱ 1. 3. 24) περὶ φιλοσοφίας (ex compendio male lecto cf. ad 3 Laur.), περὶ τοῦ π. 1. 2. 3. 4. περὶ φιλίας. | περὶ τοῦ π. Laur.

περὶ ἐπιστημῶν α̅.
περὶ ἐριστικῶν α̅ β̅.
λύσεις ἐριστικαὶ δ̅.
διαιρέσεις σοφιστικαὶ δ̅.
περὶ ἐναντίων α̅.
περὶ εἰδῶν καὶ γενῶν α.
περὶ ἰδίων α̅.
ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικὰ γ̅.
προτάσεις περὶ ἀρετῆς α̅ β̅.
ἐνστάσεις α̅.
περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων ἢ κατὰ πρόσθεσιν α̅.
περὶ παθῶν ὀργῆς α̅.
ἠθικῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅.
περὶ στοιχείων α̅ β̅ γ̅.
περὶ ἐπιστήμης α̅.
περὶ ἀρχῆς α̅.
διαιρέσεις ιζ̅.
διαιρετικῶν (-κὸν) α̅.
(περὶ) ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως α̅ β̅.
περὶ κινήσεως α̅.

---

27) sic 1. 3. 4. **περὶ ἐρωτικῶν** Laur. et 2, at corr. Laur. in marg. **γρ. ἐριστικῶν.** 28) **ἐραστικαί** 2. 31) **π. ε. κ. γενῶν**|. **περὶ ἰδίων α̅** Laur. **π. ε. κ. γενῶν. περὶ ἰδίων α̅** 2. 3. 4. **π. ε. κ. γενῶν α̅** 1 (et Ambr.), qui quod omiserat **περὶ ἰδίων α̅** in marg. a man. sec. adiectum habet. Burl. *de genere et specie et proprio unum.* duo fuisse libri videntur sese argumento excipientes, separati tamen. 33) ita Laur. (et cod. Ambrosii), **ἐπιχειρητικὰ** 4 et Bess. m. in 3, **ἐπιχειριτικά** 2, **ἐπιγυριτικά** 1 et pr. m. 3. 34) ita mei omnes. 35) ita Laur. (cf. Ambr.), **ἔνστασις α̅** 1. 2. 3. 4. Burl. *de instantiis unum.* 36) **ἢ κατὰ πρόθεσιν α̅** Laur. (et Ambr.) **πρόσθεσιν α̅** 4. **πρόσθεσιν περὶ π. ὀ.** (sine num.) 2. **πρόσθεσιν ε̅** 1. 3 (*secundum propositum quinque* Ambros.). Burl. *de his que multipliciter dicuntur vel secundum additionem unum.* 38) **ε̅** quod addidit Laur., postea erasum est. **α̅ β̅ γ̅ δ̅** 1. 2. 3. 4 (*quattuor* Ambr.). Burl. *de moralibus quinque.* 40) ita Laur., **ὑπὲρ ἐ.** 1. 2. 3. 4. 42) **δ. ἑπτακαίδεκα** 1. 2. 3. 4. 43) ita omnes, sed legendum est **διαιρετικὸν α̅**, sicut infra in altero eiusdem tituli libro. nam nominativus tituli ponitur ubi **ἓν** est **βιβλίον**, genitivus ubi plures enumerantur **πρῶτον δεύτερον** etc. ubi non libri singuli enumerantur, sed aut librorum aut capitulorum tantum unius eiusdemque libri summa traditur, numero item nominativus additur. 44) ita omnes. adde **περί.** 45) ita omnes (item Ambr.).

προτάσεις α̅.
προτάσεις ἐριστικαὶ δ̅.
συλλογισμοὶ α̅.
προτέρων ἀναλυτικῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ς̅ ζ̅ η̅ ϑ̅.
ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων α̅ β̅.
περὶ προβλημάτων α̅.
μεθοδικὰ (-κῶν) α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ς̅ ζ̅ η̅.
περὶ τοῦ βελτίονος α̅.
περὶ τῆς ἰδέας α̅.
ὅροι πρὸ τῶν τοπικῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ς̅ ζ̅.
συλλογισμῶν α̅ β̅.
συλλογιστικὸν καὶ ὅροι α̅.
περὶ τοῦ αἱρετοῦ καὶ τοῦ συμβεβηκότος α̅.
τὰ πρὸ τῶν τόπων α̅.
τοπικῶν πρὸς τοὺς ὅρους α̅ β̅.
πάθη α̅.
διαιρετικὸν α̅.
μαθηματικὸν α̅.
ὁρισμοὶ ιγ̅.
ἐπιχειρημάτων α̅ β̅.
περὶ ἡδονῆς α.
προτάσεις α.
περὶ ἑκουσίου α̅.
περὶ καλοῦ α̅.
θέσεις ἐπιχειρηματικαὶ κε̅.
θέσεις ἐρωτικαὶ δ̅.

---

47) πρ. ἐξοριστικαὶ α̅ Laur., at corr. in marg. γρ. ἐριστικαί. ἐριστικαὶ δ̅ 2. 4 et Bess. in 3, ubi pr. m. correctura deleta est. αἱρετικαὶ δ̅ pr. m. 1, quod corrigitur in αἱριστικαὶ a m. sec. 49) ita omnes (*novem* etiam Ambr., item Hesychius). 52) ita omnes, sed corrigas μεθοδικῶν (Ambr. *de quaestionibus ad disciplinam pertinentibus octo*. cf. Hes.). 53, 54, 55) om. Laur. 55) ὅροι πρώτων (ω suprapositum) τ. 1, ubi ω suprapositum correctoris est. πρῶτον 4. πρώτων 3. πρω των 2. Burl. *de diffinitionibus priorum topicorum (primo topicorum* cod.*)*. 57) συλλογιστικῶν καὶ ὅροι α̅ Laur. et 1. 3. (item Ambr.). 58, 59) om. Laur., sed add. corr. m. in marg. 58) αἱρετικοῦ 2. 60) τοπικὸν 2. 4. 64) τρισκαίδεκα 1. 2. 3. 4. 66) περὶ ἡδονῶν α̅ Laur. 70) ita Laur., θ. ἐπιχειρητικαὶ πέντε καὶ εἴκοσι 1. 2. 3. 4, nisi quod ἐπιχειριτικαὶ 2. 71) ita Laur., cf. Burl. *de positionibus amativis duos*. om. 1. 2. 3. 4 (item Ambr.).

θέσεις φιλικαὶ β̅.
θέσεις περὶ ψυχῆς ᾱ.
(θέσεις) πολιτικὰ (-καὶ) β̅.
πολιτικῆς ἀκροάσεως ὡς ἡ Θεοφράστου ᾱ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ς̅ ζ̅ η.
περὶ δικαίων ᾱ β̅.
τεχνῶν συναγωγὴ (-γῆς) ᾱ β̅.
τέχνης ῥητορικῆς ᾱ β̅.
τέχνη ᾱ.
ἄλλη (-ς) τεχνῶν συναγωγὴ (-γῆς) ᾱ β̅.
μεθοδικὸν ᾱ.
τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγὴ ᾱ.
πραγματείας τέχνης ποιητικῆς ᾱ β.
ἐνθυμήματα ῥητορικὰ α.
περὶ μεγέθους ᾱ.
ἐνθυμημάτων διαιρέσεις α.
περὶ λέξεως ᾱ β̅.
περὶ συμβουλίας ᾱ.
συναγωγῆς ᾱ β̅.
περὶ φύσεως ᾱ β̅ γ̅.
φυσικὸν ᾱ.
περὶ τῆς Ἀρχυτείου φιλοσοφίας ᾱ β̅ γ̅.
περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους ᾱ.
τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων.
πρὸς τὰ Μελίσσου ᾱ.

---

72) **δύο** 1. 3. 74) **δύο** 1. 3. corr. **πολιτικαὶ β̅** i. e. **θέσεις πολιτικαὶ β̅** (ut apud Hesychium). 75) i. e. diversae a vulgaribus Aristotelis politicis et Theophrasteorum similis. cf. 49, 50. in Laur. post **η̅** additur **θ**, puncto in mediam litteram posito postea deletum. 77) **συναγωγή** omnes (compendio scriptum in Laur. **συναγ$\overset{\gamma}{\omega}$**). corr. **συναγωγῆς**. 80) ita Laur., **ἄλλη τέχνη** 1. 2. 3. 4. Burl. *de arte alia (li. II* cod.) corr. **ἄλλης τ. συναγωγῆς**. 82) **τέχνης τῶν Θεοδέκτου συναγωγή** Laur., **τέχνης τῆς Θ. συναγωγῆς** 1. 2. 3. 4. item Ambr. Burl. *de arte introductoria ad divina.* hic igitur legit **εἰσαγωγῆς** cum ed. Frob. Steph. 83) **πραγματεῖαι** codd., **-τείαι** Laur. (i. e. **-τεία**, ut videtur). **πραγματείας** scripsi cum Stephano et cod. Raudn. qui et in hoc et in plurimis consentit cum ed. pr. Froben. Burl. *de negociacione artis practice* (corr. *poetice*). 84) **ἐνθυμήματα ῥητορικὰ περὶ μεγέθους ᾱ** 2. 3. 4 (Ambr.). 86) ita omnes (idem Ambr.). Burl. *de divisionibus conceptionum.* 89) hoc post 90 ponitur in Laur., ubi **συναγωγή** (comp. scr. ut 77 et 82). 92) ita omnes (**-τίου** 3). Burl. *de primitiva philosophia.* 94) ita 1. 2. 3. 4. (**αρ-**

πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος α.
πρὸς τοὺς Πυθαγορείους α̅.
πρὸς τὰ Γοργίου α̅.
πρὸς τὰ Ξενοκράτους (-φάνους) α.
100 πρὸς τὰ Ζήνωνος α̅.
περὶ τῶν Πυθαγορείων α̅.
περὶ ζώων α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ζ̅ η̅ ϑ̅.
ἀνατομῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ζ̅.
ἐκλογὴ ἀνατομῶν α̅.
105 ὑπὲρ τῶν συνθέτων ζώων α̅.
ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων ζώων α.
ὑπὲρ τοῦ μὴ γεννᾶν α̅.
περὶ φυτῶν α̅ β̅.
φυσιογνωμονικὸν α̅.
110 ἰατρικὰ β̅.
περὶ μονάδος α̅.
σημεῖα χειμώνων α̅.
ἀστρονομικὸν α̅.
ὀπτικὸν α̅.
115 περὶ κινήσεως α̅.
περὶ μουσικῆς α̅.
μνημονικὸν α̅.
ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν α β̅ γ̅ δ̅ ε ϛ.
ποιητικῶν α̅.
120 φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον λη̅.

χυτίων 1. 3). τὰ ἐκ τιμαίου κ. τ. α. Laur. Burl. *contra timeum et quedam primitiva.* 96) τὰς Laur. 97, 98, 99, 100 om. Laur., sed corrector titulos 98—101 suppl. in marg. post περὶ τῶν πυθαγ., quod bis nunc legitur. 99) ita omnes, etiam Burl. Ξενοφάνους, quod tamen scribendum est, nusquam legitur. nam de Flor. qui omnino non habet hunc titulum praeterquam in margine, falso testatur Menag. obs. p. 195. 102) huius tituli numerum cum numero tit. 103 commutare videtur 2, qui illius α̅ — ζ̅, huius α̅ — ϑ̅ enumerat. 103) α̅ — ζ̅ Laur. et 4 (cf. 2 ad 102), η̅ add. 1. 3 (et Ambr.). 105) om. Laur. 106) ita omnes. 107) ita omnes. est autem idem liber quod novem historiae animalium libris vulgo sûbiungitur pro decimo male putatus a librariis. 110) δύο 1. 3 (τακτικὰ β̅ cod. Raudn. cum ed. Frob.). 114) om. Laur. sed a corr. apponitur in margine. 118) ἀπὸρημάτων Laur. 119) correxi ποιητικῶν — i. e. ἀπορημάτων ποιητικῶν, cf. Hesych. ποιητικὸν (i. e. -κῶν) α̅ Laur. ποιητικὰ α̅ 1. 2. 3. 4. 120) i. e. ἀπορημάτων vel προβλημάτων φυσι-

ἐπιτεθεαμένων προβλημάτων ᾱ β̄.
ἐγκυκλίων ᾱ β̄.
μηχανικῶν ᾱ.
προβλήματα ἐκ τῶν Δημοκρίτου ζ̄.
125 περὶ τῆς λίθου ᾱ.
παραβολαὶ ᾱ
ἄτακτα ιβ̄.
ἐξηγημένα κατὰ γένος ιδ̄.
δικαιώματα ᾱ.
130 Ὀλυμπιονῖκαι ᾱ.
Πυθιονῖκαι ᾱ.
(περὶ) μουσικῆς ᾱ.
Πυθικὸς ᾱ.
Πυθιονικῶν ἔλεγχοι ᾱ.
135 νῖκαι Διονυσιακαὶ ᾱ.
περὶ τραγῳδιῶν ᾱ.
διδασκαλίαι ᾱ.
παροιμίαι ᾱ.
νόμος συστατικὸς (συσσιτικὸς) α.
140 νόμοι ᾱ β̄ γ̄ δ̄.
κατηγορίαι ᾱ.
περὶ ἑρμηνείας ᾱ.

κῶν. φυσικὰ καταστοιχείων λη̄ Laur. φυσικῶν (φυσικὰ 2. 4) κατὰ στοιχεῖον ὀκτὼ πρὸς τοῖς τριάκοντα 1. 2. 3. 4. κατὰ στοιχεῖον i. e. φ. ᾱ β̄ γ̄ etc. usque ad λη̄. 121) = παρατετηρημένων i. e. problematum ex ipsa rerum observatione iamiam solutorum lib. I et II, quale fuit problema de Nilo. (*inspectorum problematum duos* Ambr.) 122) i. e. ἐγκ. προβλημάτων. hunc tit. om. 2. 123) ita scripsi, ut sit μηχανικῶν προβλημάτων. problemata enim indicant tituli omnes a 118—125. codd. omnes μηχανικὸν ᾱ. 124) i. e. problemata septem. π. ἐκ τῶν Δ. β̄ (non α β̄) Laur. et 2. 4 et pr. m. 1. sed 3 et corrector in 1 habent ζ̄ (*sex* Ambr.). 127) δεκαδύο 1. 2. 3. 4 (πρότακτα cod. Raudn. cum ed. Frob.). 128) ita 2 (cf. Hes.). ἐξηγμένα Laur. et 3. 4, item 1 (nisi quod corrupte hic habet ἐξηνμένα). τέτταρα καὶ δέκα 3. 4. 130) -νίκαι Laur. 131) πυθιονῖκαι ᾱ. μουσικῆς ᾱ 2. πυθιονῖκαι (-νίκαι 1. 3) μουσικῆς ᾱ Laur. et 1. 3. 4 (Ambr.). 134) ita omnes (-κῶν 2, -κων sine acc. Laur.). 135) νίκαι Laur. 137) διδασκαλιῶν ᾱ Laur. 139) νόμος συστατικὸς ᾱ 1. 2. 3. 4 (Ambr.), etiam Burl. *de lege constitutiva I.* νόμοι συστατικοί compendiis scr. Laur. (cf. Hesych.). corrigendum est συσσιτικός. 141) ita scripsi. codd. omnes κατηγοριῶν ᾱ.

πολιτεῖαι πόλεων δυοῖν δεούσαιν ρ̅ξ̅, (κοιναὶ) καὶ ἴδιαι, δημοκρατικαί, ὀλιγαρχικαί, ἀριστοκρατικαί, τυραννικαί.

ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον. Σηλυμβρίων ἐπιστολαί. πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολαὶ δ̅. πρὸς Ἀντίπατρον θ̅. πρὸς Μέντορα ᾱ. πρὸς Ἀρίστωνα ᾱ. πρὸς Ὀλυμπιάδα ᾱ. πρὸς Ἡφαιστίωνα ᾱ. πρὸς Θεμισταγόραν ᾱ. πρὸς Φιλόξενον ᾱ. πρὸς Δημόκριτον ᾱ.

145 *ἔπη, ὧν ἀρχή «ἁγνὲ θεῶν πρέσβισθ' ἑκαταβόλε».*

ἐλεγεῖα, ὧν ἀρχή «καλλιτέκνου μητρὸς θύγατερ».

γίνονται αἱ πᾶσαι μυριάδες στίχων τέσσαρες καὶ τεσσαράκοντα πρὸς τοῖς πεντακισχιλίοις καὶ διακοσίοις ἑβδομήκοντα.

Index Hesychii.

(ex Aegidii Menagii observ. in Diog. Laert. p. 201 cum vitiis omnibus accurate exscriptus.)

Περὶ δικαιοσύνης δ̅. περὶ ποιητῶν γ̅. περὶ φιλοσοφίας δ̅. πολιτικὸν ᾱ. περὶ πολιτικῆς ἢ Γρύλλος γ̅. Νήρινθος ᾱ. περὶ πλούτου ᾱ. σοφιστικῆς ᾱ. περὶ εὐχῆς. Μενέξενος ᾱ. περὶ εὐγενείας ᾱ. ἐρωτικὸς ᾱ. περὶ ψυχῆς ᾱ. προτρεπτικὸν ᾱ. περὶ ἡδονῆς ᾱ. περὶ βασιλείας ᾱ. οἰκονομικὸν ᾱ. περὶ παιδείας ἢ παιδευτικὸν ᾱ. συλλο-

---

143) **πολιτείαι δυοῖν δέουσαι ρ̅ξ̅. καὶ ἰδία δ. ὀλ. τυρ. ἀρ.** Laur. **δυοῖν (δυεῖν** 1. 3) **δεούσαιν ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν καὶ ἰδία (ἰδίαι** Frob. Steph. item cod. Raudn. *seorsumque ad Philippum* Ambr.) **δ. ὀλ. καὶ ἀριστοκρατικαὶ καὶ τυραννικαί** 1. 2. 3. 4. 144) post **Φίλιππον** in codd. omnibus deest numerus. **σηλυβρίων** Laur. **πρὸς ἀλέξ. τέτταρες ἐπιστολαί** 1. 2. 3. 4. **πρὸς ἀντίπ. ἐννέα** 2. **ἐπιστολαὶ πρὸς ἀντ. ἐννέα** 1. 3. 4. **πρὸς μέντορα θ̅** Laur. **πρὸς ἀρίστωνα ᾱ** in 2 ponitur ante **πρὸς μέντορα ᾱ. πρὸς δημόκριτον ᾱ. ἔπη** etc. Laur. **πρὸς δημόκριτον ἔπη ὧν** etc. 1. 2. 3. 4. **ἔπη. ὧν ἀρχαὶ** Laur. **ὧν ἡ αρχή** 2. **πρέσβις θ' ἑκατιβόλε** Laur., **πρέσβις δ' ἑκατάβολε** 1. 3 (sed pr. m. 1 **πρέσβυς**, ut in 4), **θ' ἑκαταβόλε** 2. 4 (**πρέσβευθ'** cod Raudn. cum ed. Frob. et Steph.). **ἐλεγείων (ὧν** add. corr.) **ἀρχή** Laur., **ἐλεγεῖαι ὧν ἀρχή** 1. 3. 4, **ἐλεγεῖα ὧν ἡ ἀρχή** 2.

In subscr. **ἁπᾶσαι** Laur. et 2, **αἱ πᾶσαι** 1. 3. 4. numerus idem in omnibus.

γισμῶν ᾱ. περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ᾱ. περὶ ἀρχῶν ἢ φύσεως ᾱ. Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ ἀποικιῶν ᾱ. τὰ ἐκ τῶν νόμων Πλάτωνος β̄. περὶ φιλίας γ̄. περὶ ἐπιστημῶν ᾱ. περὶ εἰδῶν ᾱ. λύσεις ἐριστικαὶ δ̄. περὶ πάθους ὀργῆς ᾱ. διαιρέσεις σοφιστικαὶ ᾱ. περὶ ἐναντίων ᾱ. ὑπομνημάτων ἐπιχειρητικῶν γ̄. προτάσεις περὶ ἀρετῆς β̄. περὶ στοιχείων γ̄. ἐνστάσεις περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων ἢ τῶν κατὰ πρόθεσιν ᾱ. προτάσεων ᾱ. ἠθικῶν ε̄. περὶ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως ᾱ. προτάσεων ἐριστικῶν ᾱ. περὶ ἰδέας ᾱ. ἀναλυτικῶν προτέρων θ̄. ἀναλυτικῶν ὑστέρων β̄. προβλημάτων μεθοδικά. περὶ τοῦ βελτίονος ᾱ. συλλογισμῶν β̄. συλλογιστικῶν ὅρων ᾱ. περὶ αἱρετοῦ καὶ συμβαίνοντος ᾱ. τὰ πρὸ τῶν τόπων ᾱ. περὶ ἑκουσίων ᾱ. τοπικῶν πρὸς τοὺς ὅρους καὶ πάθη ᾱ. ὁρισμῶν βιβλία ιγ̄. ἐπιχειρημάτων β̄. περὶ κάλλους ᾱ. περὶ δικαίων β̄. θέσεις ἐπιχειρηματικαὶ ἐν βιβλίοις κε̄. θέσεις ἐρωτικαὶ ἐν βιβλίοις δ̄. θέσεις φιλικαὶ ἐν βιβλίοις β̄. θέσεις περὶ ψυχῆς ἐν βιβλίῳ ᾱ. θέσεις πολιτικαὶ β̄. πολιτικῆς ἀκροάσεως ε̄. τεχνῶν συναγωγὴ ᾱ. τέχνης ῥητορικῆς γ̄. τέχνης ᾱ. τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγὴ ἐν γ̄. τέχνης ποιητικῆς β̄. ἐνθυμημάτων ῥητορικῶν ᾱ. περὶ μεγέθους ἐνθυμημάτων καὶ αἱρέσεων. περὶ λέξεως καθαρᾶς ᾱ. περὶ συμβουλῆς ᾱ. περὶ φύσεως ᾱ. περὶ φυσικῶν ᾱ. περὶ τῆς Ἀρχύτου φιλοσοφίας γ̄. περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους ᾱ. ἐκ τῶν Τιμαίου καὶ Ἀρχύτου ᾱ. πρὸς τὰ Μελίσσου ᾱ. πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος ᾱ. περὶ τῶν Πυθαγορείων ᾱ. πρὸς τὰ Γοργίου. περὶ τοῦ μὴ γεννᾶν. περὶ ζῴων θ̄. περὶ τῶν συνθέτων ζῴων ᾱ. περὶ ἀνατομῶν ς̄. ἐκλογὴ τούτων ᾱ. περὶ τῶν μυθολογουμένων ζῴων ᾱ. περὶ φυτῶν β̄. φυσιογνωμονικὰ β̄. περὶ ἰατρικῆς β̄. συμμαχίας χειμώνων ᾱ. περὶ μονάδος ᾱ. ἀστρονομικὸν ᾱ. περὶ κινήσεως ᾱ. ὀπτικὸν ᾱ. περὶ μουσικῆς ᾱ. πέπλον. ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν ζ̄. ἀπορημάτων θείων ᾱ. ποιητικὸν ᾱ. μνημονικὸν ᾱ. φυσικῶν λη̄ κατὰ στοιχεῖον. μεταφυσικὰ ε̄. προβλημάτων ἐπιτεθεαμένων. ἐγκύκλιον β̄. μηχανικὸν ᾱ. κύκλον περὶ ποιητῶν γ̄. προβλημάτων Δημοκριτείων β̄. περὶ τῆς λίθου ᾱ. παραβολῶν ᾱ. διατάκτων ιβ̄. δικαιωμάτων πόλεων ᾱ. ἐξητασμένων κατὰ γένος ιδ̄. ὀλυμπιονίκας βίβλους ᾱ, ἐν ᾧ Μέναιχμον ἐνίκησεν. περὶ μουσικῆς ᾱ. ἐλέγχων σοφιστικῶν, ἢ περὶ ἐριστικῶν νικῶν. Διονυσιακῶν ἀστικῶν καὶ ληναίων προοιμίων ᾱ. περὶ τραγῳδιῶν ᾱ. περὶ διδασκαλιῶν ᾱ. νόμων συστατικῶν ᾱ. νομίμων δ̄. κατηγοριῶν ᾱ. περὶ ἑρμηνείας. προτέρων ἀναλυτικῶν β̄. πολιτείας πόλεων ἰδιωτικῶν καὶ δημοκρατικῶν καὶ ὀλιγαρχικῶν ρνη̄. συσσιτικῶν προβλημάτων γ̄. ἐπιστολὰς ε̄. ἔπη, ὧν ἀρχή «ἁγνὲ θεῶν πρέσβυσθ' ἑκατηβόλε». ἐλεγεῖα, ὧν ἀρχή «καλλιτέχνου μητρὸς θύγατερ».

περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων ε̄. περὶ μακροβιότητος. εἰ δέ ποτε Ὅμηρος ἐποίησεν τὰς ἡλίου βοῦς. ἀπορήματα Ἡσιόδου ἐν ᾱ. ἀπορήματα Ἀρχιλόχου, Εὐριπίδους, Χοιρίλου ἐν βιβλίοις γ̄. ἀπορημάτων ποιητικῶν ᾱ. αἰτίας ποιητικάς. προβλημάτων Ὁμηρικῶν ῑ. φυσικῆς ἀκροάσεως ιη̄. περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς β̄. περὶ μετεώρων δ̄, ἢ μετεωροσκοπικά. περὶ πλούτου ᾱ. περὶ τύχης γ̄. περὶ ῥητορικῆς τῆς μετὰ φυσικὰ ῑ. περὶ ζώων ἱστορίας ῑ. περὶ ζώων κινήσεως γ̄. περὶ ζώων μορίων γ̄. περὶ ζώων γενέσεως γ̄. περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως. περὶ τῆς ἐν τοῖς μαθήμασιν οὐσίας. περὶ συσσιτίων ἢ συμποσίων. περὶ δόξης. περὶ ἀρετῆς. ἢ περὶ φωνῆς. περὶ συμβιώσεως ἀνδρὸς καὶ γυναικός. νόμους ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς. περὶ ἰατρικῆς ζ̄. συμμίκτων ζητημάτων οβ̄, ὥς φησιν Εὔκαιρος ὁ ἀκουστὴς αὐτοῦ. πέπλον· περιέχει δὲ ἱστορίαν σύμμικτον. περὶ χρόνου. περὶ βασιλείας. περὶ παιδείας. περὶ ὄψεως β̄. περὶ ἠθῶν Νικομαχείων ὑποθήκας. περὶ Ἀλεξάνδρου η̄. περὶ ῥήτορος ἢ πολιτικοῦ. τέχνην ἐγκωμιαστικήν. θαυμασίων ἀκουσμάτων. ἐγκώμια ἢ ὕμνους· διάφορα. ἐρωτικῶν ς̄. περὶ εὐγενείας ᾱ. περὶ ἀνθρώπου φύσεως. περὶ κόσμου γενέσεως. νόμιμα Ῥωμαίων. νομίμων βαρβαρικῶν συναγωγή (-γήν cod. Patm.). ψευδεπίγραφα δέ, ἀνατομὴ ἀνθρώπου. ἀπολογία εὐσεβείας πρὸς Εὐρυμέδοντα. γεωργικά. ἐγκώμιον λόγου. μαγικόν. περὶ σωφροσύνης. Ἀλεξάνδρου ἐγκλησία (ἐκκλησία cod. Patm. sec. Tisch., qui finem catalogi adscripsit inde a tit. περὶ ῥήτορος ἢ πολιτικοῦ). ἐγκώμιον πλούτου. πρὸς Ἀλέξανδρον. περὶ μεθόδου. —

Index librorum pseudaristotelicorum, quorum fragmenta habentur.

I. Dialogi.

1. περὶ φιλοσοφίας (fr. 1 — 21).
2. περὶ τἀγαθοῦ (fr. 22 — 25).
3. μαγικός (fr. 26 — 30).
4. Εὔδημος ἢ περὶ ψυχῆς (fr. 31 — 40).
5. περὶ εὐχῆς (fr. 41 — 42).
6. προτρεπτικός (fr. 43 — 44).
7. περὶ παιδείας (fr. 45 — 46).
8. Νήρινθος (fr. 47).
9. σοφιστής (fr. 48 — 50).

10. *Γρύλλος ἢ περὶ ῥητορικῆς* (fr. 51 — 52).
11. *περὶ ποιητῶν* (fr. 53 — 60).
12. *πολιτικός* (fr. 61).
13. *περὶ δικαιοσύνης* (fr. 62 — 68).
14. *περὶ βασιλείας* (fr. 69 — 70).
15. *Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ ἀποίκων* (fr. 71 — 72).
16. *περὶ εὐγενείας* (fr. 73 — 76).
17. *περὶ πλούτου* (77 — 79).
18. *ἐρωτικός* (fr. 80 — 83).
19. (*περὶ ὀργῆς* fr. 84 — 88.)
20. *περὶ μέθης* (fr. 89 — 97).
21. *συμπόσιον* (fr. 98).

II. Logica.

22. *περὶ προβλημάτων* (fr. 99).
23. *διαιρέσεις* (fr. 100).
24. *ὑπομνήματα λογικά* (fr. 101).
    24 a. *μεθοδικά.*
    24 b. *τὰ παρὰ τὴν λέξιν.*
25. *κατηγορίαι* (fr. 102).
26. *περὶ ἀντικειμένων* (*περὶ ἐναντίων.* fr. 103 — 109).

III. Rhetorica et poetica.

27. *τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγή* (fr. 110 — 117).
28. *τεχνῶν συναγωγή* (fr. 118 — 123).
29. (*περὶ συμβουλίας.* fr. 124.)
30. *ἀπορήματα Ὁμηρικά* (fr. 125 — 165).

IV. Ethica.

31. *τὰ ἐκ τῆς πολιτείας Πλάτωνος* (fr. 166).
32. *νόμος συσσιτικός* (fr. 167).
33. (*περὶ συμβιώσεως ἀνδρὸς καὶ γυναικός.* fr. 168 — 169.)

V. Philosophica.

34. *περὶ ἀρχῆς* (fr. 170).
35. *περὶ ἰδεῶν* (fr. 171 — 175).
36. *περὶ τῶν Πυθαγορείων* (fr. 176 — 191).
37. *περὶ τῆς Ἀρχυτείου φιλοσοφίας* (fr. 192).
38. *περὶ Δημοκρίτου* (fr. 193).

VI. Physica.

39. *προβλήματα φυσικά* (fr. 194 — 226).
    39 a. *ἐγκύκλια προβλήματα* (fr. 227).
40. *περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως* (fr. 228 — 229).

41. (*περὶ τῆς λίθου.* fr. 230.)
42. *περὶ σημείων* (fr. 231 — 235).
43. (*ἀστρονομικόν.* fr. 236 — 237.)
44. *περὶ μετάλλων* (fr. 238 — 245).
45. *περὶ φυτῶν* (fr. 246 — 250).
46. *γεωργικά* (fr. 251 — 254).

VII. Zoica.

47. *ζωικά* (s. *ἀνατομαί.* fr. 255 — 311).
48. *ἐκλογὴ ἀνατομῶν* (fr. 312).
49. *περὶ ζώων* (sec. al. Theophrasti. fr. 313 — 324).
(*ὀπτικόν.*)
50. (*περὶ ἀνθρώπου φύσεως.* fr. 325 — 330.)
51. *ἰατρικά* (fr. 331 — 336).

VIII. Historica.

52. *πολιτεῖαι* (fr. 337 — 552).
53. *νόμιμα* (fr. 553 — 559).
54. *δικαιώματα* (fr. 560 — 562).
55. *πυθιονῖκαι* (fr. 563 — 565).
56. *διδασκαλίαι* (fr. 566 — 578).
57. *ὑπομνήματα ἱστορικά* (fr. 579 — 584).
58. *πέπλος* (fr. 585 — 591).

IX. Orationes et epistolae.

59. *ἀπολογία ἀσεβείας* (fr. 592).
60. *πρὸς Ἀλέξανδρον* (*συμβουλευτικός.* fr. 593).
61. *ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρου* (fr. 594).
62. *ἐγκώμιον Πλάτωνος* (fr. 595).
63. *ἐπιστολαί* (fr. 596 — 611).

X. Carmina.

64. *ἔπη* (fr. 612).
65. *ἐλεγεῖα* (fr. 613 — 614).
66. *ἐπιγράμματα* (fr. 615).
67. *ὕμνοι* (fr. 616).

XI. Dubia.

a. Sententiae (ex florilegiis).
b. Chriae (Aristonis).
c. Theologumena (Aristoclis).
d. Falsa varia.

I. ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

Inter perditos libros Aristotelis nullos fere vulgatiores fuisse patet politiis et dialogis. nam sicut politias grammaticis historicisque rerum tractatarum copia commendabat, ita dialogos qui quaestiones apud philosophos post Platonem vulgares populari sermone et intellectu facili stiloque pro Aristotele politiore explicarent, non solum philosophorum Romano praesertim imperio florente, velut Panaetii (π. εὐγενείας) et Posidonii ceterorumque Andronici Didymique aequalium, ipsorumque Romanorum studiis, velut Varronis et Ciceronis, aptos fuisse intelligimus, sed etiam rhetoribus secundum Demetrium qui περὶ ἑρμηνείας scripsit iisque qui quasi miscerent rhetorem et philosophum Dioni Prusensi, Iuliano, Themistio, Basilio ipsique Plutarcho, eosdem autem propter variam virorum illustrium memoriam morumque exempla etiam historicis gratos fuisse. at nihilominus testimoniorum quae extant maxima pars non eorum qui citant lectioni debetur, sed ut reliquorum quae perditos libros spectant plurima philologis aut Alexandrinis aut Varronis Didymique primo et ante et post Christum natum seculo aequalibus, qui tamen et ipsi multa debent Alexandrinis. etenim ut recentiores taceam quos aliena sibi studia arrogasse et consentaneum et manifestum est, velut Proclum et commentatores quos legimus Platonis Aristotelisque plerosque omnes, rerum insuper variarum collectores grammaticos velut Athenaeum et Laertium, num ipsi dialogos viderint eos quidem quos citant verbotenus et ubi citant doctissimi recentiorum Plutarchus (π. ψυχῆς, π. εὐγενείας) item Sextus et Aphrodisiensis Alexander (π. φιλ., π. τἀγαθοῦ) plane incertum est. quanquam fieri potuit ut iidem qui dialogos non omnes quidem sed quosdam legissent, et horum fragmenta et eorum quos non vidissent ex aliis fontibus alia occasione repeterent, id quod de ipsius Ciceronis consuetudine, qui philosophicis certe ipsius Aristotelis libris nunquam usus est, statuendum esse videtur. hic enim *suavitatem* illam dicendi Aristotelicam (top. 1, 3. de invent. II, 2, 6. cf. Brutus 31 120—21. de orat. I, 11, 49) et *flumen orationis aureum* (acad. II, 38

non aliunde novit quam ex dialogis (cf. Madvig ad Cic. de fin. p. 856 not.). legebat enim ut epistolae declarant et Heraclidis et Aristotelis (cuius sequi se morem dicit dialecticum atque peripateticum simul et academicum dialogis editis in contrarias partes disserendi. v. ep. ad div. I, 9. tuscul. disp. II, 3, 9. cf. de orat. III, 21, 80), solennem autem iudicii inde profecti formulam vel ubi de rhetoricis veri Aristotelis scriptis loquitur non dubitat iterum iterumque apponere (de invent. II, 2. top. 1). quod quidem iudicium si dialogorum sermoni narrationum variarum illecebris passim ornato (cf. Eudemi fr. apud Plut. et Cic.) satis convenit, ad ipsam minime spectat dialogi artem, quae Platoni in legum libris negligenti et ad ipsas res intento similis speciem potius inutilem disputationis refert quam disputationem (cf. fr. π. εὐγ.) nec tam suavitate praestitisse intelligitur quam simplici quadam tenuique quaestionum cognitu suavium faciliumque et vulgarium expositione, quae ex Homero passim ducebantur (Dio Chrys. or. 53 p. 634 Emp. *καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασὶ τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν, ἐν πολλοῖς διαλόγοις περὶ τοῦ ποιητοῦ διέξεισι θαυμάζων αὐτὸν ὡς τὸ πολὺ καὶ τιμῶν· ἔτι τε καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός, τούτων δὲ πρότερος Πλάτων πανταχοῦ μέμνηται* ...). quam ex more praeivit prooemium (Cic. ep. ad Att. 4, 16, ubi de dialogis suis loquitur: *itaque cogitabam quoniam in singulis libris utor prooemiis, ut Aristoteles in iis quos ἐξωτερικοὺς vocat, aliquid efficere ut non sine causa istum appellarem* scil. in disputationem quam institui de republica), personarum sermonumque causas explicans, nullo id quidem interiore et Platonico argumenti nexu cum ipsa disputatione coniunctum (cf. Proclus in Parmen. t. IV p. 54 Cous. = p. 503 ed. Stallbaum. Lips. 1841: *τὸ δὲ παντελῶς ἀλλότρια τὰ προοίμια τῶν ἑπομένων εἶναι, καθάπερ τὰ τῶν Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ καὶ Θεοφράστου διαλόγων, πᾶσαν ἀνιᾷ κρίσεως μετέχουσαν ἀκοήν*), nisi quod sicut in Eudemo et dialogo de iustitia, occasionem sermonis describit ex hominum locorumque fatis sumtam. in quo nullum artificii Platonici vestigium nec minima poetae vena cernebatur (cf. Basil. epist. 135 p. 327 ed. Par. 1839: *ὅτι καὶ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων οἱ τοὺς διαλόγους συγγράψαντες Ἀριστοτέλης τε καὶ Θεόφραστος εὐθὺς αὐτῶν ἥψαντο τῶν πραγμάτων διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδειαν. Πλάτων δὲ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ λόγου ὁμοῦ μὲν τοῖς δόγμασι μάχεται, ὁμοῦ δὲ καὶ παρακωμῳδεῖ τὰ πρόσωπα*), licet fabulis rhetorice insertis neque Theophrasti Heraclidisque et Aristonis dialogi caruerint. hoc enim vel solo titulo significant Abaris ille Heraclidis et Aristonis Tithonus et Trophoniana Dicaearchi narratio (cf. Midas ille in Eudemo

Pseudaristotelis). personae vero dialogi finguntur eorum qui dudum mortui essent (velut ipse Plato et qui comparent in Demetrii dialogorum titulis Cleon, Socrates, Artaxerxes, Aristides, Dionysius, et apud Heraclidem Protagoras, Clinias etc.), quorumque sermones sive aliorum ore exceptos sive ipso teste puero habitos auctor narrat, aut cum quibus ipse olim nunc defunctis (velut in Callisthene Theophrasti) ita locutus esset, ut penes ipsum (ut ait Cicero ep. ad Att. 13, 19: *quae autem his temporibus scripsi* Ἀριστοτέλειον *morem habent, in quo sermo ita inducitur ceterorum ut penes ipsum sit principatus.* cf. ep. ad Quintum fr. 3, 5 ubi de dialogis suis: *Aristotelem denique quae de republica et praestante viro scribat ipsum loqui*) fuisset principatus. alteri generi et Platonico eorum dialogorum argumentum convenit fere Platonissans, in quibus quum quaestiones Platonicis familiares agitentur, academica fere obtinet disputatio, licet ab ipso Platone passim auctor dissentiat (quales Eudemus, Cerinthus, Gryllus, Menexenus, de philosophia, de bono, de iustitia). alterum quamvis et ipsum populare sit atque vel ideo sapiat academiam, dialogo Peripatetico Socraticum dialogorum scribendorum morem post Aristotelem ad ceterorum philosophorum exemplum renovanti magis congruum est (dial. de ira, de nobilitate, de regno, de colonis s. Alexander, convivium, cf. Clearchi Arcesilas etc.) utpote veterum Peripateticorum (Pseudaristotelis, Theophrasti) et Platonicorum (Xenocratis, cf. Platonis leges) in ethicis praecipue consensum prodens potius quam dissensum illum de quo Cicero acceperat inter exoterica et scripta philosophica (Cic. de fin. V, 5: *quia duo genera librorum sunt . . . non semper idem dicere videntur*, Peripatetici scilicet Aristoteles et Theophrastus. de exotericis cf. Rose de Ar. l. p. 104 sqq.). hoc enim duplex scribendi genus a discipulis primoque Theophrasto institutum (cf. praef. ad Eudemi fr. et Cic. de fin. 5, 5) cum dialogis multis Aristotelis sermones varios et a discipulis conscriptos tradentibus ad ipsius magistri morem laboremque referebant grammatici librariique subaequales. certe tituli qui Aristotelem auctorem praedicant ad ipsa philologiae et bibliographiae Alexandrinae initia pertinent. ita protrepticum Aristotelis novit Zenonis discipulus Stoicus qui chrias eius edidit, dialogum de iustitia Chrysippus, Hermippus Gryllum, de poetis dialogum Eratosthenes et Apollodorus, item Sotion e quo plurima Favorini et Laertii testimonia manaverunt. a quorum aetate criticae rationis vestigia qua librorum inscriptiones ponerent in duplici et Grylli (Aristotelis sive potius Theophrasti) et libri de ira (Aristotelis sive potius Pasicratis) titulo manent, ab Andronici quidem aetate qui integrum operum Aristotelicorum indicem, Alexandrinorum

quidem et Hermippi de Aristotelis vita libris minime neglectis, primus edidit, fere oblitterata. ex Andronici enim indicibus et Aristotelis librorum et Theophrasti, quorum reliquias Laertius ex Favorino sumtas ad nostram aetatem transmisit, posteriorum omnis notitia derivata est. inde dialogorum titulos viginti novimus, quos ab initio indicis iunctos Laertium exhibere manifestum est. quibus tres praeterea addendi esse videntur librorum *περὶ ὀργῆς* (*περὶ πάθους ὀργῆς*) et *περὶ μέθης* a convivio diversi et magici plurimorum ex iudicio ab Aristotele alieni. quorum omnium fragmenta extant praeter Menexenum (qui Platonicum titulum iterat) et si meam quidem opinionem sequaris libri *περὶ ἡδονῆς* (cf. praef. fr. *π. δικαιοσύνης*). atque hos omnes dialogos viginti tres variis ego Aristotelis tribuo discipulis, non Aristoteli, qui si unquam dialogos scripsit, aut eadem omnes vitae aetate necessario scripsit quum iuvenis adhuc erat et Platonici magisterii auctoritate atque imitatione impeditus (quae quidem criticorum quorundam veterum coniectura fuit), aut si hoc serioris temporis scholaeque Peripateticae vestigia passim relicta vetitant, variis vitae momentis et studiorum quasi quadam remissione iuvenis partim, partim senex edidit. at senem quoque tale quid nunquam cogitasse, studiorum ratio prorsus diversa in libris quos habemus philosophicis usque ad mortis annum (cf. Rose de Ar. l. p. 231) occupati persuadet. omnino autem de Aristotelis ingenio iudicaturo testis fide dignus extat nullus praeter ipsum Aristotelem.

Iam vero dialogorum quos novimus hi sunt tituli:

περὶ φιλοσοφίας.
περὶ τἀγαθοῦ.
μαγικός.
Εὔδημος ἢ περὶ ψυχῆς.
περὶ εὐχῆς.
προτρεπτικός.
περὶ παιδείας.
Νήρινθος (Κήρινθος?).
σοφιστής.
Γρύλλος ἢ περὶ ῥητορικῆς.
Μενέξενος.
περὶ ποιητῶν.
πολιτικός.
περὶ δικαιοσύνης.
περὶ ἡδονῆς.
περὶ βασιλείας.
Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ ἀποίκων.
περὶ εὐγενείας.
περὶ πλούτου.
ἐρωτικός.
περὶ ὀργῆς (περὶ πάθους ὀργῆς).
περὶ μέθης.
συμπόσιον.

I.

Περὶ φιλοσοφίας.

Celeberrimus est locus Aristotelis in libro de anima (1, 2), ubi postquam Platonis in Timaeo de animae natura sententiam tetigit, non iam ipsius Platonis (ut male creditur) sed Platonicorum de Timaei (et Philebi) argumento variis modis disputantium (cf. Plut. de Tim. c. 1. 2) rationes infert his verbis: *ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λεγομένοις* (i. e. in eis quae de philosophia Platonis explicare solebant *οἱ νῦν* philosophi eius amici. cf. Theophr. metaph. p. 312, 18 — 313, 12) *διωρίσθη* (cf. *τῶν διωρισμένων ἐν τοῖς κατὰ φιλ.* de part. an. 1, 1. *τοῖς κατὰ φιλ. λόγοις ἐν οἷς διώρισται* pol. 3, 12), *αὐτὸ μὲν τὸ ζῷον ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας καὶ τοῦ πρώτου μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους, τὰ δ' ἄλλα* (i. e. *τὰ πράγματα*, cf. 404^{b} 18. 25) *ὁμοιοτρόπως* (quae ubi exposuit Themistius adnotat f. 66^{b}: *ταῦτα δὲ ἅπαντα λαβεῖν ἐστὶν ἐκ τῶν περὶ φύσεως Ξενοκράτους.* Simplicius autem f. 7^{a} v. 17: *ὡς ἐκ τῶν ὑπ' Ἀρ. λεγομένων τεκμαίρεσθαι.* idem v. 7: *καὶ σαφέστερον μὲν ἡ τῶν ἀνδρῶν ἔννοια ἐν τοῖς εἰς τὰ μετὰ τὰ φυσικά μοι γεγραμμένοις διήρθρωται.* Aristoteles autem prae ceteris spectasse videtur Speusippum, ex cuius libro *περὶ πυθαγορικῶν ἀριθμῶν* excerpta habent Theolog. arithm., ubi cf. p. 62 Ast. Arist. metaph. 6, 2). *ἔτι δὲ καὶ ἄλλως* (scil. ut addit idem Them. *τὸν αὐτὸν τοῦτον λόγον μετῄεσαν*) *νοῦν μὲν τὸ ἕν* etc. (cf. Sext. p. 223 Bk.) . . . *οἱ μὲν γὰρ ἀριθμοὶ τὰ εἴδη αὐτὰ καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐλέγοντο, εἰσὶ δ' ἐκ τῶν στοιχείων . . . ἔνιοι* (Xenocrates) *συνέπλεξαν . . . ἀποφηνάμενοι τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν κινοῦνθ' ἑαυτόν.* haec parum recte intellexerunt commentatores, Simplicius maxime et Ioannes, quum Platonem de bono disputantem induxisse eiusque quasi *ἀγράφους συνουσίας* descripsisse Platonicos scirent propriis dialogis, quibus magistri sermones, quos variis dialogis (republica, Timaeo et maxime Philebo) expresserat, auditorum animos, sicut et ipse describit (Phileb. p. 14 — 16) et Aristoxeno teste (harm. II p. 30 Meib. cf. Rose de Ar. l. p. 26) describere solebat Aristoteles, admiratione percellentes non minus quam perturbantes novitate, hos igitur et imitati et quum Pythagorica numerorum symbola venarentur diversa ratione persecuti essent. atque has quidem Platonis secundum Platonicos et apud Platonicos opiniones *τὰ λεγόμενα ἄγραφα δόγματα* ipse Aristoteles appellat (phys. 4, 2. in quibus *τὴν ὕλην* dicat *τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν* p. 209^{b} 14 et 35. cf. phys. 3, 4. 3, 6. quae sunt eorum qui Philebum interpretarentur et quod ibi est *τὸ*

μᾶλλον καὶ ἧττον = τὸ ἄπειρον p. 24). quibus verbis abusi commentatores certam quandam et peculiarem Platonis fingunt περὶ τἀγαθοῦ ἀκρόασιν (Alexander apud Simpl. in phys. f. 32[b] sive p. 334[b] 30 Br. qua eadem voce utitur Aristox. l. c.) et secretam numerorum idealium scientiam, quam discipuli οἳ παρεγένοντο varie scriptis consignarint Speusippus Xenocrates Heraclides Hestiaeus Hermodorus (Rose p. 84), ipse denique Aristoteles (rectius Galenus ad l. de nat. hom. t. XV p. 68 Lips. καὶ Πλάτωνος ... οἱ μαθηταὶ λέγουσιν εἶναί τινα παρὰ τὰ γεγραμμένα τῶν ἀγράφων δογμάτων αὐτοῦ). itaque quum ipsius Aristotelis librum quendam verbis supra adscriptis (ἐν τοῖς περὶ φιλ. λεγ.) significari censerent, eius autem libri quibus similia protulisset, titulum fuisse περὶ τἀγαθοῦ assererent [cf. Simpl. de an. Ven. 1527 f. 6[b] fin. περὶ φιλοσοφίας νῦν λέγει τὰ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ αὐτῷ ἐκ τῆς Πλάτωνος ἀναγεγραμμένα συνουσίας, ἐν οἷς ἱστορεῖ τάς τε Πυθαγορείους — i. e. pythagorissantes Platonicorum, v. Rose p. 83. cf. 80 sq. — καὶ Πλατωνικὰς περὶ τῶν ὄντων δόξας. Philop. de an. Ven. 1535 f. C 1[b]: τὰ περὶ τἀγαθοῦ ἐπιγραφόμενα περὶ φιλοσοφίας λέγει. ἐν ἐκείνοις δὲ τὰς ἀγράφους συνουσίας τοῦ Πλάτωνος ἱστορεῖ ὁ Ἀριστοτέλης· ἔστι δὲ γνήσιον αὐτοῦ τὸ βιβλίον· ἱστορεῖ οὖν ἐκεῖ τὴν Πλάτωνος καὶ τῶν Πυθαγορείων περὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῶν δόξαν. λέγει οὖν — in hoc scil. l. de anima loco — φάσκειν αὐτοὺς ὅτι τὰ εἴδη ἀριθμοί εἰσιν, ἀριθμοὶ δὲ δεκαδικοί· ἕκαστον γὰρ τῶν εἰδῶν δεκάδα — 1 + 2 + 3 + 4 = 10 — ἔλεγον, quae cum ceteris omnibus ex vulgari illa inter recentiores Platonicos theologia arithmetica ipse Philoponus adiecit. cf. Anon. eclog. schol. Philoponi Simplicii al. in Ar. de an. in marg. cod. Par. 2034 f. 120[b]: ἤτοι ἐν ταῖς ἀγράφοις συνουσίαις τοῦ Πλάτωνος· ἐκεῖ γὰρ ἱστορεῖ ὁ Ἀριστοτέλης τὰς δόξας τοῦ τε Πλάτωνος καὶ τῶν Πυθαγορείων περί τε τούτων καὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῶν. Suidas p. 11 Bekk. (inde schol. marg. ext. cod. Marc. B ad Il. ε, 320 p. 138 Vill.) ὅτι περὶ τἀγαθοῦ βιβλίον συντάξας Ἀριστοτέλης τὰς ἀγράφους τοῦ Πλάτωνος δόξας ἐν αὐτῷ κατατάττει. καὶ μέμνηται τοῦ συντάγματος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ψυχῆς ἐπονομάζων αὐτὸ (καὶ add. Br.) περὶ φιλοσοφίας: quae ut similia multa apud Suidam exscripta sunt ex Anonymi christiani eclogis inscr. δόξαι περὶ ψυχῆς (Michaelis Pselli sec. Leon. Allatium de Psellis c. 42. Hardt cat. codd. Monac. V p. 551), ex quibus codice Vatic. usus Brandis de perd. Ar. libr. p. 49 hunc locum attulit in editis praetermissum. Io. Tarinus enim quem cum Origenis Philocalia Par. 1618 dudum haec edidisse ignoravit qui partem posteriorem iterum dedit Spengel in ind. lect. Monac. hib. 1847, codicibus Parisiensibus usus

est ut ipse ait corruptissimis. Tarini editionem citat Morelli in bibl. ms. Ven. p. 201 ad cod. Marc. 320. cf. Hardt ad cod. Mon. 538. praeterea cf. Philop. de gen. et corr. f. 50^b, idem in phys. Ven. 1535 f. n 6^a sup. *τὰς ἀγράφους συνουσίας τοῦ Πλάτωνος αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης ἀπεγράψατο.* et Simpl. in phys. f. 126^a = Br. p. 371^b25. ^{b}6. cf. Simpl. in phys. f. 104b], satis illi indicaverunt in libris de philosophia Aristoteli adscriptis non tam *περὶ τῶν ὄντων* rerumque principiis ideis numerisque (sicut in libris de bono) sermonem fuisse institutum quam, ut fragmenta persuadent, *περὶ θεῶν.* eadem autem ratione de causa finali *ἐν τοῖς π. φιλοσοφίας* dictum fuisse negaveris, si ad ethica potius relata videas (Simpl et Philop. in phys. p. 349^b 14. 16. 22. Themist. phys. f. 24^b. idem de an. f. 76^b) quae leguntur apud Ar. phys. 2, 2: *διχῶς γὰρ τὸ οὗ ἕνεκα· εἴρηται δ' ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας* (scil. *λεγομένοις* = *ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις*, cf. Rose p. 105), revera autem spectant ad Platonicorum definitiones ipsumque Platonis Philebum (p. 53—54: *τὸ οὗ ἕνεκα* quod est *ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μοίρᾳ*, et *τὸ ἕνεκά του.* cf. Ps. Arist. metaph. λ, 7. de quo loco Bonitz comm. p. 499), non ad ipsius Aristotelis perditum metaphysicorum librum *περὶ τῶν ποσαχῶς* (cuius quidem locum nunc alius cuiusdam Peripatetici idem argumentum retractantis liber occupat).

Iam vero si Alexander in comm. ad metaphysica (1, 9. 992, 10: *βουλόμενοι δὲ τὰς οὐσίας ἀνάγειν εἰς τὰς ἀρχὰς μήκη μὲν τίθεμεν ἐκ μακροῦ καὶ βραχέος, ἔκ τινος μικροῦ καὶ μεγάλου, καὶ ἐπίπεδον ἐκ πλατέος καὶ στενοῦ, σῶμα δ' ἐκ βαθέος καὶ ταπεινοῦ*) de idearum elementis idem Platonicorum placitum exposuisse monet Aristotelem etiam *ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας*, unde nihil tale traditum habebant commentatores, et si quae ibi eum narrasse aestimat nec tamen nunc nisi ipsis ex loco metaphysicorum proposito Aristotelis verbis repetitis significat (Alex. p. 86, 31 ed. Bonitz. *ἐκτίθεται δὲ τὸ ἀρέσκον αὐτοῖς, ὃ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας εἴρηκε· βουλόμενοι γὰρ τὰ ὄντα . . . ἀνάγειν εἰς τὰς ἀρχάς ἃς ὑπέθεντο· ἦσαν δὲ αὐτοῖς ἀρχαὶ τῶν ὄντων τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν, ἣν ἔλεγον ἀόριστον δυάδα· εἰς δὴ ταύτην θέλοντες πάντα ἀνάγειν, τοῦ μὲν μήκους ἀρχὰς ἔλεγον τὸ βραχὺ καὶ μακρόν, ὡς ἐκ μακροῦ τινὸς καὶ βραχέος τὴν γένεσιν ἔχοντος τοῦ μήκους, ἅ ἐστι μέγα καὶ μικρόν, ἢ ὡς πάσης γραμμῆς ἐν τῷ ἑτέρῳ τούτων οὔσης, τοῦ δὲ ἐπιπέδου τὸ στενὸν καὶ πλατύ, ἃ καὶ αὐτά ἐστι μέγα καὶ μικρόν. εἰπὼν δὲ ταῦτα καὶ ἐκθέμενος τὴν δόξαν αὐτῶν ἐπὶ τούτῳ ἐπιφέρει . . .*), ea igitur revera conveniunt cum eis de quibus primo de anima ipsum Aristotelem testatum perhibent in suo se de philosophia libro docuisse,

manifestum est Alexandrum eiusdem testimonii memorem nihil aliud illic dixisse nisi haec: «*exponit autem Platonicorum placitum, quod ipse etiam ait se tractasse ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας, id est in eo libro in quo ad reliquorum omnium Platonicorum exemplum, qui quidem Platonis de bono sermonibus interfuerant* (id est qui libros ediderant περὶ τἀγαθοῦ inscriptos), *sententias eius* (ut falso statuebant commentatores. nam Platonicorum erant ex Philebo derivatae, non Platonis, vel Aristotele teste metaph. ν, 2. cf. μ, 7) *perscripserat de unitate et indefinita dyade* (ἕν — δυὰς ἀόριστος: μέγα μικρόν), *scilicet ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ*». cf. Simplicius in phys. f. 104ᵇ: τὸ μέντοι ἄπειρον καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς εἶναί φησι (phys. 3, 4. 203, 9) καὶ ἐν ταῖς ἰδέαις. ἀρχὰς γὰρ τῶν αἰσθητῶν τὸ ἓν καὶ τὴν ἀόριστόν φασι δυάδα λέγειν τὸν Πλάτωνα. τὴν δὲ ἀόριστον δυάδα καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς τιθεὶς ἄπειρον εἶναι ἔλεγεν, καὶ τὸ μέγα δὲ καὶ τὸ μικρὸν ἀρχὰς τιθεὶς ἄπειρα εἶναι ἔλεγεν ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ λόγοις, οἷς ὁ Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Ἑστιαῖος καὶ ἄλλοι (cf. ex Alex. f. 32ᵇ) τοῦ Πλάτωνος ἑταῖροι παραγενόμενοι ἀνεγράψαντο τὰ ῥηθέντα αἰνιγματωδῶς ὡς ἐρρήθη. Πορφύριος δὲ διαρθροῦν αὐτὰ ἐπαγγελλόμενος τάδε περὶ αὐτῶν γέγραφεν ἐν τῷ Φιλήβῳ· «αὐτὸς τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον καὶ τὸ σφόδρα καὶ τὸ ἠρέμα τῆς τοῦ ἀπείρου (τῆς ἄπειρον ed.) φύσεως εἶναι βούλεται· ὅπου γὰρ ἂν ταῦτα ἐνῇ κατὰ τὴν ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν προιόντα, οὐχ ἵσταται οὐδὲ περαίνει τὸ μετέχον αὐτῶν, ἀλλὰ πρόεισιν εἰς τὸ τῆς ἀπειρίας ἀόριστον. ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον καὶ τὰ ἀντ' αὐτῶν λεγόμενα ὑπὸ Πλάτωνος τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν . . . ἐν τούτοις δὲ καὶ ἡ ἀόριστος δυὰς ὁρᾶται . . . ταῦτα ὁ Πορφύριος εἶπεν αὐτῇ σχεδὸν τῇ λέξει, διαρθροῦν ἐπαγγειλάμενος τὰ ἐν τῇ περὶ τἀγαθοῦ συνουσίᾳ αἰνιγματωδῶς ῥηθέντα. καὶ ἴσως ὅτι σύμφωνα ἐκεῖνα ἦν τοῖς ἐν Φιλήβῳ γεγραμμένοις. καὶ ὁ Ἀλέξανδρος (ex quo sua mutuaverat Porphyrius in illo commentarii ad Philebum loco) δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν περὶ τἀγαθοῦ λόγων τοῦ Πλάτωνος ὁμολογῶν λέγειν οὓς ἱστόρησαν Ἀριστοτέλης τε καὶ οἱ ἄλλοι τοῦ Πλάτωνος ἑταῖροι, ταδὶ γέγραφεν· «ζητῶν γὰρ τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων ὁ Πλάτων, ἐπεὶ πρῶτος ὁ ἀριθμὸς ἐδόκει αὐτῷ τῇ φύσει εἶναι τῶν ἄλλων . . . ἀρχὴν τοῦτον ἡγεῖτο εἶναι, καὶ τὰς τοῦ πρώτου ἀριθμοῦ ἀρχὰς καὶ παντὸς ἀριθμοῦ ἀρχὰς εἶναι· πρῶτος δὲ ἀριθμὸς ἡ δυάς, ἧς ἀρχὰς ἔλεγεν εἶναι τό τε ἓν καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν (cf. Alex. in metaph. 1, 6. p. 42 Bon.) . . . ἀόριστον δὲ δυάδα ἔλεγεν αὐτὴν τῷ μεγάλου καὶ μικροῦ μετέχουσαν ἤτοι μείζονος καὶ ἐλάττονος τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἔχειν. κατὰ γὰρ ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν προιόντα ταῦτα οὐχ ἵσταται, ἀλλ'

ἐπὶ τὸ τῆς ἀπειρίας ἀόριστον προχωρεῖ etc. in quibus nihil inest, quod aliunde derivatum putetur atque ex ipsius Aristotelis in metaphysicis narratione cum Philebo comparata et composita.

Ad ipsa Aristotelis verba in libro de anima Alexandrum respexisse ubi citavit *τὰ περὶ φιλοσοφίας*, hoc magis etiam patet ex eis quae ad similem locum pseudaristotelici metaphysicorum libri $\bar{\mu}$ ex primo idem repetiverat. perdita enim Alexandri verba ex commentario eius, quem exprimere solent, eisdem plane verbis servaverunt et Syrianus (apud Brandis. de perd. Ar. libris p. 42) et Michael Ephesius (p. 756, 10 Bon.). ita quidem Pseudaristoteles *μ*, 9 p. 1085, 7: *ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ὕστερον γενῶν τοῦ ἀριθμοῦ συμβαίνει τὰ δυσχερῆ, γραμμῆς τε καὶ ἐπιπέδου καὶ σώματος. οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῶν εἰδῶν τοῦ μεγάλου καὶ τοῦ μικροῦ ποιοῦσιν· οἷον ἐκ μακροῦ μὲν καὶ βραχέος τὰ μήκη, πλατέος δὲ καὶ στενοῦ τὰ ἐπίπεδα, ἐκ βαθέος δὲ καὶ ταπεινοῦ τοὺς ὄγκους· ταῦτα δέ ἐστιν εἴδη τοῦ μεγάλου καὶ μικροῦ. τὴν δὲ κατὰ τὸ ἓν ἀρχὴν ἄλλοι ἄλλως τιθέασι τῶν τοιούτων.* ad haec igitur illi: *βουλόμενοί φησι* (Eph. *λέγει δὲ ὅτι βουλόμενοι*) *καὶ τὰ μεγέθη παράγειν ἀπὸ τῶν δύο ἀρχῶν, τοῦ τε ἑνὸς καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος, ἐκ μὲν τῆς δυάδος φασὶ τήν τε γραμμὴν τὸ μακρὸν καὶ βραχὺ λαβεῖν, τό τε ἐπίπεδον τὸ στενὸν καὶ πλατύ* (Eph. *τὸ πλατὺ καὶ στενόν*), *τό τε στερεὸν τὸ βαθὺ καὶ ταπεινόν. ταῦτα γὰρ* (*τὸ μακρὸν καὶ βραχὺ καὶ τὰ λοιπὰ* add. Eph.) *εἴδη ἐκάλουν τοῦ μεγάλου καὶ μικροῦ τοῦ ἐν τῇ ἀορίστῳ δυάδι. τὴν δὲ κατὰ τὸ ἕν, φησίν, ἀρχὴν οὐχ ὁμοίως εἰσῆγον ἅπαντες, ἀλλ᾽ οἱ μὲν αὐτοὺς τοὺς ἀριθμοὺς τὰ εἴδη τοῖς μεγέθεσιν ἔλεγον ἐπιφέρειν, οἷον δυάδα μὲν γραμμῇ, τριάδα δὲ ἐπιπέδῳ, τετράδα δὲ στερεῷ* [cf. praeter Simpl. et Philop. ad Ar. de an. 1, 2 Themist. de an. f. 66[b]: *τοὺς ἀριθμοὺς δὲ ἐκείνους εἴδη τῶν ὄντων ἐτίθεντο . . . τοῦ μὲν οὖν αὐτοζώου, τουτέστι τοῦ κόσμου τοῦ νοητοῦ, στοιχεῖα τὰ πρῶτα ἐποίουν τῶν εἰδητικῶν ἀριθμῶν, τὴν τοῦ ἑνὸς ἰδέαν καὶ τὴν τῆς πρώτης δυάδος καὶ τὴν τῆς πρώτης τριάδος καὶ τὴν τῆς πρώτης τετράδος. ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ νοητῷ κόσμῳ δεῖ πάντως τὰς ἀρχὰς παρεμφαίνεσθαι τοῦ αἰσθητοῦ, ὁ δὲ αἰσθητὸς ἐκ μήκους ἤδη καὶ πλάτους καὶ βάθους, τοῦ μὲν μήκους ἰδέαν εἶναι τὴν πρώτην ἀπεφήναντο δυάδα, ἀπὸ γὰρ ἑνὸς ἐφ᾽ ἓν τὸ μῆκος, τουτέστιν ἀπὸ σημείου ἐπὶ σημεῖον· τοῦ δὲ μήκους ἅμα καὶ πλάτους τὴν πρώτην τριάδα, πρῶτον γὰρ τῶν ἐπιπέδων σχημάτων ἐστὶ τὸ τρίγωνον· τοῦ δὲ μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους τὴν πρώτην τετράδα, πρῶτον γὰρ τῶν στερεῶν ἐστὶν ἡ πυραμίς. ταῦτα δὲ ἅπαντα λαβεῖν ἐστὶν ἐκ τῶν περὶ φύσεως Ξενοκράτους.* cf. similia ex Speusippo in Theol. arithm. p. 62 Ast. *ἔτι πάντες οἱ λόγοι ἐν τῷ δέκα, ὅ τε τοῦ*

ἴσου καὶ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ ἐλάττονος καὶ τοῦ ἐπιμορίου καὶ τῶν λοιπῶν εἰδῶν ἐν αὐτῷ καὶ οἱ γραμμικοὶ καὶ οἱ ἐπίπεδοι καὶ οἱ στερεοί. τὸ μὲν γὰρ ᾱ στιγμή, τὰ δὲ β̄ γραμμή, τὰ δὲ γ̄ τρίγωνον, τὰ δὲ δ̄ πυραμίς· ταῦτα δὲ πάντα ἐστὶ πρῶτα καὶ ἀρχαὶ τῶν καθ' ἕκαστον ὁμογενῶν. de Xenocratis libro *π. φύσεως* cf. Them. de an. f. 71[b] et 72[a]]· *τοιαῦτα γὰρ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας ἱστορεῖ περὶ Πλάτωνος (διὸ καὶ ἐνταῦθα βραχέως καὶ συντόμως τὴν τούτων ἐξέθετο διάνοιαν* add. Eph.), *οἱ δὲ μεθέξει τοῦ ἑνὸς τὸ εἶδος ἀπετέλουν τῶν μεγεθῶν.* in quibus eodem plane modo a Platonis *μεθέξει* (metaph. 1, 6 etc.) Platonicorum quorundam qui (Speusippo ut ego censeo auctore) ideas esse numeros unumque idealium numerorum genus esse statuerent (cf. Bonitz comm. ad metaph. p. 544. 545), *ὁμοίωσις* illa dialectice distinguitur, quo apud commentatores in Ar. phys. 4, 2 de materia Platonica. cf. Themist. p. 371[b]20 Br. *καίτοι τὴν ὕλην ἄλλως μὲν ἐν Τιμαίῳ φησὶ δέχεσθαι τὰ εἴδη, ἄλλως δὲ ἐν τοῖς ἀγράφοις δόγμασιν· ἐκεῖ μὲν γὰρ κατὰ μέθεξιν, ἐν τοῖς ἀγράφοις δὲ καθ' ὁμοίωσιν* i. e. ut Simpl. habet ib. p. 371[b]6: *ἐν δὲ ταῖς ἀγράφοις συνουσίαις* (quas ipse scripsit Arist. sec. Philop. p. 371[b] 25) *μέγα καὶ μικρὸν ἐκάλει.*

Si igitur commentatorum testimonia ut quae ad libros de bono pertineant nihili esse intelligimus neque in eo versatum fuisse auctorem eum qui de philosophia scripsit ut de ideis numerisque Platonice disputaret, prorsus opinionem hanc confirmat notum illud ex tertio libro Ciceronis testimonium, quo ipsa omnis argumenti summa tangitur. theologum agnoscimus ex opinione vulgari disputantem cum Platone, non philosophum qui Aristotelis morem exemplumque secutus sine metaphora primas rerum causas definiret. theologia traditur non eadem quae prima philosophia Aristotelis, sed quae astronomia Platonis (velut in ultimo eius scripto — cf. Rose p. 25 — Epinomide p. 990 in. cf. Tim. p. 47), qui deum mentem mundique divini animalis regem praedicaret verosque deos quos vulgus suspiceret, astra esse diceret quae divinae naturae quasi imaginem referant utpote animantium omnium genus principale. atque eandem theologiam popularem praeter eos qui proprie Platonici vocantur, Peripateticos etiam commendasse Theophrasti exemplo docemur. in quo argumento quum barbarorum quoque et antiquissimorum ipsius Graeciae theologorum consensus explorandi parata occasio esset, de Magis et Aegyptiis exterisque gentibus (quarum in ceterorum Peripateticorum post Alexandrum regem libris larga esset memoria, velut de Aegyptiis ipsisque Iudaeis Syrisque apud Theophrastum in dialogo *περὶ εὐσεβείας* Porph. de abst. II p. 106. 147. cf. 137, in Eudemi theologica historia de Magis

Sidoniis Aegyptiisque sec. Damascium de princ. p. 384. 385, de Magis in Heraclidis dialogo Ζωροάστρης Plut. adv. Col. 14. cf. Strabo II p. 98. 100, item in Theophrasti inscripto Ἀκίχαρος de Babyloniis sec. Mülleri Fr. hist. II p. 26. cf. Indum Aristoxeni fr. 31, Iudaeum Clearchi fr. 69. de Magis Platonici etiam Hermodorus D. L. 1, 2. 1, 8 et Xenocrates apud Plut. de Tim. c. 2 etc.) atque de Orphica theologia aliisque pro more Peripateticorum historice multa inserebantur. qualis quidem tractandi ratio libro populariter scripto optime convenit. dialogos enim fuisse libros de philosophia (sicut Speusippi de philosophia apud D. L. 4, 4. ceterum cf. Xenocratis librum eodem titulo inscriptum ib. 4, 13) nunc certum testimonium extat Prisciani Lydi fontes suos recensentis in praefatione quaestionum naturalium ad Chosroem Persarum regem (de quibus cf. Rose p. 87. 45, ubi pro Ptolemaeo Vincentii ex editis p. 556 nunc resurgit Plotinus) p. 553 ed. Dübner (post Plotinum Paris. 1855): *ex Platonico enim Timaeo Phaedoneque et Phaedro et Politia et aliis convenientibus disputationibus assumpta atque confecta sunt, et actionibus Aristotelis de physica et de coelo et de generatione et corruptione et μετεώρων, similiter quoque ex his quae sunt de somno et somniis et* ***ex his quae quasi in dialogis scripta sunt de philosophia et de mundis.*** *Theophrastus item* etc. ipsum autem magistrum Platonem et *philosophiae* quae proprie vocatur conditorem (cf. de rep. VII, p. 521) sermones de philosophia hosce habuisse statuerim, quibus qui narret auctor adolescens interfuerit. quapropter Platonicorum titulo semel eosdem citari (Bournot, Platonica Aristotelis opusc. p. 15), etsi scrupulus resideat, non iam miraberis. nec magis miraberis, quum idearum numerorumque, de quibus ipsis in dialogo de bono disputabatur, non prorsus nullam in his memoriam fuisse ex uno illo Syriani loco comprobari videas, de quo quum libri numerus (ἐν τῷ $\overline{\beta}$) definiatur vix est cur dubitetur. quem Alexandro Aphrodisiensi, sicut reliqua Pythagoricis exceptis omnia, Syrianum debere manifestum est. Alexander autem, quum saepius certe citasset qui ipse nosset libros ad expositionem eorum quibus Platonicos Aristoteles impugnaverat in metaphysicis quam maxime opportunos de philosophia de bono de ideis, is igitur et ipse antiquiorem doctrinam recoquit sive Aspasii qui antea commentarium in metaphysica ediderat, licet si ex eiusdem ad ethica commentariis (ineditis) iudicium feramus minus eruditum, sive alius cuiusdam. hoc idem autem fragmentum si de aetate auctoris quaeras maximi momenti est. nam quum Speusippum potius tangat ideales numeros profitentem quam Platonem, quumque ex Aristotelis sententia et Peripateticorum numerorum usum symbolicum inutilem-

que a Platonicis excogitatum redarguat eodem fere modo quo Aristoteles in metaphysicis, aut ad senioris Aristotelis tempora pertinet eaque quibus Platonicam sententiam urgentibus adversariis (cf. met. μ, 9. 1086, 2—5) ita mutaret Xenocrates, ut mathematicos modo numeros concederet, hoc est ipsam rei formam numeri nomine exprimens ad simplex illud Pythagoreorum dogma formas Aristotelicas (*τὰ εἴδη*) imagine quadam numeri designantium (cf. met. ν, 3. 1090, 20 — b5. μ, 6. 1080b14 — 20. ubi Pythagoreos comparat et Xenocratem, cuius de substantiis sententiam Platoni et Speusippo tertiam solet componere, velut λ, 1: *ἄλλη δὲ ἀκίνητος· καὶ ταύτην τινὲς εἶναί φασι χωριστήν, οἱ μὲν εἰς δύο διαιροῦντες* [Plato], *οἱ δὲ εἰς μίαν φύσιν τιθέντες τὰ εἴδη καὶ τὰ μαθηματικά* [Speusippus], *οἱ δὲ τὰ μαθηματικὰ μόνον τούτων* [Xenocrates], cf. ζ, 2. μ, 6. 9. ν, 3) rediret, sicut inter ipsos Peripateticos Dicaearchus (eadem enim est animae harmonia quae numerus Xenocratis, idemque apud utrumque argumentorum contra harmoniam numerosque mere dialecticorum neglectus) — quod nego, nullus enim talis dialogi locus est in mediis iis scriptis quae servantur quaeque quum alienum prorsus ingenium demonstrent Aristotelis esse ab omnibus et nunc et olim conceduntur, aut ad popularem discipulorum Aristotelis scriptionem, quorum rationi plane convenit. Theophrasteae igitur aetati et hos de philosophia libros tribuo et reliquos omnes auctorum Peripateticorum dialogos Aristotelis nomine a bibliothecariis Alexandrinis librariisque eorum aequalibus inscriptos.

1.

Cic. de fin. 2, 12, 39: *primum (semovendas putabo sententias) Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum in ea voluptate quae maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere contemnentes istam vacuitatem doloris. hi non viderunt, ut ad cursum equum, ad arandum bovem, ad indagandum canem, sic hominem ad duas res, ut ait* A r i s t o t e l e s, *ad intelligendum et agendum esse natum quasi mortalem deum. contraque ut tardam aliquam et languidam pecudem, ad pastum et ad procreandi voluptatem hoc divinum animal ortum esse voluerunt. quo nihil mihi videtur absurdius.*

2.

Cic. Tusc. disp. 3, 28, 69: *itaque* A r i s t o t e l e s *veteres philosophos accusans, qui existimavissent philosophiam suis ingeniis esse perfectam, ait eos aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse. sed se videre,*

quod paucis annis magna accessio facta esset, brevi tempore philosophiam plane absolutam fore.

Hunc Ciceronis locum reddidit Lactantius div. inst. 3, 28.

De antiquissima philosophiae origine (Plato epin. p. 986 sq.) cf. veterum scriptorum (velut Hermodori Platonis discipuli ἐν τῷ περὶ τῶν μαθημάτων 1, 2. 1, 8. cf. Simpl. phys. f. 54[b] ἐκ τῆς περὶ Πλάτωνος αὐτοῦ συγγραφῆς. D. L. 2, 106. 3, 6) testimonia ex Sotione derivata apud Diog. Laert. 1, 1—9.

3.

Synesius calvit. encom. c. 22 (ed. Krabinger 1834 p. 29): εἰ δὲ καὶ ἡ παροιμία σοφόν· πῶς δ' οὐχὶ σοφὸν περὶ ὧν Ἀριστοτέλης φησίν, ὅτι παλαιᾶς εἰσὶ φιλοσοφίας ἐν ταῖς μεγίσταις ἀνθρώπων φθοραῖς ἀπολομένης ἐγκαταλείμματα περισωθέντα διὰ συντομίαν καὶ δεξιότητα; παροιμία δήπου καὶ τοῦτο ...

Hanc de proverbiorum origine sententiam ex solenni illo et Platonis (in politico praecipue et in Timaeo et in legibus) et Aristotelis et Peripateticorum placito de rerum atque philosophiae non solum antiquitate sed vicissitudine repetitam huic dialogi de philosophiae principio aptam censeo, nego autem ad proverbiorum libri (παροιμίαι ᾱ D. L. 5, 26. cf. ad fr. polit. ult.) praefationem recte referri. huius enim neque apud paroemiographos, qui ex politiis maxime Aristotelem multorum proverbiorum testem appellant, neque alibi vestigium ullum cernitur.

Simillimus est locus (et quem ipsum Synesii memoriae obversatum fuisse paene suspiceris) Pseudaristotelici auctoris libri metaphysici λ, 8. 1074[b]10 fabulosas de deis opiniones antiquae cuiusdam philosophiae reliquias esse censentis: πολλάκις εὑρημένης εἰς τὸ δυνατὸν ἑκάστης καὶ τέχνης καὶ φιλοσοφίας καὶ πάλιν φθειρομένων, καὶ ταύτας τὰς δόξας ἐκείνων οἷον λείψανα περισεσῶσθαι μέχρι τοῦ νῦν. cf. Arist. meteor. 1, 3. 339[b]27. de coelo 1, 3. 270[b]16. polit. 7, 10. 1329[b]25, in quibus locis eisdem fere verbis ἀπειράκις τὰς αὐτὰς δόξας inter homines orbe quodam redire repetitur (de quo rerum orbe cf. maxime meteor. 1, 14 quam Aristotelis disputationem simul et Platonis in rep. p. 546 respicit Proclus in Tim. p. 255[d] et p. 36[b]. praeterea cf. Ar. phys. 4, 14. 223[b]24. probl. 17, 3). eandem de artibus sententiam Peripateticam uberius explicaverat Theophrastus (apud Philon. opp. Frf. 1691 p. 964. cf. p. 959 c — 964 e) suamque fecit auctor libelli qui Ocelli Lucani titulum veterisque Pythagorei famam antiquam arripuit (c. 3, 5).

4.

Diog. Laert. 2, 23 (e Favorino): *καὶ Πυθώδε ἐλθεῖν* (*τὸν Σωκράτην*) *Ἀριστοτέλης φησίν· ἀλλὰ καὶ εἰς Ἰσθμόν, ὡς Φαβωρῖνος ἐν τῷ πρώτῳ* (cf. Rose p. 43) *τῶν ἀπομνημονευμάτων.*

5.

Plutarch. adv. Colot. 20: *ὁ δὲ Ἡράκλειτος ὡς μέγα τι καὶ σεμνὸν διαπεπραγμένος «ἐδιζησάμην, φησίν, ἐμεωυτόν.» καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων θειότατον ἐδόκει τὸ γνῶθι σαυτόν, ὃ δὴ καὶ Σωκράτει ἀπορίας καὶ ζητήσεως ταύτης ἀρχὴν ἐνέδωκεν* (cf. Plat. Alc. p. 124), *ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς εἴρηκε.*

6.

Porphyr. (*ἐκ τοῦ περὶ τοῦ γνῶθι σεαυτόν* cf. c. 27. 28) apud Stob. flor. 21, 26 (ex Didymo): *τί ποτε ἦν ἄρα καὶ τίνος τὸ ἱερὸν πρόσταγμα τὸ ἐν Πυθοῖ, ὃ γνῶναι ἑαυτὸν τοῖς τοῦ θεοῦ δεησομένοις προσαγορεύει; ... ἀλλ' εἴτε Φημονόη* (Sch. Plat. p. 390. D. L. 1, 40) ... *εἴτε Φανοθέα ... εἴτε καὶ Βίαντος ἢ Θαλοῦ ἢ Χίλωνος ἦν ἀνάθημα* (Stob. fl. 3, 79 ex Demetr. Phal. cf. 21, 12. Clem. Al. p. 129. Suid. Sch. Il. *γ*, 53 etc.) ... *εἴτε Κλεάρχῳ* (sc. *ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν*, quod fr. om. Müller Fr. hist. t. II. cf. Theophrastus *ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν* Stob. fl. 21, 12) *παρεκτέον μᾶλλον τοῦ μὲν Πυθίου φράζοντι εἶναι παράγγελμα, χρησθῆναι δὲ Χίλωνι τὸ ἄριστον ἀνθρώποις μαθεῖν πυνθανομένῳ* (eadem Schol. Plat. p. 383 cf. Stob. fl. 21, 12)· *εἴτε καὶ πρὸ Χίλωνος ἦν ἔτι ἀνάγραπτον ἐν τῷ ἱδρυθέντι νεῷ μετὰ τὸν πέτρινόν τε καὶ χαλκοῦν, καθάπερ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας εἴρηκε.*

Cf. Clem. Alex. strom. 1, 14, 60 p. 129 Sylb. *τὸ μὲν οὖν γνῶθι σαυτὸν οἱ μὲν Χίλωνος ὑπειλήφασι, Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ θεῶν Θαλοῦ* (hinc ea quae habet D. L. 1, 40), *Ἀριστοτέλης δὲ τῆς Πυθίας.*

Hoc fragmentum indicavit Bournot, Platonica Aristotelis opuscula. Putbus 1853 p. 15. tria illa sive Chilonis sive Pythiae praecepta Delphica (cf. Plato Charm. p. 165) propter primum nosse se quemque iubentis de Socrate philosophiaeque principio verba faciens memorasse Aristoteles videtur.

7.

Apud eundem Clem. Alex. in eadem disputatione (quae copias Didymeas reddit, cf. M. Schmidt Did. fr. p. 373) paulo post leguntur haec (strom. 1, 14, 61 p. 129): *τὸ δ' ἐγγύα πάρα δ' ἄτα Κλεομένης μὲν ἐν τῷ περὶ Ἡσιόδου... οἱ δὲ περὶ Ἀριστοτέλη Χίλωνος αὐτὸ νομίζουσι, Δίδυμος δὲ Θαλοῦ* (cf. Stob. fl. 3, 79, *δ*) *φησὶν εἶναι τὴν παραίνεσιν.*

Cf. Diodor. exc. IX, 14 Bekk. *ὅτι Χίλων ἀφικόμενος εἰς Δελφοὺς καὶ καθάπερ ἀπαρχὰς ποιούμενος τῷ θεῷ τῆς ἰδίας συνέσεως, ἐπέγραψεν ἐπί τινα κίονα τρία ταῦτα γνῶθι σεαυτὸν καὶ μηδὲν ἄγαν καὶ τρίτον ἐγγύα πάρα δ' ἄτα* (cf. Plinius 7, s. 32. tertium hoc Chilonis fuisse multi dixerunt, velut Diog. L. 1, 73 et altero loco Clem. Al. strom. 6, 2, 21 atque Delphicum epigramma noverunt Schol. Plat. p. 324, Schol. Od. *θ*, 351 etc. de secundo quod *τὸ Χιλώνειον* vocat ipse Ar. rhet. 2, 12. 1389^{b}3, v. Clem. str. 1, 14, 61: *πάλιν αὖ Χίλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀναφέρουσι τὸ μηδὲν ἄγαν. Στράτων δὲ ... Δίδυμος δὲ* etc. cf. Schol. Eur. Hippol. 263).

De Periandro (D. L. 1, 99) vid. polit. Corinth. fr. 2.

8.

Incertus est locus quem hic appono Etymologici M. p. 722, 16 Sylb. s. *σοφιστής: κυρίως ὁ σοφιζόμενος· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης σοφιστὰς λέγει τοὺς ἑπτὰ σοφούς. ἐλέχθη δὲ καὶ ὁ ἐθελοφιλόσοφος σοφιστής, ὁ δὲ τῷ ὄντι σοφός. ὅθεν ἐπεπόλαζε λέγειν· φιλοσόφει ὄφρ' εὖ γιγνώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ σοφιστήν* (ex Il. *ε*, 128). *νῦν σοφιστὰς τοὺς διατριβῶν προϊσταμένους. οὕτως Ἀπολλώνιος* (*Ἡλιόδωρος* cod. Marc.) *ἐν ἐξηγήσει τῶν Ἡροδότου γλωσσῶν.*

Cf. Schol. Il. *ο*, 410 (*οἱ γὰρ παλαιοὶ πάντας σοφιστὰς ἐκάλουν*). D. L. 1, 12. Suid. s. v. etc.

9.

Diog. L. 1, 8 (ex Sotionis, ut videtur, historia philosophorum aut potius ex Heraclide qui eius epitomam scripsit): *Ἀριστοτέλης δ' ἐν πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας καὶ πρεσβυτέρους εἶναι* (sc. *τοὺς Μάγους*) *τῶν Αἰγυπτίων· καὶ δύο κατ' αὐτοὺς εἶναι ἀρχάς, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν δαίμονα, καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι Ζεὺς καὶ Ὠρομάσδης, τῷ δὲ Ἅιδης καὶ Ἀρειμάνιος. φησὶ δὲ τοῦτο καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μάγων καὶ Εὔδοξος ... καὶ Θεόπομπος.*

Consentit theologicae historiae auctor (Rose de Ar. l. p. 71. cf. Usener anal. Theophr. p. 17) Eudemus Rhodius (qui statim citatur etiam apud D. L. 1, 9 de mortuorum sec. magos resurrectione et immortalitate) secundum Damascium de princ. p. 384: *Μάγοι δὲ καὶ πᾶν τὸ Ἄρειον γένος, ὡς καὶ τοῦτο γράφει ὁ Εὔδημος, οἱ μὲν τόπον οἱ δὲ χρόνον καλοῦσι τὸ νοητὸν ἅπαν καὶ τὸ ἡνωμένον· ἐξ οὗ διακριθῆναι ἢ θεὸν ἀγαθὸν καὶ δαίμονα κακόν, ἢ φῶς καὶ σκότος πρὸ τούτων, ὡς ἐνίους λέγειν. οὗτοι δὲ οὖν καὶ αὐτοὶ μετὰ τὴν ἀδιάκριτον φύσιν διακρινομένην*

ποιοῦσι τὴν διττὴν συστοιχίαν τῶν κρειττόνων· τῆς μὲν ἡγεῖσθαι τὸν Ὡρομάσδη, τῆς δὲ Ἀρειμάνιον (cf. Plutarch. de Is. 46). *veterum poetarum* (velut Orphei, v. fr. 10) et magorum de bono et malo ad principia relatis sententiam etiam ipse tangit Arist. metaph. 13, 4.

10.

Philopon. ad Ar. de anima (1, 5. 1410ᵇ28 *ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς καλουμένοις ἔπεσι.* similiter de gener. an. 1, 2 *ἐν τοῖς καλουμένοις Ὀρφέως ἔπεσιν*) f. F 3ᵃ sup. *λεγομένοις εἶπεν ἐπειδὴ μὴ δοκεῖ Ὀρφέως εἶναι τὰ ἔπη, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λέγει· αὐτοῦ μὲν γάρ εἰσι τὰ δόγματα, ταῦτα δέ φησιν Ὀνομάκριτον ἐν ἔπεσι* (ed. et codd. vulg. *ὄνομα κρεῖττον ἐνέπεσε*) *κατατεῖναι* (cf. Sext. Empir. p. 126, 15. 462, 2 ubi inter veterum physicorum de elementis sententias ex antiquo quodam auctore, qui Theophrasteo de physicorum opinionibus opere niti videtur, desumtas memoratur *Ὀνομάκριτος ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς*).

Cic. de nat. deor. 1, 38: *Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse et hoc Orphicum carmen* (i. e. theogoniam Orphicam 24 illis carminibus vulgatam cf. Suid. s. *Ὀρφεύς*, Clem. Al. strom. 1, 21, 131 p. 144 Sylb., Lobeck Aglaoph. p. 348 sq. cf. p. 467. 489. 714. 726) *Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse Cercopis.*

Orpheum fuisse negavit quidem Cicero (ut sententiae tenor docet, cf. Schoemann ad h. l. et quem citat Bournot p. 15 Dionys. apud Suid. s. *Ὀρφεύς*: *Ὀδρύσης ἐποποιός· Διονύσιος δὲ τοῦτον οὐδὲ γεγονέναι λέγει*), non autem negaverat Aristoteles, de quo quod testimonium aliunde accepit male ille intellexit. Aristoteles enim non Orpheum negavit sed Orpheum poetam. de Cercope Pythagoreo non iam ex Aristotele sed aliunde comperta videtur adiecisse qui Aristotelem citaverat. *ἡ δὲ παρὰ τῷ περιπατητικῷ Εὐδήμῳ ἀναγεγραμμένη ὡς τοῦ Ὀρφέως οὖσα θεολογία* (Damasc. de princ. p. 382. cf. Philop. l. c. *αὐτοῦ μὲν γάρ εἰσι τὰ δόγματα*) differre videbatur Damascio ab ea quae erat *ἐν ταῖς φερομέναις ταύταις ῥαψῳδίαις Ὀρφικαῖς* (Dam. p. 380). nam illa *ἀπὸ τῆς νυκτὸς ἐποιήσατο τὴν ἀρχήν*, sicut apud ipsum Aristotelem metaph. 11, 6 *οἱ θεολόγοι οἱ ἐκ νυκτὸς γεννῶντες* (cf. Bonitz comm. p. 490).

11.

Syrian. (ex Alexandro) in Ar. metaph. 12, 9 (Schol. in met. ed. Brandis, Berol. 1837 p. 322, 4. cit. Brandis, de perd. Ar. libris de ideis et de bono, Bonn. 1823 p. 47): *ἐπεὶ ὅτι καὶ αὐτὸς* (Ar.) *ὁμολογεῖ μηδὲν εἰρη-*

κέναι πρὸς τὰς ἐκείνων (Platonicorum ante Xenocratem, de quo cf. Bonitz comm. in met. p. 544, Ar. met. 12, 9 p. 1086, 2) *ὑποθέσεις μηδ' ὅλως παρακολουθεῖν τοῖς εἰδητικοῖς ἀριθμοῖς, εἴπερ ἕτεροι τῶν μαθηματικῶν εἶεν, μαρτυρεῖ τὰ ἐν τῷ β̄ τῶν περὶ τῆς φιλοσοφίας ἔχοντα τοῦτον τὸν τρόπον «ὥστε εἰ ἄλλος ἀριθμὸς αἱ ἰδέαι, μὴ μαθηματικὸς δέ, οὐδεμίαν περὶ αὐτοῦ σύνεσιν ἔχοιμεν ἄν. τίς γὰρ τῶν γε πλείστων ἡμῶν συνίησιν ἄλλον ἀριθμόν;» ὥστε καὶ νῦν ὡς πρὸς τοὺς πολλοὺς τοὺς οὐκ εἰδότας ἄλλον ἢ τὸν μοναδικὸν ἀριθμὸν πεποίηται τοὺς ἐλέγχους, τῆς δὲ τῶν θείων ἀνδρῶν διανοίας οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐφήψατο.*

12.

Sextus Empir. adv. dogm. 3, 20—22 (p. 395 Bekk.): *Ἀριστοτέλης δὲ ἀπὸ δυοῖν ἀρχῶν ἔννοιαν θεῶν ἔλεγε γεγονέναι ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἀπό τε τῶν περὶ ψυχὴν συμβαινόντων καὶ ἀπὸ τῶν μετεώρων. ἀλλ' ἀπὸ μὲν τῶν περὶ τὴν ψυχὴν συμβαινόντων διὰ τοὺς ἐν τοῖς ὕπνοις γινομένους ταύτης ἐνθουσιασμοὺς καὶ τὰς μαντείας. ὅταν γάρ, φησιν, ἐν τῷ ὑπνοῦν καθ' ἑαυτὴν γένηται ἡ ψυχή, τότε τὴν ἴδιον ἀπολαβοῦσα φύσιν προμαντεύεταί τε καὶ προαγορεύει τὰ μέλλοντα* (v. fr. Eudemi 1 etc. cf. de naturali apud veteres Peripateticos Aristotelem Dicaearchum divinatione Cic. de divin. 2, 48. cf. 1, 3. 39. 50. Plac. phil. 5, 1). *τοιαύτη δέ ἐστι καὶ ἐν τῷ κατὰ τὸν θάνατον χωρίζεσθαι τῶν σωμάτων. ἀποδέχεται γοῦν καὶ τὸν ποιητὴν Ὅμηρον ὡς τοῦτο παρατηρήσαντα· πεποίηκε γὰρ τὸν μὲν Πάτροκλον ἐν τῷ ἀναιρεῖσθαι προαγορεύοντα περὶ τῆς Ἕκτορος ἀναιρέσεως, τὸν δ' Ἕκτορα περὶ τῆς Ἀχιλλέως τελευτῆς. ἐκ τούτων οὖν, φησίν, ὑπενόησαν οἱ ἄνθρωποι εἶναί τι θεόν, τὸ καθ' ἑαυτὸ ἐοικὸς τῇ ψυχῇ καὶ πάντων ἐπιστημονικώτατον. ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν μετεώρων* (v. fr. 13)· *θεασάμενοι γὰρ μεθ' ἡμέραν μὲν ἥλιον περιπολοῦντα, νύκτωρ δὲ τὴν εὔτακτον τῶν ἄλλων ἀστέρων κίνησιν, ἐνόμισαν εἶναί τινα θεὸν τὸν τῆς τοιαύτης κινήσεως καὶ εὐταξίας αἴτιον. τοιοῦτος μὲν καὶ ὁ Ἀριστοτέλης.*

Haec cum fr. 14 Eudemo dialogo tribuit Krische (theol. Lehren p. 17. 304. Rose de Ar. l. p. 110), libris de philosophia aptius Bournot, Platon. Ar. opusc. p. 16 et Brandis, Aristot. I p. 84.

13.

Alterum argumentum paulo post ex eodem Aristotele uberius exsequi videtur Sextus adv. dogm. 3, 26 — 27 p. 396 (cf. ib. 44. 45 p. 400): *ἔνιοι δὲ ἐπὶ τὴν ἀπαράβατον καὶ εὔτακτον τῶν οὐρανίων κίνησιν παραγινόμενοί φασι τὴν ἀρχὴν ταῖς τῶν θεῶν ἐπινοίαις ἀπὸ ταύτης*

γεγονέναι πρῶτον· ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐπὶ τῆς Τρωικῆς καθεζόμενος Ἴδης ἑώρα τὴν τῶν Ἑλλήνων στρατείαν μετὰ πολλοῦ κόσμου καὶ τάξεως τοῖς πεδίοις προσιοῦσαν «ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν, πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν» (Il. δ, 297), *πάντως ἂν ὁ τοιοῦτος εἰς ἔννοιαν ἦλθε τοῦ ὅτι ἔστι τις ὁ διατάσσων τὴν τοιαύτην τάξιν* (cf. Ar. met. 11, 10 in.) *καὶ ἐγκελευόμενος τοῖς ὑπ' αὐτὸν κοσμουμένοις στρατιώταις, οἷον Νέστωρ ἢ ἄλλος τις τῶν ἡρώων, ὃς ᾔδει «κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας»* (Il. β, 554)· *καὶ ὃν τρόπον ὁ ἔμπειρος νεὼς ἅμα τῷ θεάσασθαι πόρρωθεν ναῦν οὐρίῳ διωκομένην πνεύματι καὶ πᾶσι τοῖς ἱστίοις εὐτρεπιζομένην, συνίησιν ὅτι ἔστι τις ὁ κατευθύνων ταύτην καὶ εἰς τοὺς προκειμένους λιμένας καταντῶν, οὕτως οἱ πρῶτον εἰς οὐρανὸν ἀναβλέψαντες καὶ θεασάμενοι ἥλιον μὲν τοὺς ἀπὸ ἀνατολῆς μέχρι δύσεως δρόμους σταδιεύοντα, ἀστέρων δὲ εὐτάκτους τινὰς χορείας, ἐπεζήτουν τὸν δημιουργὸν τῆς περικαλλοῦς ταύτης διακοσμήσεως, οὐκ ἐκ ταὐτομάτου στοχαζόμενοι συμβαίνειν αὐτὴν ἀλλ' ὑπό τινος κρείττονος καὶ ἀφθάρτου φύσεως, ἥτις ἦν θεός.*

14.

Cicero de natura deorum II, 37: *certe ita temere de mundo effutiunt, ut mihi quidem nunquam hunc admirabilem coeli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videantur. praeclare ergo* ***Aristoteles*** *si essent, inquit, qui sub terra semper habitavissent bonis et illustribus domiciliis quae essent ornata signis atque picturis instructaque rebus iis omnibus quibus abundant ii qui beati putantur, nec tamen exissent unquam supra terram, accepissent autem fama et auditione esse quoddam numen et vim deorum, deinde aliquo tempore patefactis terrae faucibus ex illis abditis sedibus evadere in haec loca quae nos incolimus atque exire potuissent, quum repente terram et maria coelumque vidissent, nubium magnitudinem ventorumque vim cognovissent adspexissentque solem eiusque tum magnitudinem pulcritudinemque tum etiam efficientiam cognovissent quod is diem efficeret toto coelo luce diffusa, quum autem terras nox opacasset tum coelum totum cernerent astris distinctum et ornatum lunaeque luminum varietatem tum crescentis tum senescentis eorumque omnium ortus et occasus atque in omni aeternitate ratos immutabilesque cursus, haec* (codd. *quae*) *quum viderent, profecto et esse deos et haec tanta opera deorum esse arbitrarentur. atque haec quidem ille.*

Obversatam fuisse auctoris animo Platonicam illam hominum *ἐν καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει* vinctorum imaginem (reipubl. VII init.) significavit olim Patricius discuss. Peripat. t. I p. 75 (cf. etiam infra quae

disputat Plato p. 529—30 de astronomia ad philosophiam et ad deum ducente).

15.

Simplicius in Ar. de coelo (1, 9. 279, 30: *καὶ γὰρ καθάπερ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις φιλοσοφήμασι περὶ τὰ θεῖα πολλάκις προφαίνεται τοῖς λόγοις ὅτι τὸ θεῖον ἀμετάβλητον ἀναγκαῖον εἶναι πᾶν τὸ πρῶτον καὶ ἀκρότατον· ὃ οὕτως ἔχον μαρτυρεῖ τοῖς εἰρημένοις. οὔτε γὰρ ἄλλο κρεῖττόν ἐστιν ὅ τι κινήσει, ἐκεῖνο γὰρ ἂν εἴη θειότερον, οὔτ' ἔχει φαῦλον οὐθέν, οὔτ' ἐνδεὲς τῶν αὐτοῦ καλῶν οὐδενός ἐστιν*) p. 487, 6 Brand. (cf. apud Ravaisson, essai sur la métaphysique d'Aristote t. I p. 67 ex cod. Par. 1910. eadem ex ant. Guilelmi de Moerbeka vers. lat. Ven. 1555 f. 44[a]): *λέγει δὲ περὶ τούτου ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας. καθόλου γὰρ ἐν οἷς ἐστί τι* (τὸ R) *βέλτιον, ἐν τούτοις ἐστί τι καὶ* (ἐ. καὶ τὸ R) *ἄριστον. ἐπεὶ οὖν ἐστὶν ἐν τοῖς οὖσιν ἄλλο ἄλλου βέλτιον, ἔστιν ἄρα τι καὶ ἄριστον, ὅπερ εἴη ἂν τὸ θεῖον. εἰ οὖν τὸ μεταβάλλον ἢ ὑπ' ἄλλου μεταβάλλει ἢ ὑφ' ἑαυτοῦ, καὶ εἰ ὑπ' ἄλλου ἢ κρείττονος ἢ χείρονος, εἰ δὲ ὑφ' ἑαυτοῦ ἢ ὡς πρός τι χεῖρον ἢ ὡς καλλίονός τινος ἐφιέμενον, τὸ δὲ θεῖον οὐδὲ κρεῖττόν τι ἔχει ἑαυτοῦ ὑφ' οὗ μεταβληθήσεται, ἐκεῖνο γὰρ ἂν ἦν θειότερον, οὔτε ὑπὸ χείρονος τὸ κρεῖττον πάσχειν θέμις ἐστί· καὶ μέντοι εἰ ὑπὸ χείρονος, φαῦλον ἄν τι προσελάμβανεν, οὐδὲν δὲ ἐν ἐκείνῳ φαῦλον. ἀλλ' οὐδὲ ἑαυτὸ μεταβάλλει ὡς καλλίονός τινος ἐφιέμενον, οὐδὲ γὰρ ἐνδεές ἐστι τῶν αὐτοῦ καλῶν οὐδενός· οὐ μέντοι οὐδὲ πρὸς τὸ χεῖρον, ὅτε μηδὲ ἄνθρωπος ἑκὼν ἑαυτὸν χείρω ποιεῖ, μήτε δὲ ἔχει τι φαῦλον μηδὲν ὅπερ ἂν ἐκ τῆς εἰς τὸ χεῖρον μεταβολῆς προσέλαβεν. καὶ ταύτην δὲ ἀπὸ τοῦ δευτέρου τῆς Πλάτωνος πολιτείας Ἀριστοτέλης μετέλαβε τὴν ἀπόδειξιν* (iam refert Platonis argumenta).

Manifestum est Aristotelem verbis illis quae a Simplicio explicantur, non librum quendam citare, nedum ipsius quendam librum antea editum, immo relegare lecturum ad nota illa et vulgata Platonicorum argumenta (*τὰ ἐγκύκλια φιλοσοφήματα*, cf. eth. 1, 3. Rose p. 104 sq. cf. p. 84), qualia de hac re ipse Plato proposuerat reipublicae secundo (p. 380 sq.). cuius ei propria verba in mentem venisse docent ultima: *οὔτ' ἐνδεὲς τῶν αὐτοῦ καλῶν οὐδενός ἐστιν*, quae respondent Platonicis: *οὐ γάρ που ἐνδεᾶ γε φήσομεν τὸν θεὸν κάλλους ἢ ἀρετῆς εἶναι.* Simplicii autem argumentatio, qua ipsa librorum de philosophia auctoris verba repeti voluerunt Ravaisson (essai sur la mét. I p. 67) et Bournot (Platon. Ar. op. p. 17), adeo non solum Platonis sed ipsius libri de coelo verbis nititur (eadem enim leguntur haec: *ἐκεῖνο γὰρ ἂν ἦν θειότερον — οὐδὲ γὰρ ἐνδεές ἐστι τῶν αὐτοῦ καλῶν οὐδενός.* cum Platonicis praecipue conferas

argumentum ex homine sumtum ὅτε μηδὲ ἄνθρωπος ἑκών etc.), ut necessitudinem quandam certam inter textus rationem et commentatoris, inter libros de coelo et quos volunt de philosophia obtinere intelligatur, eam quidem ut ex altero alterius loci scriptor profecerit. attamen neque is qui libri de coelo verba fecit, quum ad eos de deo immutabili sermones remittat qui satis noti essent omnibus, de suo quodam in eadem re tractatu recordatus est, quem tamen qui quae alibi tractata essent et citaturus erat et revera citat, vix si usus eo esset citare neglexisset (nedum ita neglexisset ut qui aliena citantis speciem affectaret, alienis ipsisque Platonicis verbis usus reperiretur), neque profecto auctor dialogi de philosophia ita recordatus esset exilia haecce notae cuiusdam argumentationis vestigia, ut his potissimum insisteret, quae in suis non nisi amplificaret et quasi suppleret. utrumque igitur quum parum sit consentaneum, veri simile erit omnem illam argumentorum seriem, postquam ex notitia quadam parum definita in universum haec asseruerit ad librorum de philosophia materiam pertinere, ab Alexandro (nam ex hoc ipso eam a Simplicio translatam esse, cui et proxima hic debet et optima quaeque, ex Themistio probatur, qui ex eodem fonte eandem reddat), ab Alexandro igitur ex Aristotelis in libro de coelo verbis et ex ipsa quam deinde citavit Platonis demonstratione deductam et quasi compositam esse, ut quae breviter Aristoteles tetigisset, ipse refingeret. id quod plane ex more eius fuisse docet commentarius ad metaphysica (in quo e. gr. cf. de ideis Platonis argumenta ad 1, 9 exposita) nec a quoquam qui hunc noverit ignoratur. quae si recte disputata sunt, speciosi fragmenti nihil restat nisi pauca haec: λέγει δὲ περὶ τούτου ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας. licet horum quoque auctoritas parum constet. fieri enim potuit ut non tam ex certo quodam testimonio dicerentur quam ex parata quadam et consueta de libris περὶ φιλοσοφίας opinione, quibus τὰς ἀγράφους συνουσίας Platonis de philosophia Aristoteles descripserit. nam, ut ait Simplicius, ἐγκύκλια καλεῖ φιλοσοφήματα τὰ κατὰ τάξιν ἐξ ἀρχῆς τοῖς πολλοῖς προτιθέμενα, ἅπερ καὶ ἐξωτερικὰ καλεῖν εἴωθεν, ὥσπερ καὶ ἀκροαματικὰ καὶ συνταγματικὰ τὰ σπουδαιότερα. λέγει δὲ περὶ τούτου ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας.

Cf. Themist. paraphr. l. Ar. de coelo (Moyse Alatino Hebraeo Spoletino interprete. Ven. 1574. qui hebraicam versionem latine se reddidisse dicit ex arabica factam) f. 16 a (tex. 100): *Persaepe enim in vulgi plebisque de rebus divinis disputationibus exponitur, omnino consentaneum esse, in omni eo quod primum est et extremum, ut divinum sit nullamque mutationem consequatur. nos autem videmus id ita se habere quem-*

admodum dicunt. quod etiam quae a nobis dicta sunt confirmat. nam divinum corpus quod in circulum fertur profecto non commutatur nec mutationem admittit. alioquin si commutaretur necessarium foret, ut vel ex se vel ab alio mutationem reciperet. si ab alio, omnino id a quo commutatur nobilius extitisset. quare consonum esset, ut ipsum nec divinum nec primum diceretur. si vero ex se, in id profecto commearet quod nobilius esset. etenim falsum ac dissentaneum foret, ut mutaretur in id quod turpius ac ignobilius extitisset. nec defectus in eo invenitur, ut hoc nomine debeat in aliquod nobilius ac perfectius mutari. nec demum turpe quippiam, ut id fugitaret evitaretque. rationi itaque consentaneum est, ut sempiternus motus eius existat etc.

Platonis autem disputatio, qua et Aristoteles usus est et Alexander, haec fere est (reip. II p. 380): ... *ἀνάγκη, εἴπερ τι ἐξίσταιτο τῆς αὑτοῦ φύσεως, ἢ αὐτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ μεθίστασθαι ἢ ὑπ' ἄλλου ... ὑπὸ μὲν ἄλλου τὰ ἄριστα ἔχοντα ἥκιστα ἀλλοιοῦταί τε καὶ κινεῖται ... ἀλλὰ μὴν ὁ θεός γε καὶ τὰ τοῦ θεοῦ πάντῃ ἄριστα ἔχει ... ἀλλ' ἆρα αὐτὸς αὑτὸν μεταβάλλοι ἂν καὶ ἀλλοιοῖ; Δῆλον, ἔφη, ὅτι, εἴπερ ἀλλοιοῦται. Πότερον οὖν ἐπὶ τὸ βέλτιόν τε καὶ κάλλιον μεταβάλλει ἑαυτὸν ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ τὸ αἴσχιον ἑαυτοῦ; Ἀνάγκη, ἔφη, ἐπὶ τὸ χεῖρον, εἴπερ ἀλλοιοῦται· οὐ γάρ που ἐνδεᾶ γε φήσομεν τὸν θεὸν κάλλους ἢ ἀρετῆς εἶναι. Ὀρθότατα, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις· καὶ οὕτως ἔχοντος δοκεῖ ἄν τίς σοι, ὦ Ἀδείμαντε, ἑκὼν αὑτὸν χείρω ποιεῖν ὁπῃοῦν ἢ θεῶν ἢ ἀνθρώπων; Ἀδύνατον, ἔφη. Ἀδύνατον ἄρα, ἔφην, καὶ θεῷ ἐθέλειν αὑτὸν ἀλλοιοῦν, ἀλλ' ὡς ἔοικε κάλλιστος καὶ ἄριστος ὢν εἰς τὸ δυνατὸν ἕκαστος αὐτῶν μένει ἀεὶ ἁπλῶς ἐν τῇ αὑτοῦ μορφῇ.*

16. (?)

Cicero acad. II, 38, 119: *quum enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatim tibi ista dixerit, veniet flumen orationis aureum fundens* (cf. praef. ad dial.) *Aristoteles qui illum desipere dicat. neque enim ortum esse unquam mundum, quod nulla fuerit novo consilio inito tam praeclari operis inceptio, et ita esse eum undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri, nulla senectus diuturnitate temporum exsistere, ut hic ornatus unquam dilapsus occidat.*

Haec dialectica potius in animum revocant de mundi aeternitate argumenta academicis et peripateticis (velut Critolao et Theophrasto apud Philonem) et pseudopythagoreis (Stob. ecl. I c. 20. Tim. Locr. p. 95. Ocell. c. 1) communia quam ipsius Aristotelis consensum (de coelo 1, 9 etc.).

17.

Cic. de nat. deor. II, 15 (in Stoici disputatione deos esse docentis): *quum enim aliorum animantium ortus in terra sit, aliorum in aqua, in aere aliorum, absurdum esse Aristoteli videtur in ea parte quae sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare. sidera autem aethereum locum obtinent, qui quoniam tenuissimus est et semper agitatur et viget, necesse est, quod animal in eo gignatur, id et sensu acerrimo et mobilitate celerrima esse. quare quum in aethere astra gignantur, consentaneum est in iis sensum inesse et intelligentiam. ex quo efficitur in deorum numero astra esse ducenda.*

Cf. Ps. Plut. plac. phil. 5, 20: *ἔστι πραγματεία Ἀριστοτέλους, ἐν ᾗ τέσσαρα γένη ζώων φησί, χερσαῖα ἔνυδρα πτηνά οὐράνια· καὶ γὰρ τὰ ἄστρα ζῶα λέγεσθαι καὶ τὸν κόσμον καὶ τὸν θεὸν ζῶον λογικὸν ἀθάνατον.* eadem ex eodem fonte Stob. ecl. I c. 37 (p. 756 H.): *Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης τέτταρα γένη ζώων, χερσαῖα ἔνυδρα πτηνά οὐράνια. καὶ γὰρ τὰ ἄστρα ζῶα λέγεσθαι καὶ αὐτὸν τὸν κόσμον ἔνθεον ζῶον λογικὸν ἀθάνατον.* item Ps. Galen. hist. phil. c. 35 (p. 336 Lips.): *Πλ. καὶ Ἀρ. τέσσαρα εἶναι ζώων γένη λέγουσι καὶ τὸν αὐτὸν κόσμον ζῶον, χ. ἔ. πτ. οὐρ., καὶ γὰρ τὰ ἄστρα ζῶα εἶναι καὶ αὐτὸν τὸν κόσμον ζῶον λογικὸν ἀθάνατον.*

Quae si ad perditum etiam Ar. librum (non solum ad Platonem a Ps. Plut. male omissum) revera pertinent (sicut ex eis sane quibus introducuntur verbis «*ἔστι πραγματεία*» efficias. cf. Brandis Arist. I p. 84. Patric. disc. Per. I p. 74), Platonem is hic quoque imitatus est, qui ita in Timaeo p. 39 extr. *εἰσὶ δὴ τέτταρες (ἰδέαι ζώου), μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος, ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον, τρίτη δὲ ἔνυδρον εἶδος, πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον τέταρτον* (cf. epinom. p. 981—85. Procl. in Tim. p. 269 c. de mundo animali v. Tim. p. 30).

18.

Schol. (Olymp. et al.) in Plat. Phaed. (p. 111 ubi de terrae aetheriae incolis longaevis et morbi expertibus) ed. Finckh p. 165: *ὅτι δὲ δεῖ τι καὶ ὅλον γένος ἀνθρώπων εἶναι οὕτω τρεφόμενον, δηλοῖ καὶ ὁ τῇδε ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι μόναις τρεφόμενος, ὃν ἱστόρησεν Ἀριστοτέλης ἰδὼν αὐτός.*

Cf. ib. sch. al. ad eundem locum p. 203: *εἰ ἐνταῦθα ἱστόρησεν Ἀριστοτέλης ἄνθρωπον ἄυπνον καὶ μόνῳ τῷ ἡλιοειδεῖ τρεφόμενον ἀέρι, τί χρὴ περὶ τῶν ἐκεῖ οἴεσθαι;*

Citavit Patricius disc. Peripat. p. 94.

19.

Olympiodor. in Phaedon. p. 22 ed. Finckh: *καὶ ὁ μὲν Πρόκλος βούλεται τὰ οὐράνια ὄψιν μόνον καὶ ἀκοὴν ἔχειν, καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης· μόνας γὰρ τῶν αἰσθήσεων ἐκείνας ἔχει τὰς πρὸς τὸ εὖ εἶναι συμβαλλομένας, οὐ μὴν τὰς πρὸς τὸ εἶναι· αἱ δὲ ἄλλαι αἰσθήσεις πρὸς τὸ εἶναι συμβάλλονται. καὶ ὁ ποιητὴς δὲ μαρτυρεῖ τούτοις λέγων* (Il. γ, 277) *«ἠέλιος, ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις», ὡς ἂν ὄψιν μόνην καὶ ἀκοὴν αὐτῶν ἐχόντων· καὶ ὅτι αὗται μάλιστα αἱ αἰσθήσεις ἐν τῷ ἐνεργεῖν μᾶλλον γινώσκουσιν ἤπερ ἐν τῷ πάσχειν καὶ οἰκειότεραι αὗται αὐτοῖς* (cf. Plat. Tim. p. 44—47) *ὡς ἀναλλοιώτοις. ὁ δέ γε Δαμάσκιος καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις βούλεται αὐτὰ ἔχειν.*

In dubio hoc loco (citavit Patric. disc. Perip. I p. 94.) nihil fortasse inest Aristotelei praeter notum illud sensuum discrimen (Ar. de sens. 1. de an. 3, 12. 13. cf. Pseudar. fr. de anima 9 extr.) cum Procli verbis ab Olympiodoro conflatum. cf. (sec. Finckh. not.) Procl. schol. in Crat. ecl. p. 40 Boiss. *Ὅτι καθὼς λέγει Ὅμηρος οὕτως ἐστίν« ἠέλιός θ' ὃς...» καὶ ἔχουσιν οἱ ἐμφανεῖς θεοὶ καὶ τὴν ὁρατικὴν αἴσθησιν καὶ τὴν ἀκουστικήν, ἀλλ' οὐκ ἔξωθεν.* idem Proclus in Hesiod. opp. 9 (p. 37 Gaisf.) *κλῦθι ἰδών: ὡς πάντα ἐφορῶν καὶ ἀκούων τῶν γινομένων ... ὅπερ δὲ Ὅμηρος ἐπὶ τοῦ ἡλίου φησί, τοῦτο Ἡσίοδος ἐπὶ τοῦ Διὸς εἶπεν· ὅμοιον γάρ ἐστιν τῷ «ἠέλιός θ' ὃς ...» τῶν γὰρ αἰσθήσεων μόνην τὴν ὅρασιν καὶ τὴν ἀκοὴν ὡς χαριεστάτας ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἀναφέρουσι.*

20.

Cicero de nat. deorum II, 16: *nec vero Aristoteles non laudandus in eo, quod omnia quae moventur aut natura moveri censuit aut vi aut voluntate. moveri autem solem et lunam et sidera omnia. quae autem natura moverentur, haec aut pondere deorsum aut levitate in sublime ferri. quorum neutrum astris contingeret, propterea quod eorum motus in orbem circumquaque ferretur. nec vero dici potest vi quadam maiore fieri, ut contra naturam astra moveantur. quae enim potest esse maior? restat igitur ut motus astrorum sit voluntarius. quae qui videat, non indocte solum, verum etiam impie faciat, si deos esse neget.*

Aliena haec sunt ab Arist. de coelo 1, 2. 2, 1 (cf. 284, 15). 3, 2 etc.

21.

Cicero de nat. deor. I, 13 (in Epicurei sermone Phaedri de nat. deorum librum exprimente): *Aristoteles quoque in tertio de philosophia libro multa turbat a magistro Platone non dissentiens. modo*

enim menti tribuit omnem divinitatem (cf. Plat. Phileb. p. 28. leg. 897), *modo mundum ipsum deum dicit esse* (cf. fr. 17. Plat. Tim. p. 34. 68. 92: θεὸς αἰσθητός), *modo quendam alium* (Platonis δημιουργόν) *praeficit mundo eique eas partes tribuit ut replicatione quadam mundi motum regat atque tueatur* (τῇ τοῦ παντὸς ἀνειλίξει Plato politic. 269—70. 286. cf. Tim. 36. 39 ἡ ταὐτοῦ φορὰ ... στρέφουσα ἕλικα. ib. 40. epin. 987 etc. nihil enim huc pertinet Arist. metaph. λ.). *tum coeli ardorem* (i. e. coelum, οὐρανόν. cf. Pl. epin. 977. Tim. 28) *deum dicit esse, non intelligens coelum mundi esse partem, quem alio loco ipse designarit deum. quomodo autem coeli divinus ille sensus in celeritate tanta conservari potest? ubi deinde illi tot dii* (singulorum scil. corporum coelestium, θεοὶ ὁρατοί Timaei, οἱ φαινόμενοι οὐράνιοι θεοί Theophrasti π. εὐσεβείας apud Porph. de abst. II, 5), *si numeramus etiam coelum deum? quum autem sine corpore idem vult esse deum, omni illum sensu privat et prudentia. quo porro modo mundum movere carens corpore, aut quomodo semper se movens esse quietus et beatus potest?*

II.

Περὶ τἀγαθοῦ.

Platonis discipuli sermonem eius in Philebo de finis (vel finiti) et infiniti unitate huiusque secundum numerorum rationem mixtionis causa deo vel mente explicantes (ex quo etiam Pseudo-Philolaus ille profecit Platonicorum pythagorissantium fetus, cf. Syrian. in met. p. 325, 8 Br., Damasc. de princ. p. 133. 147. Proclus etc. Rose de Ar. l. p. 35 et 92) atque in certos quosdam placitorum terminos cogentes, rerum principia ponebant τὸ ἕν et δυάδα ἀόριστον (τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν, ex eo quod est in Philebo τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον) aliisque similibus ex Pythagoreorum imitatione assumtis (cf. schol. ad Arist. de anima 1, 2 quae citavi ad fr. περὶ φιλοσοφίας) declarabant in libris περὶ τἀγαθοῦ (Rose p. 84 cf. praef. in fr. dialogi de philosophia) aliisque. quorum decreta ad ipsum magistrum, cuius sensum exprimere affectabant (cf. Xenocr. apud Plut. de Timaeo c. 2), recentiores referebant (vel adeo ad Pythagoram, ex solenni illa Pythagoreorum qui nihil unquam scripto tradiderant cum Platonicis, qui primi rationes pythagoricas numerorumque studia libris repetentes ediderunt, confusione. cf. praeter alios scriptores plurimos Sextus p. 528 sqq. cum Alex. Aphr. in metaphys. p. 41, 20—42, 24 Bon.). talem Aristotelis

etiam fuisse aiunt librum de bono (περὶ τἀγαθοῦ α̅ β̅ γ̅ D. Laert., α̅ Hes., 5 libris sec. Ptolem. Wenr. p. 143), in quo ut reliqui Platonici vulgatum illud de unitate et dyade argumentum tractaverit e Platonis mente locutus (cf. Simpl. in phys. f. 104ᵇ) eiusque doctrinam et expositurus et (quod ex fr. 3 conieceris) diiudicaturus. praeterea enim nihil fere de hoc libro traditur, quo ne Alexandrum quidem usum fuisse, qui pro fonte erat posterioribus qui commentarios ediderunt omnibus, ex ipsa citandi ratione patet (cf. ad fr. de phil.). nisi quod contrariorum divisionem istam quam saepius memorat Aristoteles (suam quidem et Peripateticam in libro περὶ τῶν ποσαχῶς descriptam, de quo cf. Rose p. 155, non ut ii qui libro de bono eam tribuunt statuerint necesse est, Platonicam) ex antiquiori quodam testimonio ad eosdem libros delegant. quam tamen qualis fuerit cum reliqua libri materia ignorant. dialogos fuisse hos quoque libros, non secus ac libri de philosophia, ex ipsa argumenti Platonici natura sequitur. idem denique de auctoris aetate iudicium ferendum esse significare videtur fr. 3.

Ceterum Dionysii Hal. verba (de Thucyd. p. 815 R.): *Ἀριστοτέλης τε γὰρ οὐχ ἅπαντα κατὰ τὸ κράτιστον εἰρῆσθαι πείθεται τῷ καθηγητῇ Πλάτωνι, ὧν ἐστὶ καὶ τὰ περὶ τῆς ἰδέας καὶ τὰ περὶ τἀγαθοῦ καὶ τὰ περὶ τῆς πολιτείας*, ea nescio an huc magis spectent quam ad metaphysica et ethica et politica Aristotelis aut ad ipsos tantum doctrinae eius locos.

1. (22)

Vita Aristot. Marc. cod. 257 (quae antiquissimorum fontium fundamento nititur per varias commentatorum manus tradito) f. 276ᵇ: *κα[ὶ μάλα δὲ] ὁ Ἀριστοτέλης τὸ ἦθ[ος μέτριος] γέγονεν, εἰ ἐν μὲν ταῖς κατηγορίαις* (p. 8ᵇ 21) *φησὶ μὴ δεῖν προχείρως ἀποφαίνεσθαι ἀλλὰ πολλάκις ἐπεσκεμμένον, καὶ μὴ [ἀ..........] εῖν* (i. e. *ἀπορεῖν: καὶ μὴν οὐδὲ διαπορεῖν* supplevit Robbe, qui ex Cobeti apographo hanc vitam nuper edidit L. B. 1861) *μόνον ἄχρηστον εἶναι· καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ «δε[ῖ μεμν]ῆσθαι ἄνθρωπον ὄντα οὐ μόνον τὸν εὐ[τυχοῦντα ἀλλ]ὰ καὶ τὸν ἀποδεικνύντα»· καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς Νικομαχείοις ...*

Cf. vers. lat. vet. (sec. ed. Ven. et codd. a me collatos): *multum autem Aristoteles moderatus fuit moribus, unde in predicamentis ait «non oportet prompte diffinire sed quidem multociens considerare» et dubitare de singulis non esse inutile. et in hiis que de bono «oportet reminisci hominem existentem non solum bene fortunatum sed et demonstrantem».*

Quae verba interlocutoris esse videntur alterius qui alterum admoneat Philemonis illud *ἄνθρωπος ὢν τοῦτ' ἴσθι καὶ μέμνησ' ἀεὶ* (Stob.

fl. 21, 1. Meineke fr. com. Gr. IV p. 62. cf. sent. Men. 16 ib. p. 340) non solum ad fortunatum quemque pertinere qui fortunam amittere possit sed etiam ad philosophum qui errare.

2. (23)

Alexander in Ar. metaph. (1, 6. 987^b 38) p. 42, 22 (postquam recensuit vulgaria Platonicorum argumenta in scholis tradita): *καὶ διὰ τοιαῦτα μέν τινα ἀρχὰς τῶν τε ἀριθμῶν καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων ἐτίθετο Πλάτων τό τε ἓν καὶ τὴν δυάδα, ὡς ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ Ἀριστοτέλης λέγει. λέγει δὲ νῦν καὶ διὰ τοῦτο …*

Cf. Alex. ad met. (1, 9. 990^b 17) p. 63, 18: *ἀρχαὶ δέ εἰσι τό τε ἓν καὶ ἡ ἀόριστος δυάς, ὡς πρὸ ὀλίγου τε εἴρηκε καὶ ἱστόρηκεν αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ.*

Simplicius in phys. f. 32^b (p. 334^b 25 Br.): *λέγει δὲ ὁ Ἀλέξανδρος ὅτι κατὰ Πλάτωνα πάντων ἀρχὴ καὶ αὐτῶν τῶν ἰδεῶν τό τε ἕν ἐστι καὶ ἡ ἀόριστος δυάς, ἣν μέγα καὶ μικρὸν ἔλεγεν, ὡς καὶ ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ Ἀριστοτέλης μνημονεύει. λάβοι δὲ ἄν τις καὶ παρὰ Σπευσίππου καὶ παρὰ Ξενοκράτους καὶ τῶν ἄλλων, οἳ παρεγένοντο ἐν τῇ περὶ τἀγαθοῦ τοῦ Πλάτωνος ἀκροάσει· πάντες γὰρ συνέγραψαν καὶ διεσώσαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ ταύταις αὐτὸν ἀρχαῖς χρῆσθαι λέγουσι* (cf. idem in phys. f. 104^b cit. in praef. ad fr. l. de philosophia). cf. Simpl. in phys. f. 117. p. 368, 30 (ad 3, 6. 207, 29): *τοῦ γὰρ Πλάτωνος ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ λόγοις εἰπόντος τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν τὴν ὕλην, ἣν καὶ ἄπειρον ἔλεγε* et cetera quae ex ipso textu ducta sunt omnia.

Philop. de gen. et corr. (2, 3. 330^b 15: *ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τρία λέγοντες* — sc. *στοιχεῖα* — *καθάπερ Πλάτων ἐν ταῖς διαιρέσεσιν· τὸ γὰρ μέσον μῖγμα ποιεῖ*) fol. 50^b: *ἀποδεκτέον οὖν μᾶλλον ὅπερ τελευταῖον προστίθησιν ὁ Ἀλέξανδρος φάσκων περὶ τῶν ἀγράφων δογμάτων τοῦ Πλάτωνος λέγειν τὸν Ἀριστοτέλην, ἅπερ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἀπεγράφετο, καὶ ταῦτα καλεῖν διαιρέσεις. ἐν ἐκείνοις τοίνυν ὁ Πλάτων τὸ μέγα καὶ μικρὸν καὶ τὸ μεταξὺ τούτων ὑποτίθεται.*

3. (24)

Alex. in metaph. (1, 6. 988, 11) p. 45, 8: *ζητήσαι δ' ἄν τις πῶς λέγοντος Πλάτωνος καὶ ποιητικὸν αἴτιον, ἐν οἷς λέγει «τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε καὶ δεῖξαι ἔργον»* (Tim. p. 28), *ἀλλὰ καὶ τὸ οὗ ἕνεκεν καὶ τέλος, δι' ὧν πάλιν λέγει «περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστὶ κἀκείνου ἕνεκα πάντα», οὐδετέρου τούτων τῶν αἰτίων ἐμνημόνευσεν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ δόξῃ τῇ Πλάτωνος; ἢ ὅτι ἐν*

οἷς περὶ αἰτίων ἔλεγεν, οὐδενὸς τούτων ἐμέμνητο, ὡς ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ δέδειχεν· ἢ ὅτι τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ οὐ τίθεται ταῦτα αἴτια, ἀλλ' οὐδὲ ἐξειργάσατό τι περὶ αὐτῶν.

4. (25)

Alex. in metaph. (3, 2. 1004, 2: *τεθεωρήσθω δ' ἡμῖν ταῦτα ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ἐναντίων*) p. 206, 19: *ἀναπέμπει δὲ ἡμᾶς περὶ τοῦ γνῶναι ὅτι σχεδὸν πάντα τὰ ἐναντία ὡς εἰς ἀρχὴν ἀνάγεται τό τε ἓν καὶ τὸ πλῆθος εἰς τὴν ἐκλογὴν τῶν ἐναντίων, ὡς ἰδίᾳ περὶ τούτων πραγματευσάμενος. εἴρηκε δὲ περὶ τῆς τοιαύτης ἐκλογῆς καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τἀγαθοῦ.*

Cf. Alex. in met. (3, 2. 1004^b 34: *πάντα δὲ καὶ τἆλλα ἀναγόμενα φαίνεται εἰς τὸ ἓν καὶ πλῆθος· εἰλήφθω γὰρ ἡ ἀναγωγὴ ἡμῖν*) p. 218, 10: *διὰ δὲ τοῦ «εἰλήφθω γὰρ ἡ ἀναγωγὴ ἡμῖν» ἀναπέμπει πάλιν ἡμᾶς εἰς τὰ ἐν τῷ β̄ περὶ τἀγαθοῦ δεδειγμένα. «φανερὸν οὖν* etc. (1005, 2): *εἰπὼν ὅτι πως τὰ ἐναντία πάντα εἰς τὸ ἓν καὶ πλῆθος ἀνάγεται καὶ τοῦτο δι' ἧς πεποίηται ἀναγωγῆς τῶν ἐναντίων ἐν τῷ β̄ περὶ τἀγαθοῦ εἰς ταῦτα πιστωσάμενος ... δῆλόν φησι* etc.

Eadem ex Alexandro Asclepius ad eosdem hos locos (v. Bonitz ad Alex. l. c. et p. 649^b 4 Brandis. cf. Pseudo-Philoponus cit. apud Ravaisson, essai sur la mét. I p. 73). ex Alexandro item Michael Ephesius (ad 9, 3. 1054, 29: *ἔστι δὲ τοῦ μὲν ἑνός, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ διαιρέσει τῶν ἐναντίων διεγράψαμεν, τὸ ταὐτὸ καὶ ὅμοιον καὶ ἴσον, τοῦ δὲ πλήθους τὸ ἕτερον καὶ ἀνόμοιον καὶ ἄνισον*) p. 588, 1: *πεποίηκε γὰρ διαίρεσιν ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις εἴπομεν, δι' ἧς ἅπαντα τὰ ἐναντία εἴς τε τὸ πλῆθος καὶ τὸ ἓν ἀνήγαγεν* (cf. schol. cod. Par. 1853 apud Br. p. 788, 44: *τῷ ἐπιγραφομένῳ περὶ τἀγαθοῦ βιβλίῳ, ὃ νῦν οὐκ ἔστιν εὑρισκόμενον*). — Ephes. (ad 10, 3. 1061, 10: *ἐπεὶ δὲ παντὸς τοῦ ὄντος πρός ἕν τι καὶ κοινὸν ἡ ἀναγωγὴ γίγνεται καὶ τῶν ἐναντιώσεων ἑκάστη πρὸς τὰς πρώτας διαφορὰς καὶ ἐναντιώσεις ἀναχθήσεται τοῦ ὄντος, εἴτε πλῆθος καὶ ἓν εἴθ' ὁμοιότης καὶ ἀνομοιότης αἱ πρῶται τοῦ ὄντος εἰσὶ διαφοραὶ εἴτ' ἄλλαι τινές· ἔστωσαν γὰρ αὗται τεθεωρημέναι*) p. 616, 1: ... *ἔστωσαν τεθεωρημέναι. εἴρηκε γὰρ τίνες αὗταί εἰσιν ἐν τῷ περὶ τἀγαθοῦ ἐπιγραφομένῳ αὐτοῦ βιβλίῳ.* — Ephes. (ad 11, 7. 1072^b 1: *ὅτι δ' ἔστι τὸ οὗ ἕνεκα ἐν τοῖς ἀκινήτοις, ἡ διαίρεσις δηλοῖ*) p. 669, 26: *λέγων διαίρεσιν ἐν ᾗ πολλάκις εἴρηκε τὴν τῶν ἐναντίων πεποιηκέναι ἀναγωγήν· ταύτην δὲ πεποίηκεν ἐν τῷ περὶ τἀγαθοῦ ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ.*

Ex omnibus his quae unum idemque testimonium antiquitus Alexan-

dro traditum parumque definitum et merae coniecturae simile repetunt, nihil aliud fere constat nisi quod ex fr. 2, tractasse scil. auctorem de Platonis principiis (cf. schol. ad Ar. de an. 1, 2) quae dixit τὸ ἓν — δυάς sive τὸ ἓν — πλῆθος.

III.

Μαγικός.

Plurimi erant ab Alexandri Magni aetate οἱ τὰ περὶ Μάγων γράψαντες (cf. D. L. 1, 6—9. Plin. 30, 2. praef. ad fr. de phil.). inter quos Aristotelis etiam nomine ferebatur liber μαγικός inscriptus, quem iam Alexandrinis grammaticis notum fuisse Laertii testimonium probat quod Sotioni (ἐν διαδοχαῖς φιλοσόφων) debetur, id est ei cuius sibi operam Laertius arrogat Heraclidis ἐπιτομῇ τῶν τοῦ Σωτίωνος usi. iste autem liber ex eorum numero erat, qui quum incerti auctoris haberentur, aut duplici auctoris nomine aut ab aliis alio inscribebantur. quo factum est ut quem inter ψευδεπίγραφα exhibeat Hesychius, Laertius in indice neglexerit qui ὅσα γε ἀναμφίλεκτα (id est quae simpliciter Aristoteli tribuerentur) se daturum esse promiserit. scilicet ex Suida (s. Ἀντισθένης) discimus eundem librum ab accuratioribus Antistheni adscriptum fuisse, quem Socraticum alii, alii historicum Rhodiumque putarent, cuius mentionem ex Demetrio Magnete facit D. L. 6, 19. ita enim cum Bernhardyo statuo apud Suidam legendum esse οἱ δὲ τῷ Ῥοδίῳ scil. Ἀντισθένει pro οἱ δὲ Ῥόδωνι (cod. A ῥόδων). Suidas quidem et quam reddidit vulgaris opinio de Socratico celeberrimo cogitabat, quanquam is titulus in decem illis tomis, quorum notitiam ex Laertio traxit Hesychius singulos libros recensente, minime occurrit utpote revera et ab Antisthene alienus et ab Aristotele, quia incertus et ex coniectura positus. quae coniectura si, quod sane probabile est, Socraticum spectavit, dialogum fuisse conieceris, in quo magus ille Athenas profectus, quem alio quodam loco Laertius memorat, cum Socrate collocutus sit. etenim iam antiqua illa aetate Graecorum sapientiam et barbarorum quam Alexandri victoria patefecit inter se ita fuisse comparatas, ut utriusque partis philosophi disputantes inducerentur, Heraclidis praeterea et Clearchi exempla demonstrant, quorum ille in Zoroastre dialogo ad Gelonem venisse magum quendam finxerat (Plut. adv. Col. 14. cf. Posidonius apud Strab. II p. 98. 100), hic Aristoteli in Asia iter facienti cum Iudaeo sermonem fuisse (fr. 69 Müll. cf. Bernays, Arist. über Wirkung der Trag. p. 190). videtur autem magici

auctor in animo habuisse fabulam illam, quam etiam Aristoxenus musicus similiter narrasse dicitur (fr. 31 Müll. ex Aristocle ap. Euseb.), *Ἀθήνησι ἐντυχεῖν Σωκράτει τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων* (sc. *τῶν Ἰνδῶν*) *ἕνα τινά*.

Praeterea hac occasione notandum est, primo quidem fragmentum illud Plinianum (ex Apionis fortasse libro *περὶ μάγου* petitum, de quo Suidas s. *Πάσης*) de aetate Zoroastris ad magicum Aristotelis me retulisse potius cum Fabricio quam quo item referri possit ad dialogum de philosophia (cf. fr. 2. 9), quamvis Plinius quoque Eudoxum Aristotelem Hermippum de magis auctores ita fere coniunxerit quemadmodum Laertius (1, 8) ubi post magici auctorem et Dinonem iterum Aristotelem citat *ἐν ᾱ περὶ φιλοσοφίας*. alterum autem hoc moneo neque magico convenire neque libro de philosophia Plutarchi locum de Is. et Os. c. 60: *καθόλου δ' ἀμείνων οὗτός ἐστιν* (sc. *Ὄσιρις*), *ὥσπερ καὶ Πλάτων ὑπονοεῖ καὶ Ἀριστοτέλης*. qui non ad perditum quendam librum et ad Aegyptios pertinet, ut male putavit Parthey ad h. l. p. 254, sed eum sensum gerit ut Osirim i. e. *τὴν γόνιμον δύναμιν* i. e. *τὸ εἶδος* cum Aegyptiis *τὸ ἀγαθουργὸν εἶναι* consenserint Plato quoque et Aristoteles, quorum de duobus principiis sententiam in superioribus etiam Plutarchus comparaverat cum theologia Aegyptiorum (cf. de Aristotele c. 48, de Platone c. 53. 56).

1. (26)

Diog. L. 2, 45: *φησὶ δ' Ἀριστοτέλης Μάγον τινὰ ἐλθόντα ἐκ Συρίας εἰς Ἀθήνας τά τε ἄλλα καταγνῶναι τοῦ Σωκράτους* (cf. Aristox. fr. 31) *καὶ δὴ καὶ βίαιον ἔσεσθαι τὴν τελευτὴν αὐτῷ*.

2. (27)

Suidas (ex Hesychio) s. *Ἀντισθένης*: *Ἀθηναῖος... οὗτος συνέγραψε τόμους δέκα* (secundum Laertium 6, 15), *πρῶτον* (?) *μαγικόν· ἀφηγεῖται δὲ περὶ Ζωροάστρου τινὸς μάγου εὑρόντος* (cf. de phil. fr. 9) *τὴν σοφίαν. τοῦτο δέ τινες Ἀριστοτέλει, οἱ δὲ Ῥοδίῳ ἀνατιθέασιν*.

3. (28)

Plinius n. h. 30, s. 2 (ex quo Isidorus orig. 8, 9, 1. cf. Rose p. 85): *Eudoxus qui inter sapientiae sectas clarissimam utilissimamque eam* (sc. magicam) *intelligi voluit, Zoroastrem hunc sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit. sic et Aristoteles* (itemque apud D. L. 1, 2 Hermodorus Platonicus, de quo cf. praef. fr. de phil., qui *ἐν τῷ περὶ μαθημάτων φησίν* a magorum conditore Zoroastre *εἰς τὴν Τροίας ἅλωσιν ἔτη γεγονέναι πεντακισχίλια*. eadem apud Plutarch. de Is. c. 46).

4. (29)

Diog. L. 1, 1: *Το τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοί φασιν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι. γεγενῆσθαι γὰρ παρὰ μὲν Πέρσαις Μάγους, παρὰ δὲ Βαβυλωνίοις ἢ Ἀσσυρίοις Χαλδαίους, καὶ γυμνοσοφιστὰς παρ' Ἰνδοῖς, παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους δρυΐδας καὶ σεμνοθέους, καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ μαγικῷ καὶ Σωτίων ἐν εἰκοστῷ τρίτῳ τῆς διαδοχῆς. Φοίνικά τε γενέσθαι Ὦχον* (de quo Eudem. ap. Dam. de princ. p. 385) *καὶ Θρᾷκα Ζάμολξιν καὶ Λίβυν Ἄτλαντα.*

5. (30)

Diog. L. 1, 6—8: *τοὺς δὲ Μάγους περί τε θεραπείας θεῶν διατρίβειν καὶ θυσίας καὶ εὐχάς, ὡς αὐτοὺς μόνους ἀκουομένους. ἀποφαίνεσθαί τε περί τε οὐσίας θεῶν καὶ γενέσεως, οὓς καὶ πῦρ εἶναι καὶ γῆν καὶ ὕδωρ* (cf. Dino in Persicis apud Clem. Al. protr. 1, 5, 66. fr. 9 Müll.)· *τῶν δὲ ξοάνων καταγινώσκειν καὶ μάλιστα τῶν λεγόντων* (Chaldaeorum) *ἄρρενας εἶναι θεοὺς καὶ θηλείας. περί τε δικαιοσύνης λόγους ποιεῖσθαι, καὶ ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν καὶ ὅσιον νομίζειν μητρὶ ἢ θυγατρὶ μίγνυσθαι* (de his cf. Pseudo-Xanthus *ἐν τοῖς ἐπιγρ. μαγικοῖς* apud Clem. Al. str. 3, 2, 11), *ὡς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ φησὶν ὁ Σωτίων· ἀσκεῖν τε μαντικὴν καὶ πρόρρησιν, καὶ θεοὺς αὐτοῖς ἐμφανίζεσθαι λέγοντας. ἀλλὰ καὶ εἰδώλων πλήρη εἶναι τὸν ἀέρα κατ' ἀπόρροιαν ὑπ' ἀναθυμιάσεως εἰσκρινομένων ταῖς ὄψεσι τῶν ὀξυδερκῶν· προκοσμήματά τε καὶ χρυσοφορίας ἀπαγορεύειν. τούτων δὲ ἐσθὴς μὲν λευκή, στιβὰς δὲ εὐνή, καὶ λάχανον τροφὴ τυρός τε καὶ ἄρτος εὐτελής, καὶ κάλαμος ἡ βακτηρία, ᾧ κεντοῦντες, φασί, τοῦ τυροῦ ἀνῃροῦντο καὶ ἀπήσθιον* (haec omnia adscripsi quanquam ex Dinone potius dederit Sotion quam ex Aristotele). *τὴν δὲ γοητικὴν μαντείαν* (*μαγείαν* Cob.) *οὐδ' ἔγνωσαν, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ μαγικῷ καὶ Δείνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν· ὃς καὶ μεθερμηνευόμενόν φησι τὸν Ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι· φησὶ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Ἑρμόδωρος.*

IV.

Εὔδημος ἢ περὶ ψυχῆς.

Ubi de acromaticorum et dialogicorum Aristotelis librorum discrimine commentatores exponunt, argumentorum diversa in utrisque ratione tractatorum diversoque sermonis genere scriptorum (Ammonius — non

Philoponus — in categ. p. 36b 28 Br. ἐν δέ γε τοῖς διαλογικοῖς, ἃ πρὸς τοὺς πολλοὺς αὐτῷ γέγραπται, καὶ ὄγκου φροντίζει τινὸς καὶ περιεργίας λέξεων καὶ μεταφορᾶς, καὶ πρὸς τὰ τῶν λεγόντων πρόσωπα σχηματίζει τὸ εἶδος τῆς λέξεως καὶ ἁπλῶς ὅσα λόγου οἶδε καλλωπίζειν ἰδέαν. cf. p. 35b 39. 44. David p. 26b 35: ἐν μὲν τοῖς διαλογικοῖς ... ποικίλος ταῖς μιμήσεσιν... καὶ χαρίτων ἀνάμεστος. cf. Plut. de aud. poet. 1) dissimiliumque sententiarum exemplum aut animo considerare aut statim afferre solent (cf. David cit. fr. 2. Philop. ad Ar. p. 407b 29 de an. f. E, 1b: τὰ ἐξωτερικὰ συγγράμματα, ὧν εἰσὶ καὶ οἱ διάλογοι, ὧν ὁ Εὔδημος) disputationis de immortalitate animae institutae et in tertio de anima et in dialogo qui Eudemus inscribitur. in qua eiusdem ut putabant auctoris discordiam concedentes quomodo illi (ex diverso methodi ad auditorum captus accommodatae consilio) explicent, nihil refert. quanta autem qualisque revera fuerit (cf. Rose de Ar. l. p. 110 sq.) fragmenta loquuntur. quibus Platonicorum sermones auctor exprimit de anima hominis divina corporique ex necessitate quadam indita ab eoque in meliorem vitam deisque similem morte solvenda, atque ita quidem exprimit ut fabularum quidem memoriam eis immisceat (velut Theophrastus in l. περὶ εὐσεβείας, cuius contra animalium immolationem argumentationem Porphyrius retulit χωρὶς τῶν ἐμβεβλημένων μύθων, ut ait de abst. p. 162 Traj. cf. Plutarch. de aud. poet. 1 qui Peripateticorum velut Heraclidis et Aristonis poeticis argumentis dialogisque μὴ φιλοσόφως μηδὲ ἀπὸ σπουδῆς in iuniorum gratiam scriptis adiungit etiam τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ. cf. etiam Heraclides περὶ ψυχῆς D. L. 5, 87), non tamen ipsos quasi fabulis involvat, velut in dialogo de anima poeta Plato. cuius intimum sensum poeticae orationis specie indutum quum recte in plerisque intellexissent discipuli, qui ut hoc utar (cf. Rose p. 36) animae mundique generationem in Timaeo λόγῳ (κατ' ἐπίνοιαν) γινομένην (sec. Xenocratem apud Plut. de Tim. 2—3. item Crantor Plut. l. c. Procl. in Tim. p. 85 a. uterque enim de Platonis in Timaeo sententia disputaverat, sicut ex Peripateticis Clearchus sec. Plut. c. 20. cf. Xenocr. apud Censor. de d. n. 4, ubi cum Ocello Lucano auctore pseudonymo c. 3 et Theophr. apud Philon. ed. Frf. 1691 p. 961 d. 964 a—c τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀΐδιον εἶναι statuit, sicut et ipse Plato legg. p. 781—82. eodem autem modo quo mundi, etiam idearum numerorumque idealium generationem defendebat Xenocrates sec. Ar. met. 13, 4. 1091, 28 cf. M. Ephes. p. 799, 5) et θεωρίας ἕνεκα (vel σαφηνείας διδασκαλικῆς, ut ait Procl. in Tim. p. 88 f. cf. p. 177 d: τὴν ψυχικὴν οὐσίαν οἷον ἀνατέμνων. in qua explicatione recentiores Platonici conveniunt fere omnes) viderent atque aeternitatem

utriusque contra Peripateticos defenderent Aristotelem et Theophrastum male qui Platonem vituperarent (Theophr. ex Tauro cit. ap. Philop. contra Procl. 6, 8. 21. 27. apud Philonem p. 959—64. concedit tamen vel ipse Peripateticus *ὅτι τάχα ἂν γενητὸν λέγῃ σαφηνείας χάριν* etc. cf. Arist. de coelo 1, 10. 279ᵇ 32), iidem tamen quae de aeterna illa anima et immortali Plato in Phaedone disserit, de singulorum hominum anima (non de mente sola in singulis divina et universali i. e. de ideis) revera pronuntiata credidisse perhibentur (Olymp. in Phaed. p. 98: *οἱ δὲ μέχρι τῆς ἀλογίας ὡς τῶν μὲν παλαιῶν Ξενοκράτης καὶ Σπεύσιππος* — scil. *ἀπαθανατίζουσιν*. Lucian. encom. Dem. 47: *τῶν Ξενοκράτους καὶ Πλάτωνος ὑπὲρ ἀθανασίας λόγων ἐκλαθόμενος*. cf. Atticus apud Euseb. pr. ev. XV, 9 p. 43 Gaisf. *Πλάτων μὲν ἀθάνατον τὴν ψυχὴν ἀπολείπει... πολλὴ δὲ καὶ τοῖς ἐσπουδακόσι περὶ τὰ Πλάτωνος ἡ φιλοτιμία γέγονε συναγωνιζομένοις τῷ τε δόγματι καὶ τῷ Πλάτωνι. σχεδὸν γὰρ τὸ συνέχον τὴν πᾶσαν αἵρεσιν τἀνδρὸς τοῦτ' ἐστίν*), nimium fortasse concedentes politicae illi religioni et symbolicae, qua non ut legislator Plato utitur sed ut poeta qui idearum religione plenus *πρὸς εὐσέβειαν παρακαλεῖ* (ut Tauri verbo utar apud Philop. c. Pr. 6, 21). haec autem politica religionis ratio atque utilitas in certum fere placitum abiit et Platonicis (cf. Ps. Tim. Locr. fin.) et ipsis Peripateticis, qui legislatoris consilia et philosophi quodammodo coniungentes, populares sermones non prorsus negligunt, ut Aristoteles, cuius in hac ipsa re proprium ingenium omnisque a Platone differentia cernitur (Rose p. 111—12), immo certis utriusque partis limitibus iamiam constitutis emendare student atque corrigere, velut Theophrastus. Aristoteles enim qui corporis formam appellat animam, Platonicorum de animae immortalitate quaestionem (de Phaedonis et Timaei argumento disputantium, velut Speusippus et Xenocrates in libris *περὶ ψυχῆς* D. L. 4, 4. 4, 13. cf. Olymp. in Phaed. p. 66. Krische theol. Lehren p. 321) utpote otiosam prorsus negligit, quam uno illo quo tangit verbo dirimit de intellectu quem ipsum *κατὰ λόγον* tantum esse *χωριστόν* significat (de an. 3, 4 in. cf. 2, 2), rectius quidem Platonem intelligens quam ipsi Platonici. contra qui Aristotelem sequitur Dicaearchus ad populares illos Platonicorum sermones tractandos revertitur, non quidem ita ut admittat eos sed ut oppugnet, contra immortalitatem animae ab Aristotele tacito contemtu missam et contra Platonem in dialogis duobus de anima *acerrime* disserens (Cic. Tusc. 1, 10. 18. 22. 31. Dic. fr. 62—66. Aristox. fr. 82) animique substantiam (cum Aristoxeno et Stratone) non re tantum ut Aristoteles, sed verbis tollens (*τἀκόλουθον ἱκανὸς ὢν θεωρεῖν*, ut recte licet inimicus ait Atticus apud Eusebium pr. ev.

XV, 9 p. 46. cf. Plac. ph. 5, 1). idem autem (si recte traditur) Dicaearchus et praecipue Aristoxenus harmoniam esse animam voluerunt, Aristotelis illam entelechiam alio nomine appellantes et Platoni proprio Pythagoreisque quorum studia (licet alia ratione quam Platonici aequales) coniungere solent Aristotelico magisterio. iam vero, ut Aristoteles ait (pol. 8, 5 extr.), *πολλοί φασι τῶν σοφῶν οἱ μὲν ἁρμονίαν εἶναι τὴν ψυχήν, οἱ δ' ἔχειν ἁρμονίαν* (cf. Jambl. de an. apud Stob. ecl. I p. 864) nec solum Plato qui in Phaedone Pythagoricam Simmiae harmoniam (cf. Plotin. 4, 7, 8) dialectice reiicit, Pythagoreos in Timaeo imitatus harmoniam esse animam declarat philosophice et symbolice (cf. Procl. in Tim. p. 178 c), sicut numerum Xenocrates (cf. Plut. de Tim. c. 3. Stob. ecl. I p. 796), sed etiam ipse Aristoteles (de an. 1, 4. cf. Trend. p. 267) concedit secundum Themistium (de an. f. 70^b med.) *ὅτι οὔθ' ἁρμονίαν οἷόν τε εἶναι τὴν ψυχὴν οὔτε ἄνευ ἁρμονίας παντάπασιν* (quod secundum eundem f. 70^a l. c. ad fr. 7 *καὶ ἐκ τῶν νῦν εἰρημένων καὶ ἐκ τῶν ἐν ἄλλοις δῆλόν ἐστιν*). atque hoc ipsum *οὐκ ἄνευ ἁρμονίας* in Aristotelica illa apud Plutarchum harmoniae descriptione ut plurimum memorabili exponitur (fr. 9). quae quum ita sint, non alia de causa in Eudemo, ubi *εἶδος* esse animam auctor teneret (fr. 8), contra harmoniam disputatum fuisse suspiceris, quam in Phaedone librisque de anima, atque dialogi etiam Peripatetici rationem quodam modo qui Peripateticam sententiam tradit explicasse Alexandrum Aphrodisiensem, cuius in l. de anima (f. 127^b ed. c. Them. opp. Ven. 1534) haec est dissertatio *Ὅτι οὐκ ἔστιν ἁρμονία ἡ ψυχή* (cf. f. 124^b: *Ὅτι εἶδος ἡ ψυχή*), quae ita incipit: *οὐ δεῖ δὲ ὑπολαμβάνειν τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν λέγειν τοὺς λέγοντας αὐτὴν εἶδος εἶναι γινόμενον ἐπὶ τῇ τοιᾷδε μίξει τε καὶ κράσει τῶν ὑποκειμένων αὐτῇ σωμάτων ... ἡ μὲν γὰρ ἁρμονία ὁ λόγος καὶ ἡ σύνθεσις τῶν μεμιγμένων ... ἡ γὰρ δύναμις καὶ τὸ εἶδος τὸ ἐπιγινόμενον τῇ κατὰ τὸν τοιόνδε λόγον κράσει τῶν σωμάτων ψυχή, ἀλλ' οὐχ ὁ λόγος τῆς κράσεως οὐδὲ ἡ σύνθεσις· μᾶλλον γὰρ ἂν τὴν ὑγίειάν τις εὐλόγως ἁρμονίαν ἢ τὴν ψυχὴν λέγοι* (cf. Pl. Phileb. p. 25—26. 31) ... desinit ita f. 128^a: *τὸ δὲ εἶναι τῇ ψυχῇ οὐ κατὰ τὴν ἁρμονίαν τε καὶ κρᾶσιν ἔσται ὡς ἐκείνοις* (Stoicis, Epicuro, Platoni in Timaeo) *ἕπεται λέγειν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπ' αὐτῇ δύναμιν γενομένην* (cf. Pl. Phileb. p. 26 sq. 30 sq. qui *νοῦν* vocat *τὴν αἰτίαν τῆς μίξεως* et ab harmonia numeroque distinguit. mentem autem immortalem Eudemus probat secundum Them. v. fr. 2). neque enim si Platonico sermone usus populari opinione religioneque nititur, ab Aristotelis sententia scholaque plane secessisse is putandus est, eoque minus quod sententias illas de anima Platonissantes ipsius Platonis personae

tribuisse videtur, qui cum Eudemo collocutus sit. fuit autem hic quoque philosophus Platonis discipulus Dionisque et ut Cicero perhibet ipsius Aristotelis i. e. auctoris familiaris ol. 106, 4 mortuus (Cic. de div. 1, 25. Krische theol. Lehren p. 15), ad quem teste Olympiodoro elegiam illam idem scripsit amicitiae eius cum Platone testem (v. carm. fr. 3). Platonis igitur cum Eudemo sermones olim habitos narrare auctor videtur, qui interfuerit quidem ipse, non autem ipse disputavit. id quod patet ex fragmento Plutarcheo, in quo licet ἔφην vulgo legatur, ipse verborum contextus (κἀκεῖνος ὑπολαβὼν ... ἔφη) ἔφη scriptum fuisse clamat. animae autem immortalitatem revera docuisse auctorem Peripateticum, qui omnino docet magis quam disputat atque dialogi speciem exhibet magis quam dialogum, hoc eorum qui Eudemi mentionem faciunt et maxime Alexandri qui amicam sententiam non neglexisset, narrationi necessario concedas. comparandus igitur hic erit cum aliis qui ad vulgarem religionem emendandam pertinent dialogis Peripateticis, velut cum eo in quo ἔννοια θεῶν et explicabatur et defendebatur (περὶ φιλοσοφίας), cum libro περὶ εὐχῆς Aristoteli adscripto et Theophrasti περὶ εὐσεβείας (apud Porphyr. de abst. p. 106—62 et p. 278—82 ed. Rhoer), in quo de vera erga deos pietate disserit qualis aestimanda sit et quomodo restituenda, nullumque animal occidendum esse vult (ἀπαγορεύει μὴ θύειν τὰ ἔμψυχα τοὺς τῷ ὄντι εὐσεβεῖν θέλοντας) quippe anima praeditum et hominibus cognatum (cf. p. 123 sq. 140 sq. 149. 278—80. similiter Xenocrates ib. p. 379 et Dicaearchus p. 295. 299). qui quidem Theophrastus discrimen illud philosophiae et religionis propter civilem utilitatem admittendae et vel scriptis commendandae illustrandae corrigendae aut expresse docuisse aut saltem duplici literarum genere probasse primus videtur, neque adeo erraveris si antiquitus traditam posteriorum de exotericis et esotericis Aristotelis operibus narrationem a Theophrasti ratione, quem una cum Aristotele Cicero (de fin. 5, 5, 12) et Galenus (IV, 758 Lips. ὥσπερ ... Ἀριστοτέλους ἢ Θεοφράστου τὰ μὲν τοῖς πολλοῖς γεγραφότων, τὰς δὲ ἀκροάσεις τοῖς ἑταίροις) nominant, repetendam esse statuas. hunc enim nemo negabit simul et dialogos condidisse manifesto populares et libros mere philosophicos ad modum exemplumque Aristotelis scriptos, a quibus illi longe differre viderentur (ita veri Theophrasti librum fuisse περὶ εὐσεβείας vestigium fortasse habes Porph. p. 123: ψυχὴ δὲ πολλῷ τιμιώτερον τῶν ἐκ γῆς φυομένων cf. Procl. in Tim. p. 281^b et 177^a: οὐδὲν γὰρ τίμιον ἄνευ ψυχῆς, ὡς ἐν τῷ περὶ οὐρανοῦ γέγραφεν, scil. Theophrastus. qui idem τὸ περὶ προνοίας δόγμα dixerat πολιτικόν sec. Olymp. in Phaed. p. 169 cf. Procl. in Tim. p. 138^e, quod sequitur in illis περὶ εὐσεβείας, ubi cf. de deis vel

deo — τὸ δαιμόνιον appellat p. 115. 127 — p. 143—45. 108. 136. 162. cf. Th. apud Stob. fl. 3, 50. cum Eudemi fr. 4. 5 comparatur nota illa Theophrasti vox ἐν μεταφορᾷ dicentis apud Plut. de sanit. tu. 22: πολὺ τῷ σώματι τελεῖν ἐνοίκιον τὴν ψυχήν. cf. Plut. fr. I, 2. ex Plut. Porph. de abst. p. 373). etenim si philosophum et imperitis consulere debere et peritis existimaret, non solum peritis ut Aristoteles, qui praeterquam quod tanquam legum civilium fundamento religione utitur in politicis (cf. metaphys. 11, 8) Platonis exemplum secutus, religionem pietatemque prorsus neglexit nec verbo tetigit quae eius sunt problemata, consentaneum est ad populare dialogorum Socraticorum genus illum rediisse atque Socratem miscuisse Aristoteli. quod si facillime amplecti consilio potuisse eos iudices qui magistrorum studia retractarent et supplerent, a vero plane abhorrere videtur si in eo etiam statuas, qui nihil adeo quaerit quam ut se suaque et philosophiam ab omni magisterio separet atque eximat ab omni auctoritate, qui finem nullum habens praeter veritatem novam plane philosophiae rationem condidit eamque cuius novitas in eo esset ut poetico omni apparatu reiecto verum scientiae sermonem scientiae inveniret (Rose p. 112). hunc quis putet suae ipsius operae illudentem quum indolem longe diversam iam scriptis editis probasset, dialogi Platonici lusus resumsisse? aut si iuvenem Platonis auditorem fingas dialogorum scriptorem, iuvenem scripsisse plus quam quadragenarium et qui etiam nunc Platonica mente imbutus fuisset? Eudemus certe et post Eudemi et post Platonis mortes cuius librum imitatus est et quem induxit loquentem, compositus esse videtur, quia vivorum personis abuti in publicis litteris fictisque sermonibus non magis Aristoteli (Rose p. 117) neque licuit neque placuit quam Platoni, quos in auctorum amicorumque aequalium vel citandis nominibus anxie cautos novimus. Platonis autem colloquia in omnibus certe dialogis tradita fuisse videntur, in quibus non ipse disputavit auctor, ut in plerisque (Rose p. 106), sed aliorum disputantium sermones narravit. ad quos pertinet Eudemus cum aliis multis dialogis Peripateticis qui et Aristotele et Theophrasto recentiores essent. nam Praxiphanes etiam, quum alii Aristotelis sermones perscriberent, velut Clearchus, Platonis et Isocratis συνέγραψε διατριβήν τινα περὶ ποιητῶν, γενομένην ἐν ἀγρῷ παρὰ Πλάτωνι ἐπιξενωθέντος τοῦ Ἰσοκράτους (D. L. 3, 8). accedit quod vel senis Aristotelis philosophiam spectant verba quaedam, velut in Eudemo, si ex ipso quidem dialogo revera traditur, definitio illa quae τὴν ἀσθένειαν vult ἀσυμμετρίαν τῶν ὁμοιομερῶν (fr. 7. ceterum cf. praef. ad dial. π. δικαιοσύνης et Nerinthum). omnino autem si dialogos scripsit iuvenis, aut omnes scripsit, quos quidem scripsit, aut

nullos. quosdam autem si scripsit, senex scripsisse deprehenditur. nullos igitur scripsit. itaque neque iuvenis neque senex scripsit, neque omnino Aristoteles, sed Aristotelis discipuli, quorum opera propter aequalium incuriam in celeberrimi magistri nomen abiit. revera enim qui adeo suus fuit, is nunquam fuit Platonicus (eo quidem nomine quo Speusippus ceteri). qui adeo logicus, is nunquam ne voluit quidem poeta esse. quapropter si vel utrumque ex mera coniectura dici nec pro certo probari posse teneas, sive iuvenilis ingenii specimina quis fingat dialogos fuisse, sive nunquam dialogum condidisse Aristotelem asseras titulosque qui ferebantur a bibliothecariis Alexandrinis librariisque qui illis codices suppeditarent ex falsa Theophrasti et reliquorum Peripateticorum similitudine dialogos edentium litterasque Socraticas a magistro neglectas denuo tentantium positos fuisse, aptior certe rebusque et historiae magis consona haec coniectura est quam illa, quae traditis librorum inscriptionibus nititur quia traditi sunt, quanquam ut sexcenties docemur nulla auctoritate traditi sunt. nam profecto non minus temerarius putandus est is qui perditos quos vocant Aristotelis libros Aristotelis fuisse sine causis affirmet quam qui negaverit sine causis. habeant sibi inveteratae opinionis consuetudinem. ego et iuvene et sene Aristotele aeque indignum fuisse intelligo dialogum quemcunque nedum Eudemi puerile argumentum.

1. (31)

Cicero de divinat. I, 25: *sed veniamus nunc si placet ad somnia philosophorum. est apud Platonem Socrates* (Criton. p. 44)... *Xenophon Socraticus* (exp. Cyri 3, 1, 11. 4, 3, 8) . . . *quid? singulari vir ingenio Aristoteles et paene divino ipsene errat an alios vult errare, quum scribit Eudemum Cyprium familiarem suum iter in Macedoniam facientem Pheras venisse, quae erat urbs in Thessalia tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur. in eo igitur oppido ita graviter aegrum Eudemum fuisse, ut omnes medici diffiderent. ei visum in quiete egregia facie iuvenem dicere fore ut perbrevi convalesceret paucisque diebus interiturum Alexandrum tyrannum* (ol. 105, 4), *ipsum autem Eudemum quinquennio post* (ol. 106, 4 vel 107, 1) *domum rediturum. atque ita quidem prima statim scribit Aristoteles consecuta et convaluisse Eudemum et ab uxoris fratribus* (cf. Plut. Pelop. extr. Xen. Hell. 6, 4, 36. Diod. 16, 14) *interfectum tyrannum. quinto autem anno exeunte quum esset spes ex illo somnio in Cyprum illum ex Sicilia esse rediturum, proeliantem eum ad Syracusas occidisse* (ol.

106, 4 sec. Krisch. cf. Diod. 16, 36). *ex quo ita illud somnium esse interpretatum, ut quum animus Eudemi e corpore excesserit, tum domum revertisse videatur. adiungamus philosophis . . . poetam* etc.

Haec prooemii fuisse vidit Krische, Theol. Lehren der Griech. Denker p. 15. *Δίωνος φίλοις* Eudemum adnumerat etiam Plutarchus in Dione c. 22: *συνέπραττον δὲ* (*τῷ Δίωνι*, ol. 105, 4) *καὶ τῶν πολιτικῶν πολλοὶ καὶ τῶν φιλοσόφων ὅ τε Κύπριος Εὔδημος, εἰς ὃν* (postea quum Plato mortuus esset — hic enim cum Eudemo loquitur, audiente auctore —, i. e. post ol. 108, 1) *Ἀριστοτέλης ἀποθανόντα τὸν περὶ ψυχῆς διάλογον ἐποίησε καὶ Τιμωνίδης ὁ Λευκάδιος* (Speusippi amicus, ad quem res a Dione gestas conscripsit sec. D. L. 4, 5). *συνέστησαν δὲ καὶ Μίλταν αὐτῷ τὸν Θεσσαλόν, ἄνδρα μάντιν καὶ μετεσχηκότα τῆς ἐν Ἀκαδημείᾳ διατριβῆς.*

2. (32)

David. proleg. in Ar. categ. p. 24 ^{b}10: *τῶν δὲ συνταγματικῶν τὰ μέν εἰσιν αὐτοπρόσωπα, ἃ καὶ ἀκροαματικὰ λέγονται, τὰ δὲ διαλογικά, ἃ καὶ ἐξωτερικὰ λέγονται* . . . (19) *ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς ἀνεπιτηδείους πρὸς φιλοσοφίαν τὰ διαλογικά* . . . (22) *κατασκευάζων δὲ τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς κἀν τοῖς ἀκροαματικοῖς δι' ἀναγκαστικῶν λόγων κατασκευάζει, ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς διὰ πιθανῶν εἰκότως. φησὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς ἀκροαματικοῖς* (de an. 1, 4. 408^{b} 18) . . . (30) *ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς φησὶν οὕτως, ὅτι ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, ἐπειδὴ αὐτοφυῶς πάντες οἱ ἄνθρωποι καὶ σπένδομεν χοὰς τοῖς κατοιχομένοις καὶ ὄμνυμεν κατ' αὐτῶν, οὐδεὶς δὲ τῷ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντι σπένδει ποτὲ ἢ ὄμνυσι κατ' αὐτοῦ* (cf. fr. 6). *ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἄλλην διαφορὰν λέγει τῶν ἀκροαματικῶν πρὸς τὰ διαλογικά, ὅτι ἐν μὲν τοῖς ἀκροαματικοῖς τὰ δοκοῦντα αὐτῷ λέγει καὶ τὰ ἀληθῆ, ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς τὰ ἄλλοις δοκοῦντα τὰ ψευδῆ* . . . (40) *τοῦτο δὲ εἶπεν Ἀλέξανδρος, ἐπειδὴ τὴν λογικὴν ψυχὴν βούλεται φθαρτὴν εἶναι, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς διαλογικοῖς μάλιστα δοκεῖ κηρύττειν τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς· ἵνα οὖν μὴ σχῇ ἐλέγχοντα τὸν Ἀριστοτέλην, διὰ τοῦτο εἶπε τοιαύτην διαφοράν.*

Themist. de anima (opp. ed. Ven. 1534) f. 90^{b} (ad Ar. l. III): *καὶ οἱ λόγοι δὲ οὓς ἠρώτησε* (Plato scil. in Phaedone) *περὶ ψυχῆς ἀθανασίας εἰς τὸν νοῦν ἀνάγονται σχεδόν τι οἱ πλεῖστοι καὶ ἐμβριθέστατοι, ὅ τε ἐκ τῆς αὐτοκινησίας· ἐδείχθη γὰρ ὡς αὐτοκίνητος μόνος ὁ νοῦς, εἰ καὶ τὴν κίνησιν ἀντὶ τῆς ἐνεργείας νοοίημεν· καὶ ὁ τὰς μαθήσεις ἀναμνήσεις εἶναι λαμβάνων καὶ ὁ τὴν πρὸς τὸν θεὸν ὁμοιότητα. καὶ*

τῶν ἄλλων δὲ τοὺς ἀξιοπιστοτέρους δοκοῦντας οὐ χαλεπῶς ἄν τις τῷ νῷ (cf. fr. 8) *προσβιβάσειεν, ὥσπερ γε καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ Ἀριστοτέλους ἐξειργασμένων ἐν τῷ Εὐδήμῳ. ἐξ ὧν δῆλον ὅτι καὶ Πλάτων τὸν νοῦν ἀθάνατον μόνον ὑπολαμβάνει. . .*

3. (33)

Proclus in Plat. Tim. V p. 338 d (p. 823 Schn.): *τὴν ψυχὴν τῷ σώματι συνῆψεν ἀμέσως πάντα τὰ περὶ καθόδου ψυχῆς ὑπεκτεμὼν προβλήματα . . . ἀλλ' οὐδὲ τὰ μετὰ τὴν ἔξοδον αὐτῆς ἐν τούτοις παραδώσει . . . ὅτι φήσω τὸ πρέπον διασώζει τῇ τοῦ διαλόγου προθέσει καὶ τῆς περὶ ψυχῆς θεωρίας ὅσον φυσικὸν ἐν τούτοις παραλαμβάνει τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ὁμιλίαν παραδιδούς. ὃ δὴ καὶ Ἀριστοτέλης ζηλώσας ἐν τῇ περὶ ψυχῆς πραγματείᾳ φυσικῶς αὐτὴν μεταχειριζόμενος οὔτε περὶ καθόδου ψυχῆς οὔτε περὶ λήξεων ἐμνημόνευσεν, ἀλλ' ἐν τοῖς διαλόγοις χωρὶς ἐπραγματεύσατο περὶ αὐτῶν καὶ τὸν προηγούμενον κατεβάλλετο λόγον. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τούτων.*

Cf. Plut. de aud. poet. c. 1.

4. (34)

Proclus in Plat. remp. (diss. XII c. 4 sec. ind. cod. Laur.) apud Maium Spicileg. Rom. t. VIII Rom. 1842 p. 705: *λέγει δὲ καὶ ὁ δαιμόνιος Ἀριστοτέλης αἰτίαν δι' ἣν ἐκεῖθεν μὲν ἰοῦσα ἡ ψυχὴ δεῦρο ἐπιλανθάνεται τῶν ἐκεῖ θεαμάτων, ἐντεῦθεν δὲ ἐξιοῦσα μέμνηται ἐκεῖ τῶν ἐνταῦθα παθημάτων. καὶ ἀποδεικτέον τοῦ λόγου· φησὶ γὰρ οὖν καὶ αὐτός, ἐκ μὲν ὑγείας εἰς νόσον ὁδεύοντας* (-τα M.) *λήθην ἴσχειν τινὰς καὶ αὐτῶν τῶν γραμμάτων ὧν ἐμεμαθήκεισαν, ἐκ νόσου δὲ εἰς ὑγείαν ἰόντα μηδένα πώποτε τοῦτο πάσχειν· ἐοικέναι δὲ τὴν μὲν ἄνευ σώματος ζωὴν ταῖς ψυχαῖς κατὰ φύσιν οὖσαν*. . .* (codicis lacunam ita fere quod ad sententiam expleas: *ὑγείᾳ, νόσῳ δὲ τὴν ἐν σώματι. ὅθεν*) *σημαίνει τὰς μὲν ἐκεῖθεν ἰούσας ἐπιλανθάνεσθαι τῶν ἐκεῖ, τὰς δὲ ἐντεῦθεν ἐκεῖσε τῶν ἐνταῦθα διαμνημονεύειν. δοκεῖ δέ μοι . . .*

5. (35)

Augustinus contra Iulianum Pelag. IV (15), 78: *videntur autem non frustra christianae fidei propinquasse, qui vitam istam fallaciae miseriaeque plenissimam non opinati sunt nisi divino iudicio contigisse, tribuentes utique iustitiam conditori, a quo factus est et administratur hic mundus. quanto ergo te melius veritatique vicinius de hominum generatione senserunt quos Cicero in extremis partibus Hortensii dialogi* (fr. 84 Or. p. 485 opp. IV, 2) *velut ipsa rerum evidentia ductus compulsusque*

commemorat. nam quum multa quae videmus et gemimus de hominum vanitate atque felicitate dixisset, «ex quibus humanae, inquit, vitae erroribus et aerumnis fit, ut interdum veteres illi sive vates sive in sacris initiisque tradendis divinae mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore poenarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid vidisse videantur verumque sit illud quod est apud Aristotelem, simili nos affectos esse supplicio atque eos qui quondam, quum in praedonum Etruscorum manus incidissent, crudelitate excogitata necabantur, quorum corpora viva cum mortuis, adversa adversis accommodata quam aptissime colligabantur. sic nostros animos cum corporibus copulatos, ut vivos cum mortuis esse coniunctos».

5b. (36)

Clem. Alex. strom. VI, 6, 53 (t. III p. 130 Lips.): Ἰσίδωρος δὲ ὁ Βασιλείδου υἱὸς ἅμα καὶ μαθητὴς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν τοῦ προφήτου Παρχὼρ ἐξηγητικῶν καὶ αὐτὸς κατὰ λέξιν γράφει «φασὶ δὲ καὶ οἱ Ἀττικοὶ μεμηνῦσθαί τινα Σωκράτει παρεπομένου δαίμονος αὐτῷ, καὶ Ἀριστοτέλης δαίμοσι κεχρῆσθαι πάντας ἀνθρώπους λέγει συνομαρτοῦσιν αὐτοῖς παρὰ τὸν χρόνον τῆς ἐνσωματώσεως, προφητικὸν τοῦτο μάθημα λαβὼν καὶ καταθέμενος εἰς τὰ ἑαυτοῦ βιβλία, μὴ ὁμολογήσας ὅθεν ὑφείλετο τὸν λόγον τοῦτον».

6. (37)

Plutarch. consolat. ad Apoll. 27: πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν, ὥς φησι Κράντωρ, οὐ νῦν ἀλλὰ πάλαι κέκλαυσται τἀνθρώπινα τιμωρίαν ἡγουμένοις εἶναι τὸν βίον καὶ ἀρχὴν τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον συμφορὰν τὴν μεγίστην. τοῦτο δέ, φησὶν Ἀριστοτέλης, καὶ τὸν Σείληνον συλληφθέντα τῷ Μίδᾳ (cf. Theopompi fr. 74—77. Wichers Th. fr. p. 162.) ἀποφήνασθαι. βέλτιον δ' αὐτὰς τὰς τοῦ φιλοσόφου λέξεις παραθέσθαι. φησὶ δὲ ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ ἢ περὶ ψυχῆς ταυτί· «διόπερ ὦ κράτιστε πάντων καὶ μακαριστότατε, καὶ πρὸς τῷ μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι τοὺς τετελευτηκότας νομίζειν καὶ τὸ ψεύσασθαί τι κατ' αὐτῶν καὶ τὸ βλασφημεῖν οὐχ ὅσιον ὡς κατὰ βελτιόνων [ἡγούμεθα] καὶ κρειττόνων ἤδη γεγονότων (cf. fr. 1)· καὶ ταῦθ' οὕτως ἀρχαῖα καὶ παλαιὰ διατελεῖ νενομισμένα παρ' ἡμῖν, ὥστε τὸ παράπαν οὐδεὶς οἶδεν οὔτε τοῦ χρόνου τὴν ἀρχὴν οὔτε τὸν θέντα πρῶτον ἀλλὰ (ἀλλ' ἢ Bern.) τὸν ἄπειρον αἰῶνα [τυγχάνουσι διὰ τέλους οὕτω νενομισμένα]· πρὸς δὲ δὴ τούτοις διὰ στόματος ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁρᾷς ὡς ἐκ [πολλῶν ἐτῶν] παλαιοῦ χρόνου (fort. ἔκπαλαι. Bern.

ὡς παλαίφατόν τι) περιφέρεται θρυλούμενον. Τί τοῦτ'; ἔφη. Κἀκεῖνος ὑπολαβών· ὡς ἄρα μὴ γίνεσθαι μέν, ἔφη (vulgo *ἔφην*, male), *ἄριστον πάντων, τὸ δὲ τεθνάναι τοῦ ζῆν ἐστὶ κρεῖττον. καὶ πολλοῖς οὕτω παρὰ τοῦ δαιμονίου μεμαρτύρηται* (cf. Plut. c. 14 = Cic. Tusc. 1, s. 113—115). *τοῦτο μὲν ἐκείνῳ τῷ Μίδᾳ λέγουσι δήπου μετὰ τὴν θήραν ὡς ἔλαβε τὸν Σειληνὸν διερωτῶντι καὶ πυνθανομένῳ, τί ποτέ ἐστι τὸ βέλτιον τοῖς ἀνθρώποις καὶ τί τὸ πάντων αἱρετώτατον, τὸ μὲν πρῶτον οὐδὲν ἐθέλειν εἰπεῖν, ἀλλὰ σιωπᾶν ἀρρήτως* (*ἀρρήκτως* Rauchenstein in Mus. Rhen. XVII, 465. *ἀρράτως* Bernays)· *ἐπειδὴ δέ ποτε μόλις πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενος προσηγάγετο φθέγξασθαί τι πρὸς αὐτόν, οὕτως ἀναγκαζόμενον* (-*νος* vulgo. *ἀνακαγχάζοντα* coni. Bern.) *εἰπεῖν· Δαίμονος ἐπιπόνου καὶ Τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν ἃ ὑμῖν ἄρειον μὴ γνῶναι* (cf. Dicaearch. apud Cic. de divin. 2, 52); *μετ' ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ἀλυπότατος ὁ βίος. ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι γενέσθαι τὸ πάντων ἄριστον οὐδὲ μετασχεῖν τῆς τοῦ βελτίστου φύσεως· ἄριστον ἄρα* (corr. Bern., vulgo *γὰρ*) *πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι· τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἄλλων ἀνυστόν, δεύτερον δέ, τὸ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα. δῆλον οὖν ὡς οὔσης κρείττονος τῆς ἐν τῷ τεθνάναι διαγωγῆς ἢ τῆς ἐν τῷ ζῆν οὕτως ἀπεφήνατο»*.

Cf. Cicero Tusc. 1, 48, 114: *affertur etiam de Sileno fabella quaedam, qui quum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur. docuisse regem, non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori.*

Hoc fragmentum nunc praeclare correxit Bernays (Rhein. Museum N. F. XVI, 236—46).

7. (38)

Io. Philoponus (ex Alexandro) in Ar. de an. I (c. 4 in.) ed. Ven. 1535 fol. E, 1ª sup.: *μεμψάμενος ὁ Ἀριστοτέλης κοινῶς τοὺς περὶ ψυχῆς ἅπαντας εἰπόντας ὅτι μηδὲν περὶ τοῦ δεξομένου αὐτὴν σώματος διελέχθησαν . . . οἰκείως ἀκόλουθον τούτοις περὶ ψυχῆς δόξαν συνάπτει. εἰς ταὐτὸ γάρ τινες ἀποβλέψαντες ὅτι οὐχ ὡς ἔτυχε τὸ σῶμα ψυχῆς μετέχει, ἀλλὰ δεῖ τοιᾶσδε κράσεως, ὥσπερ καὶ ἡ ἁρμονία οὐχ ὡς ἔτυχε τῶν χορδῶν ἐχουσῶν γίνεται, ἀλλὰ δεῖ τοσῆσδε τάσεως, ἐνόμισαν καὶ τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν εἶναι τοῦ σώματος καὶ πρὸς τοὺς διαφόρους τοῦ σώματος ἁρμονίας τὰ διάφορα εἴδη τῶν ψυχῶν εἶναι. ταύτην οὖν ἐκτίθεται τὴν δόξαν καὶ διελέγχει. καὶ τέως μὲν αὐτὴν τὴν δόξαν μόνην ἐν τούτοις ἱστορεῖ, μετ' ὀλίγα δὲ καὶ τοὺς λόγους δι' ὧν εἰς*

ταύτην ἐκεῖνοι τὴν δόξαν ὑπήχθησαν τίθησιν. ἤδη δὲ καὶ ἐν ἄλλοις πρὸς ταύτην ἀντεῖπεν τὴν δόξαν, λέγω δὴ ἐν τῷ Εὐδήμῳ διαλόγῳ, καὶ πρὸ αὐτοῦ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι πέντε τισὶ κέχρηται ἐπιχειρήμασι πρὸς ταύτην ἐνιστάμενος τὴν δόξαν (quae iam exponuntur cum Epicuri contra tertium argumentatione. cf. etiam Olympiod. et al. eclog. schol. in Phaed. p. 137 sqq. 183 sqq.) . . . (fol. E, 1^b:) *αὗται μὲν οὖν αἱ πέντε ἐπιχειρήσεις αἱ Πλάτωνος. κέχρηται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀριστοτέλης, ὡς ἤδη εἶπον, ἐν τῷ Εὐδήμῳ τῷ διαλόγῳ δύο ἐπιχειρήσεσι ταύταις, μιᾷ μὲν οὕτως· τῇ ἁρμονίᾳ, φησίν, ἔστι τι ἐναντίον, ἡ ἀναρμοστία· τῇ δὲ ψυχῇ οὐδὲν ἐναντίον. οὐκ ἄρα ἡ ψυχὴ ἁρμονία ἐστίν* (cf. quartum Platonis argumentum apud Philop. f. E, 1^a med.). *εἴποι δ' ἄν τις πρὸς τοῦτο* (ut ait scil. Alexander), *ὅτι τῇ ἁρμονίᾳ ἐναντίον οὐκ ἔστι κυρίως ἐναντίον ἀλλὰ στέρησις ἀόριστος· καὶ τῇ ψυχῇ δ' ὡς εἴδει τινὶ οὔσῃ ἔστι τι ἀντικείμενον ἀόριστον. καὶ ὥσπερ ἐκεῖ φαμὲν τὴν τοιάνδε ἁρμονίαν μεταβάλλειν εἰς τὴν ἀναρμοστίαν, οὕτω καὶ τὴν τοιάνδε στέρησιν μεταβάλλειν εἰς ψυχήν. δευτέρᾳ δέ· τῇ ἁρμονίᾳ, φησί, τοῦ σώματος ἐναντίον ἐστὶν ἡ ἀναρμοστία τοῦ σώματος, ἀναρμοστία δὲ τοῦ ἐμψύχου σώματος νόσος καὶ ἀσθένεια καὶ αἶσχος· ὧν τὸ μὲν ἀσυμμετρία τῶν στοιχείων ἡ νόσος, τὸ δὲ τῶν ὁμοιομερῶν ἡ ἀσθένεια, τὸ δὲ τῶν ὀργανικῶν τὸ αἶσχος. εἰ τοίνυν ἡ ἀναρμοστία νόσος καὶ ἀσθένεια καὶ αἶσχος, ἡ ἁρμονία ἄρα ὑγεία καὶ ἰσχὺς καὶ κάλλος* (cf. Arist. p. 408, 1). *ψυχὴ δὲ οὐδέν ἐστι τούτων οὔτε ὑγεία φημὶ οὔτε ἰσχὺς οὔτε κάλλος· ψυχὴν γὰρ εἶχε καὶ ὁ Θερσίτης αἴσχιστος ὤν. οὐκ ἄρα ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἁρμονία. καὶ ταῦτα μὲν ἐν ἐκείνοις. ἐνταῦθα δὲ τέσσαρσι κέχρηται ἐπιχειρήσεσιν ἀνασκευαστικαῖς τῆς δόξης ταύτης, ὧν τὸ τρίτον* (p. 408, 1 — 3) *ἐστὶ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Εὐδήμῳ δεύτερον.* (nunc explicantur quatuor illa *ἐπιχειρήματα* Aristotelis ex p. 407^b 32 — 408, 5, ad quorum tertium p. 408, 1 haec leguntur fol. E, 2^a:) «*ἁρμόζει δὲ μᾶλλον καθ' ὑγιείας λέγειν ἁρμονίαν καὶ ὅλως τῶν σωματικῶν ἀρετῶν ἢ κατὰ ψυχῆς*»: *τοῦτο τρίτον ἐπιχείρημα· ἐστὶ δὲ τὸ δεύτερον τῶν ἐν τῷ Εὐδήμῳ. ὅτι δὲ ἁρμονία ἡ ὑγίεια ἔδειξεν ἐν ἐκείνοις ἐκ τοῦ ἐναντίου τῆς νόσου. εἴπομεν δὲ ἀνωτέρω τὴν ἀγωγὴν τοῦ συλλογισμοῦ.*

Admodum breviter hunc locum tangit Simplicius (qui Iamblichi commentario nititur, non Alexandri ut Ioannes) haec scribens f. 14^a (ed. Ven. Ald. 1527): *ἐν κοινῷ δὲ γινομένους λόγους* (cf. Io. f. E, 1^b) *τοὺς συμμέτρως καὶ τοῖς πολλοῖς ἠρωτημένους καλεῖ, αἰνιττόμενος μὲν ἴσως καὶ*

τοὺς ἐν Φαίδωνι, λέγων δὲ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῷ διαλόγῳ τῷ Εὐδήμῳ γραφέντας ἐλεγκτικοὺς τῆς ἁρμονίας.

Pseudoplutarch. de vita Hom. 1, 3 (Plut. opp. ed. Dübner t. V. Par. 1855 p. 101. cf. p. XI): *Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ποιητικῆς ἐν Ἴῳ φησὶ τῇ νήσῳ, καθ' ὃν καιρὸν Νηλεὺς ὁ Κόδρου τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας ἡγεῖτο* (de aetate igitur Homeri consentiebant Pseudaristoteles et Aristarchus), *κόρην τινὰ τῶν ἐπιχωρίων γενομένην ὑπό τινος δαίμονος τῶν συγχορευτῶν ταῖς μούσαις ἐγκύμονα, αἰδεσθεῖσαν τὸ συμβὰν διὰ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς ἐλθεῖν εἴς τι χωρίον τὸ καλούμενον Αἴγιναν· εἰς ὃ καταδραμόντας λῃστὰς ἀνδραποδίσαι τὴν προειρημένην καὶ ἀγαγόντας εἰς Σμύρναν οὖσαν ὑπὸ Λυδοῖς τότε τῷ βασιλεῖ τῶν Λυδῶν ὄντι φίλῳ τοὔνομα Μαίονι χαρίσασθαι· τὸν δὲ ἀγαπήσαντα τὴν κόρην διὰ τὸ κάλλος γῆμαι. ἣν διατρίβουσαν παρὰ τῷ Μέλητι, συσχεθεῖσαν ὑπὸ τῆς ὠδῖνος ἀποκυῆσαι τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τῷ ποταμῷ. ὃν ἀναλαβὼν ὁ Μαίων ὡς ἴδιον ἔτρεφε, τῆς Κριθηΐδος μετὰ τὴν κύησιν εὐθέως τελευτησάσης. χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος καὶ αὐτὸς ἐτελεύτησε. τῶν δὲ Λυδῶν καταπονουμένων ὑπὸ τῶν Αἰολέων καὶ κρινάντων καταλιπεῖν τὴν Σμύρναν, κηρυξάντων τῶν ἡγεμόνων τὸν βουλόμενον ἀκολουθεῖν ἐξιέναι τῆς πόλεως, ἔτι νήπιος ὢν Ὅμηρος ἔφη καὶ αὐτὸς βούλεσθαι ὁμηρεῖν· ὅθεν ἀντὶ Μελησιγενοῦς Ὅμηρος προσηγορεύθη. γενόμενος δ' ἐν ἡλικίᾳ καὶ δόξαν ἐπὶ ποιητικῇ κεκτημένος ἤδη ἐπηρώτα τὸν θεόν, τίνων τε εἴη γονέων καὶ πόθεν· ὁ δὲ ἀνεῖλεν οὕτως·*

> *ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρίς, ἥ σε θανόντα*
> *δέξεται· ἀλλὰ νέων ἀνδρῶν αἴνιγμα φύλαξαι.*

φέρεται δὲ καὶ ἕτερος χρησμὸς τοιοῦτος (decem versibus qui Aristoteleis ab auctore interpositi videntur) ... *μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον πλέων ἐς Θήβας* (*εἰς τὰς Ἀθήνας* Ps. Herod. vit. Hom. p. 18, 65 West. et quidem *ἐκ τῆς Σάμου*, ubi secundum Procli *περὶ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ λόγον*, qui idem est cum Aristoteleo, dicitur p. 25, 27 West. *διατρῖψαι μὲν παρὰ Κρεωφύλῳ, γράψαντα δ' Οἰχαλίας ἅλωσιν τούτῳ χαρίσασθαι, ἥτις νῦν ὡς Κρεωφύλου περιφέρεται.* quae manifestum est non nisi Procli errore male aut excerpentis aut excerpti de Io insula potius quam de Samo dicta videri) *ἐπὶ τὰ Κρόνια· ἀγὼν δὲ οὗτος ἄγεται παρ' αὐτοῖς μουσικός· ἦλθεν εἰς Ἴον. ἔνθα ἐπὶ πέτρας καθεζόμενος ἐθεάσατο ἁλιεῖς προσπλέοντας, ὧν ἐπύθετο εἴ τι ἔχοιεν* (Procl. p. 25, 30: *θεασάμενον ἁλιεῖς προσειπεῖν αὐτοὺς καὶ ἀνακρῖναι τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν·*

> *ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης θηρήτορες ἆρ' ἔχομέν τι;*

cf. vit. Hom. p. 28, 20. 30, 37 ubi est *ἀλιήτορες ἦ ῥ' ἔχομέν τι;*). *οἱ δὲ ἐπὶ τῷ θηράσαι μὲν μηδέν, φθειρίσασθαι δὲ διὰ τὴν ἀπορίαν τῆς θήρας οὕτως ἀπεκρίναντο·*

ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθ', ὅσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα,

αἰνισσόμενοι ὡς ἄρα οὓς μὲν ἔλαβον τῶν φθειρῶν ἀποκτείναντες κατέλιπον, οὓς δ' οὐκ ἔλαβον ἐν τῇ ἐσθῆτι φέροιεν. ὅπερ οὐ δυνηθεὶς συμβαλεῖν Ὅμηρος διὰ τὴν ἀθυμίαν ἐτελεύτησε. θάψαντες δὲ αὐτὸν οἱ Ἰῆται μεγαλοπρεπῶς (cf. vit. p. 30, 44 West.) *τοιόνδε ἐπέγραψαν αὐτοῦ τῷ τάφῳ·*

ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει,
ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

quae ultima, sicut ex Procli narratione superiora, supplenda sunt ex vit. Hom. p. 30, 43 West. *οὐ νοήσας δὲ τὸ λεγόμενον ἀπὸ θλίψεως ἐτελεύτησεν ἐν Ἴῳ τῇ νήσῳ. ἔθαψαν δ' αὐτὸν μεγαλοπρεπῶς οἱ Ἰῆται* etc. et Procli chrest. gr. p. 25, 38 West. *οὕτω δ' ἐκεῖνον ἀθυμήσαντα σύννουν ἀπιέναι τοῦ χρησμοῦ ἔννοιαν λαμβάνοντα καὶ οὕτως ὀλισθέντα περιπταῖσαι λίθῳ καὶ τριταῖον τελευτῆσαι* (cf. Cert. Hom. et Hes. p. 45, 29 West.).

Ietam (itaque Ionem non Aeolium quem sustentat Ps. Herod. p. 19, 499) secundum Aristotelem fuisse poetam vitae Homeri descriptiones variae repetunt (p. 28, 29 et 31, 5 Westermanni in biogr. Gr., Cramer anecd. Par. III, 98. Ps. Plut. de vit. et poesi Hom. II, 2. Tzetz. exeg. in Il. p. 8 Herm.). cf. Gellius 3, 11: *Aristoteles tradit ex insula Io natum.* de Creophylo cf. Strabo XIV p. 638, Suid. s. v. (at cave credas Welckero Ep. Cycl. I p. 225. de sepulcro Homeri cum epigrammate cf. Welcker ib. p. 159. Pasch di Krienen, Breve descr. dell' Arcipelago. Livorno 1773 p. 38. 44 = ed. L. Ross. Halle 1860 p. 39. 44. de quibus falsarii nugis Welcker Kl. Schr. III, 284 sqq.).

XII.

Πολιτικός.

Πολιτικοῦ (*περὶ πολιτικοῦ* cod. Laur.) *ᾱ β̄* Laertius, e quo Hesychius *πολιτικόν* (immo *πολιτικός*) *ᾱ*.

1. (61)

Cicero ep. ad Quintum fr. III, 5 (ubi de mutata librorum *de optimo statu civitatis et de optimo cive* id est de republica qui vulgo vocantur,

scribendorum ratione, in quibus antea sermonem instituerat Africani et amicorum): *hi libri quum in Tusculano mihi legerentur audiente Sallustio, admonitus sum ab illo multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de republica, praesertim quum essem non Heraclides Ponticus sed consularis et is qui in maximis versatus in republica rebus essem. quae tam antiquis hominibus attribuerem, ea visum iri ficta esse ... Aristotelem denique quae de republica et praestante viro scribat ipsum loqui. commovit me et eo magis quod maximos motus nostrae civitatis attingere non poteram, quod erant inferiores quam illorum aetas qui loquebantur.*

XIII.
Περὶ δικαιοσύνης.

Aristotelis qui ferebantur περὶ δικαιοσύνης libri (quatuor sec. Laert. Hes. et Ptol. ap. W. 142. cf. Hadschi Khalfa V, 115: *Ar. libri IV de iustitia, eiusdemque de qualitatibus iustitiae opus aliud quatuor libris constans.* cf. Cic. de rep. 3, 8 p. 248 Mai. class. auct. t. I: *alter autem de ipsa iustitia quattuor implevit sane grandes libros* i. e. Arist. cf. 3, 7. tres autem erant Stratonis et Heraclidis D. L. 5, 58. 86), in quorum prooemio induxisse quendam auctor videtur de perdita propter civium luxuriam atque inertiam Athenarum libertate ratione fere Demosthenica lamentantem (ut Heraclides in l. περὶ ἡδονῆς Athen. XII, 512[b] ubi ex adversarii voluptatisque amici parte loquitur, et ex antiquo quodam auctore Dio Chrys. or. 2, 36), aequalis quidem hic, ut patet, non iuvenis Aristotelis, cui vulgo tribuunt dialogos, immo senis atque imperii Macedonici, eius igitur libri praeter rerum ob iniustitiam et voluptatem male gestarum memorias, quales ex similibus Heraclidis et περὶ δικαιοσύνης et περὶ ἡδονῆς libris excerpserunt grammatici (apud Athenaeum, cf. Müller Fr. h. Gr. II, 199), disputationem continebant philosophicam de ratione quae inter iustitiam reliquasque virtutes intercedat et inter voluptatis partes. quod igitur de voluptate in hoc quoque libro disseruit, id mihi causae fuit ut ea quoque fragmenta, quae si ipsa per se spectes, perdito περὶ ἡδονῆς libro facile concedas, inter librorum de iustitia reliquias apponere maluerim. ceterum quod ad librum περὶ ἡδονῆς notandum est praeter singulos et Stratonis (D. L. 5, 59) et Heraclidis (D. L. 5, 88. cf. Ath.) duo memorari in indice Theophrasteorum (D. L. 5, 44): περὶ ἡδονῆς ὡς Ἀριστοτέλης ᾱ i. e. qui Aristoteleo (alteri scil. quem habet D. L.

5, 24) ita fere similis esset, ut ethica Eudemea et physica et sec. D. L. 5, 24 Theophrasti politica et κατηγοριῶν ἄλλο illud aliique Aristotelicis. v. Rose p. 39. cf. E. Köpke de Chamaeleonte peripat. p. 43. Usener anal. Theophr. p. 18) et περὶ ἡδονῆς ἄλλο ᾱ, id scilicet quod etiam Chamaeleonti tribuebatur secundum Athenaeum (VIII, 347[e]) modo huius (VI, 273[c]) cum criticis, modo illius (XII, 511[c]. 526[d]) nomine in exemplaribus vulgato utentem. habetur tertius praeterea Theophrasti liber περὶ ψευδοῦς ἡδονῆς (D. L. 5, 46), duo autem Aristotelis (dialogus scil. apud D. L. 5, 22 et Hesychium, aliusque quem Hesychius omisit apud eundem Laertium 5, 24 et apud Ptolemaeum Wenr. 145, cui Theophrasti ille scriptionis ratione similis fuit), qui nunquam citantur. contra nobiliores fuisse videntur et lectiores libri περὶ δικαιοσύνης, quos iam Chrysippus Stoicus († ol. 143) respexisse deprehenditur et in ipsius tertio περὶ δικαιοσύνης (cuius tituli erant alii etiam contra Platonem sec. Plut. de Stoic. rep. 15. cf. adv. Stoicos 25) et ut credo in libris περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς (Athen. 8, 13. 14. 16), ubi de epitaphio Sardanapali. nam quum sicut Plutarchus (cf. adv. St. 25) etiam Athenaeus (XIII, 565[a]) Chrysippi libris vulgatissimis ipse usus esse videatur, vix casu factum esse potest quod in eodem Chrysippi loco versibusque regis sepulcro inscriptis Aristotelem simul et ille citaverit et Cicero in Tusculanis. Chrysippi autem aetate et Callimachi iam omnem illam, sicut Hippocraticorum, ita librorum Aristoteli (ex primordiali illa aetatis vel Theophrasteae vel Alexandrinae ante nata litterarum studia bibliographica incuria atque inscitia) falso adscriptorum molem extitisse eodemque titulo eosdem fere omnes, licet quorundam titulos Hermippus aut coniectura aut exemplarium comparatione correxerit in vita Aristotelis discipulisque potius quam magistro tribuerit (velut Grylli et si Philodemum audimus oeconomici, fortasse etiam libri περὶ ὀργῆς, quem Pasicratis Rhodii idem Philodemus novit, exemplo autem prae ceteris manifesto septem illarum περὶ ζώων dissertationum, quas ut Antigoni mirabilium excerpta demonstrant, Aristotelis, non quo etiam nunc merito leguntur Theophrasti nomine inscriptas legerat Callimachus), postea etiam ad Andronicum usque extitisse, qui iustos librorum Peripateticorum indices primus condidit, hoc identidem animadvertimus. iam vero monendum est, Platonissantem in hoc quoque dialogo ut in aliis multis conspici auctorem, qui si quidem fides est Stoico, de iustitia illa Platonica egerit totius animae virtute una et perfecta reliquasque omnes confirmante (Plato de rep. 433: τὸ ὑπόλοιπον ... σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας καὶ φρονήσεως ... ὃ πᾶσιν ἐκείνοις τὴν δύναμιν παρέσχεν ὥστε ἐγγενέσθαι) et comprehendente (v. Plato de rep. IV, 433. 442—43. cf. Pseudopythagoreorum

dissertationes ex academia simul et peripato derivatas conflatasque, velut Theagis Stob. fl. 1, 67 et Metopi ib. 1, 64 et *Ἐκπώλου* — sic pro *Πώλου* etiam Photius in indice auctorum Stobaei sub litt. *E* — Lucani ib. 9, 54, cui *δοκεῖ τὰν δικαιοσύναν ματέρα τε καὶ τιθάναν τᾶν ἄλλαν ἀρετᾶν προσειπέν· ἄτερ γὰρ ταύτας οὔτε σώφρονα οὔτε ἀνδρεῖον οὔτε φρόνιμον οἷόν τε ἦμεν. ἁρμονία γάρ ἐντι καὶ εἰράνα τᾶς ὅλας ψυχᾶς μετ' εὐρυθμίας*), non autem de Aristotelica (eth. Perip. ap. Stob. ecl. II p. 304. cf. 294) et Stoica (D. L. 7, 92. Stob. l. c. p. 102. cf. 104. 106 ubi de speciebus eius, de quibus cf. Pseudar. divis. Plat. ap. D. L. 3, 83 = Pseudar. de virt. et vit. c. 5. 1250[b] 19), quae quidem non sit *τελεία* illa et *ὅλη* (Ar. eth. 5, 3. cf. magna mor. 1, 34), sed *ἡ ἐν μέρει δικαιοσύνη* (Ar. eth. 5, 4). haec enim est quae dicitur *διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν* (de virt. et vit. p. 1250, 12) atque de hac valet quod inter theses Peripateticas (ex Favorino cf. 5, 21. 28. 34) ponit Laertius 5, 31: *τάς τε ἀρετὰς ἔφη μὴ ἀντακολουθεῖν· ἐνδέχεσθαι γὰρ φρόνιμόν τινα καὶ ὁμοίως δίκαιον ὄντα ἀκόλαστον καὶ ἀκρατῆ εἶναι.* contra Pseudaristoteli, qui voluptatem defendit non quidem *τέλος* esse, attamen *ἀγαθόν* (sicut Plato in Philebo, cf Ar. eth. 7, 14), ei igitur argumentanti *συναναιρεῖται τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἑκάστη* (cf. Stob. ecl. II p. 306), sicut Platonicis.

1. (62)

Demetrius *περὶ ἑρμηνείας* c. 28 (Walz. rhet. Gr. IX p. 17, ubi de homoioteleutorum usu): *οὔτε δῆτα ἐν δεινότητι χρήσιμα τὰ τοιαῦτα, ὡς ἔδειξα, οὔτε ἐν πάθεσι καὶ ἤθεσιν· ἁπλοῦν γὰρ εἶναι βούλεται καὶ ἀποίητον τὸ πάθος, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἦθος. ἐν γοῦν τοῖς Ἀριστοτέλους περὶ δικαιοσύνης ὁ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ὀδυρόμενος εἰ μὲν οὕτως εἴποι* (sicut scil. revera dicit) *ὅτι «ποίαν τοιαύτην πόλιν εἷλον τῶν ἐχθρῶν, οἵαν τὴν ἰδίαν πόλιν ἀπώλεσαν»* (ol. 114, 2: ad Antipatrum enim et Macedones, non ad Lacedaemonios et ol. 93, 4 hoc pertinere videtur), *ἐμπαθῶς ἂν εἰρηκὼς εἴη καὶ ὀδυρτικῶς· εἰ δὲ παρόμοιον αὐτὸ ποιήσει· ποίαν γὰρ πόλιν τῶν ἐχθρῶν τοιαύτην ἔλαβον ὁποίαν τὴν ἰδίαν ἀπέβαλον, οὐ μὰ τὸν Δία πάθος κινήσει ἀλλὰ τὸν καλούμενον κλαυσιγέλωτα. τὸ γὰρ ἐν πενθοῦσι παίζειν κατὰ τὴν παροιμίαν τὸ τὰ τοιαῦτα ἐν τοῖς πάθεσι κακοτεχνεῖν ἐστί.*

2. (63)

Athen. epit. I p. 6[d]: *ἄλλοι δὲ φίλιχθυν τὸν Φιλόξενόν* (de quo Ath. I, c. 8—11) *φασιν. Ἀριστοτέλης δὲ φιλόδειπνον ἁπλῶς, ὃς καὶ γράφει που ταῦτα· «δημηγοροῦντες ἐν τοῖς ὄχλοις κατατρίβουσιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν τοῖς θαύμασι καὶ πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ Φάσιδος ἢ Βορυσθένους*

καταπλέοντας, ἀνεγνωκότες οὐδὲν πλὴν εἰ τὸ Φιλοξένου δεῖπνον οὐδ' ὅλον».

Philoxeni ubi de voluptate disputat ipse quoque mentionem facit Aristoteles eth. 3, 10. cf. Eudemi eth. 3, 2. probl. 28, 7.

3. (64)

Suidas (cuius copiae ex primo fonte Didymo derivatae videntur, cf. Hesych. et Harpocr. s. v. Diogen. prov. 4, 76. Schol. Lucian. p. 139 Jac. e Suida Apostol. 8, 12 Leutsch.) s. *Εὐρύβατος: πονηρός, ἀπὸ τοῦ πεμφθέντος ὑπὸ Κροίσου* (cf. Harp. p. 89, 17) .... *Νίκανδρος Αἰγιναῖον Εὐρύβατον πανουργότατον, οὗ μνημονεύει Ἀριστοτέλης ἐν ᾱ περὶ δικαιοσύνης* (sic etiam Apostol.). *Δοῦρις δὲ ... καὶ Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ ... λέγεται τὸν Εὐρύβατον κλέπτην ὄντα, εἰρχθέντα καὶ παραφυλαττόμενον, ἐπειδὴ συμπίνοντες ἔλυσαν αὐτὸν οἱ φυλάσσοντες καὶ ἐκέλευσαν ἐπιδείξασθαι τὴν ἐπὶ τοὺς οἴκους ἀναρρίχησιν, τὸ μὲν πρῶτον διωθεῖσθαι, δεομένων δὲ ὡς οὐ βουλόμενον, ἐπεὶ μόλις ἀνέπεισαν, περιθέμενον τοὺς σπόγγους καὶ τὰς ἐγκεντρίδας ἀναδραμεῖν εἰς τοὺς τοίχους. ἀναβλέποντες δὲ ἐκεῖνοι καὶ θαυμάζοντες τὰς τέχνας, λαβεῖν αὐτὸν τὸν ὄροφον καὶ ὑπερβάλλοντα, πρὶν ἐκεῖνοι κύκλῳ περιέλθωσι, διὰ τοῦ τέγους καταπηδῆσαι.*

Cf. Gregor. Corinth. ad Hermog. *περὶ μεθόδου δεινότητος* c. 19 (Walz. t. VII, 2 p. 1277. cf. Anon. ad eundem Walz. t. V p. 568. Eustath. in Od. p. 1864) *Εὐρυβάτου πρᾶγμα* (Demosth. or. 18, 24. cf. Hesych. s. v.): *ὁ Εὐρυβάτης οὗτος παλίμβολος γέγονεν ἀνήρ. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης κλέπτην μὲν αὐτὸν γενέσθαι, ἁλόντα δὲ ἐπ' αὐτοφώρῳ δεθῆναι καὶ δημοσίᾳ φυλάττεσθαι· κἄπειτα τοὺς φυλάττοντας ἐπιθυμοῦντας θεάσασθαι ὅπως διὰ τῶν τοίχων ἀνιὼν εἰς τὰς οἰκίας παρίοι* (*πάρεισι* cod. Mon.), *λύσαντάς τε* (*τέως* Mon.) *αὐτὸν ἐπιδείκνυσθαι παρακαλεῖν. τὸν δὲ τάς τε ἐγκεντρίδας ὑποδυσάμενον* (*ὑποδησάμενον* Reiske) *καὶ τοὺς σπόγγους λαβόντα ἀναβῆναί τε ῥᾷστα καὶ τὸν ὄροφον τῆς οἰκίας ἐξελεῖν, εἶτα ἐν ὅσῳ περιῄεσαν οἱ φύλακες ἑτέρωθεν ὅπως λάβοιεν* (*καταλάβοιεν* Mon.) *κατιόντα, οἴχεσθαι φεύγοντα. ἄλλοι δέ* (Ephorus apud Suid. Harp. Eust.) *φασιν ἄνδρα τοῦτον εἶναι Ἐφέσιον* etc.

4. (65)

Plutarch. de Stoicorum repugn. c. 13: *ἀλλ' αὐτός γε πάλιν* (*ὁ Χρύσιππος*) *ἐν τῷ τρίτῳ περὶ δικαιοσύνης φησίν, ὅτι δικαιοσύνην ἀναιροῦσιν οἱ τέλος ὑποτιθέμενοι τὴν ἡδονήν· οἱ δὲ μόνον ἀγαθὸν εἶναι λέγοντες οὐκ ἀναιροῦσιν.* ... (c. 15:) *πάλιν ἐν μὲν τοῖς περὶ δικαιοσύνης ὑπειπών, ὅτι τοὺς ἀγαθὸν ἀλλὰ μὴ τέλος τιθεμένους τὴν ἡδονὴν ἐνδέ-*

χεται σώζειν καὶ τὴν δικαιοσύνην ... ἐν δὲ τοῖς πρὸς Πλάτωνα κατηγορῶν αὐτοῦ δοκοῦντος ἀγαθὸν ἀπολιπεῖν τὴν ὑγείαν, οὐ μόνον τὴν δικαιοσύνην φησὶν ἀλλὰ καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν ἀναιρεῖσθαι καὶ τὴν σωφροσύνην καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας, ἂν τὴν ἡδονὴν ἢ τὴν ὑγείαν ἤ τι τῶν ἄλλων ὃ μὴ καλόν ἐστιν ἀγαθὸν ἀπολείπωμεν. ἃ μὲν οὖν ῥητέον ὑπὲρ Πλάτωνος ἐν ἄλλοις γέγραπται πρὸς αὐτόν. ἐνταῦθα δ' ἡ μάχη καταφανής ἐστιν, ὅπου μὲν ἂν μετὰ τοῦ καλοῦ τις ὑποθῆται καὶ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι σώζεσθαι δικαιοσύνην λέγοντος, ὅπου δὲ πάλιν τοὺς μὴ μόνον τὸ καλὸν ἀπολιπόντας αἰτιωμένου τὰς ἀρετὰς ἁπάσας ἀναιρεῖν. ἵνα δὲ μηδ' ἀπολογίαν ὑπολίπῃ τοῖς ἐναντιώμασιν, Ἀριστοτέλει περὶ δικαιοσύνης ἀντιγράφων οὔ φησιν αὐτὸν ὀρθῶς λέγειν, ὅτι τῆς ἡδονῆς οὔσης τέλους ἀναιρεῖται μὲν ἡ δικαιοσύνη (cf. Porphyr. de abst. p. 282 Traj.), συναναιρεῖται δὲ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἑκάστη. τὴν μὲν γὰρ δικαιοσύνην ὑπ' αὐτῶν ὡς ἀληθῶς ἀναιρεῖσθαι, τὰς δ' ἄλλας ἀρετὰς οὐδὲν κωλύει ὑπάρχειν εἰ καὶ μὴ δι' αὑτὰς αἱρετὰς ἀλλ' ἀγαθὰς γοῦν καὶ ἀρετὰς ἐσομένας· εἶτα ἑκάστην ἐξ ὀνόματος προσαγορεύει ... τίς οὖν τούτου πρὸς λόγους ἰταμώτερος γέγονεν, ὃς δυεῖν τῶν ἀρίστων φιλοσόφων ἐγκέκληκε τῷ μὲν ὅτι πᾶσαν ἀρετὴν ἀναιρεῖ μὴ μόνον τὸ ἀγαθὸν ἀπολιπών, τῷ δ' ὅτι τῆς ἡδονῆς τέλος οὔσης οὐ πᾶσαν ἀρετὴν ἄνευ τῆς δικαιοσύνης σώζεσθαι νομίζει; θαυμαστὴ γὰρ ἡ ἐξουσία περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων διαλεγόμενον ἃ τίθησιν αὐτὸς ἐγκαλῶν Ἀριστοτέλει, ταῦτ' ἀναιρεῖν πάλιν Πλάτωνος κατηγοροῦντα. cf. adv. Stoicos c. 25: ἐν δὲ τοῖς περὶ δικαιοσύνης εἰ μέν τις ὑπόθοιτο τὴν ἡδονὴν τέλος, οὐκ οἴεται σώζεσθαι τὸ δίκαιον· εἰ δὲ μὴ τέλος ἀλλ' ἁπλῶς ἀγαθόν, οἴεται. τὰς δὲ λέξεις οὐκ οἴομαί σε δεῖσθαι νῦν ἀκούειν ἐμοῦ καταλέγοντος· τὸ γὰρ τρίτον περὶ δικαιοσύνης βιβλίον ἐστὶ πανταχόθεν λαβεῖν.

5. (66)

Porphyrius comm. in Ar. περὶ ἑρμηνείας (ad ipsa prima verba ἔστι μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα) *de significationis vi* veterum sententias recenset apud Boethium ed. sec. in l. de interpret. ed. Ven. (Ioh. et Greg. de Gregoriis) 1490 fol. 85ᵇ (Ven. 1491 f. 67ᵇ. Bas. 1570 p. 298): *putabant namque alii res vocibus designari... alii vero incorporeas quasdam naturas ... alii vero sensus, alii imaginationes significari vocibus arbitrabantur. quum igitur ista esset contentio apud superiores et hoc* (*haec* Bas.) *usque ad Aristotelis pervenisset aetatem, necesse fuit ut qui nomen et verbum significativa esse dicturus erat* (*s. esset diffiniturus* Bas.), *praediceret quorum ista de-*

signativa sint. *Aristoteles enim nominibus et verbis res subiectas significari non putat nec vero sensus vel etiam imaginationes. sensuum* (*sensum* Bas.) *quidem non esse significativas voces nomina et verba in opere de iustitia sic* (*sic* om. Bas.) *declarat dicens: φύσει γὰρ διηνέχθησαν τά τε νοήματα καὶ τὰ αἰσθήματα, quae interpretari Latine potes* (*potest* edd.) *hoc modo: natura enim sunt diversa intellectus et sensus. differre igitur aliquid arbitratur sensus atque intellectus, sed qui passiones animae a vocibus significari dicit, is non de* (*de* om. Bas.) *sensibus loquitur. sensus enim passiones corporis sunt ... neque magis de imaginationibus, ut probatur in libris de anima* (3, 8). *intellectus igitur vult.* cf. infra p. 304 Bas. *passiones autem animae dixit quoniam alias diligenter ostensum est omnem vocem animalis aut ex passione animae aut propter passionem proferri.*

Verba illa ex disputatione quadam de voluptatis variis generibus desumta videntur. etenim secundum Ar. eth. 10, 5: *διαφέρουσι αἱ τῆς διανοίας (ἐνέργειαι) τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις, καὶ αὗται ἀλλήλων κατ' εἶδος καὶ αἱ τελειοῦσαι δὴ ἡδοναί ... οὐ μὴν ἔοικέ γε ἡδονὴ διάνοια εἶναι οὐδ' αἴσθησις· ἄτοπον γάρ. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ χωρίζεσθαι φαίνεται ταὐτόν τισιν. ὥσπερ οὖν αἱ ἐνέργειαι ἕτεραι, καὶ αἱ ἡδοναί. διαφέρει δὲ ἡ ὄψις ἀφῆς καθαριότητι καὶ ἀκοὴ καὶ ὄσφρησις γεύσεως. ὁμοίως δὴ διαφέρουσι καὶ αἱ ἡδοναί, καὶ τούτων αἱ περὶ τὴν διάνοιαν καὶ ἑκάτεραι ἀλλήλων* etc. (cf. eth. 3, 10. Eudem. eth. 3, 2. problem. 28, 7 ubi *περὶ σωφροσύνης*).

6. (67)

Athenaeus VIII p. 335 f: *τί γὰρ τῶν ἐπιτρῖψαι δυναμένων παρέλιπεν ὁ καλὸς οὗτος ἐποποιὸς (Ἀρχέστρατος) καὶ μόνος ζηλώσας τὸν Σαρδαναπάλλου τοῦ Ἀνακυνδαράξεω βίον, ὃν ἀδιανοητότερον εἶναι κατὰ τὴν προσηγορίαν τοῦ πατρὸς Ἀριστοτέλης ἔφη. ἐφ' οὗ τοῦ τάφου ἐπιγεγράφθαι φησὶ Χρύσιππος τάδε· «εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς»* etc. (cf. Schweigh. animadv. IV p. 506 sq. Ath. XII, c. 38—40 e Clearcho *περὶ βίων* aliisque).

Cf. Cicero Tuscul. disp. 5, 35: *ex quo Sardanapali opulentissimi Syriae regis error agnoscitur, qui incidi iussit in busto:*

haec habeo quae edi quaeque exsaturata libido
hausit. at illa iacent multa et praeclara relicta.

quid aliud, inquit Aristoteles, in bovis, non in regis, sepulcro inscriberes? haec habere se mortuum dicit, quae ne vivus quidem diutius habebat quam fruebatur. iterumque Cicero de fin. 2, 32, 106: *corporis*

autem voluptas si etiam praeterita delectat, non intelligo cur A r i s t o t e l e s Sardanapali epigramma tanto opere derideat, in quo ille rex Syriae glorietur se omnes secum libidinum voluptates abstulisse. quod enim ne vivus quidem, i n q u i t, diutius sentire poterat quam dum fruebatur, quo modo id potuit mortuo permanere?

Septem versuum quos e Chrysippo adscripsit Athenaeus (cf. Diod. 2, 23), quartum et quintum ex alio fonte habet Cicero eosdemque duos (cf. Plut. de se ips. laud. 17) Graece Strabo XIV p. 672: *καὶ δὴ καὶ περιφέρεται τὰ ἔπη ταυτί «ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος* (*σὺν ἔρωτι* Ath.) *τέρπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται* (ita etiam Cic. Diod., *λέλυνται* Ath. cf. etiam Naeke, Choerili Samii quae supersunt. Lips. 1817 p. 208 sqq.).

Ceterum haec legi etiam potuerunt aut in libro *περὶ βασιλείας*, sicut in Dionis Chrys. orationibus *περὶ βασιλείας* Sardanapali iterata mentio extat (or. 2, 35. 3, 72. 4, 113) aut in libro *περὶ ἡδονῆς* (cf. Theophr. ap. Athen. XII, 511[c]. Heraclid. 512[a]).

7. (68)

Proclus (e Plutarchi comm., ut putat Wyttenbach fr. 17. cf. opp. Plut. VI, 1 p. 607) schol. in Hesiod. opp. v. 359 (p. 194 Gaisf.) *εἰ γάρ κεν καὶ σμικρόν: δοκεῖ μὲν ἀπηρτῆσθαι τοῦτο τοῦ προρρηθέντος· ἔχει δὲ καὶ συνέχειαν. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι κἂν ᾖ σμικρὸν τὸ ἀφαιρεθέν, παχνοῖ τὸν ἀφαιρεθέντα διὰ τὴν ἀκούσιον ἀφαίρεσιν, ἐπήγαγεν ὅτι τὸ σμικρὸν ἐπισωρευόμενον μὲν μέγα τι γίνεται, ἀφαιρούμενον δὲ εἰς τὸ μηδὲν καταλήγει· ὥστε εἰκότως λυπεῖ καὶ τὸ σμικρὸν ἀφαιρούμενον. καὶ εἰ τοῦτο ἀληθές, ὀρθῶς Ἀ ρ ι σ τ ο τ έ λ η ς ἔλεγεν* (in apophthegmate?) *ὅτι χείριστον τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ μὴ παρὰ τοῦτο λεγόμενον* (id est: si quid repetere soleat *μὴ παρὰ τοῦτο*). *εἰ γὰρ καταφρονοῖτο ὡς μικρὸν ἕκαστον καὶ ἐπιλέγοιμεν μὴ παρὰ τοῦτο, κακῶς πράξοιμεν. ἐν μὲν οὖν οἰκονομίαις λιμώξομεν τοῦτο ἀεὶ ἐπᾴδοντες, ἐν δὲ τῇ διαίτῃ νοσήσομεν, πολλάκις μὲν παρορῶντες τὸ ὀρθόν, λέγοντες δὲ ταύτην τὴν φωνήν· ἡ γὰρ καθ' ἓν ἕκαστον ἔλλειψις μεγάλην ἀθροίζει τοῖς παρορῶσι τὴν βλάβην.*

XIV.

Περὶ βασιλείας.

In divisione librorum Aristotelis haec habet Ammonii quae fertur (vel Philoponi) introductio in categorias (Amm. ed. Ven. 1545 f. 9[b]): *με-*

ρικὰ μὲν οὖν ἐστίν, ὅσα πρός τινα ἰδίᾳ γέγραπται, ὡς ἐπιστολαὶ ἢ ὅσα ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος περί τε βασιλείας καὶ ὅπως δεῖ τὰς ἀποικίας ποιεῖσθαι γεγράφηκε (cf. Sch. Br. p. 35 b 14). quae scholiastae verba nescio an parum accurate e prioribus pro recentiorum more tradita etsi ἐπιστολιμαῖον βιβλίον significent potius quam dialogum, ego quidem sic statuo, Alexandri sermonem quendam (fortasse cum Philippo patre habitum) auctoris narratione repetitum fuisse, ita fere ut postea apud Dionem Chrysostomum, qui Socraticorum dialogos saepius imitatus in usum suum convertit (velut in or. 3 et 4. cf. 9. 10. or. 3, 26—28 = Xen. mem. 4, 4. or. 4, 98 ἔτι καὶ νῦν i. e. Diogenis aetate. de librorum Socraticorum studio Dionis cf. p. 297. 640), in or. II περὶ βασιλείας ad Aristotelici dialogi fortasse exemplum argumentumque composita, cuius haec initium est: Λέγεταί ποτε Ἀλέξανδρον τῷ πατρὶ Φιλίππῳ μειράκιον ὄντα διαλεχθῆναι περὶ Ὁμήρου (cf. p. 634) μάλα ἀνδρείως καὶ μεγαλοφρόνως. οἱ δὲ αὐτοὶ λόγοι οὗτοι σχεδόν τι καὶ περὶ βασιλείας ἦσαν. ἐτύγχανε μὲν γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος στρατευόμενος ἤδη μετὰ τοῦ πατρός, καίτοι τοῦ Φιλίππου κωλύοντος ... (2) τότε δ' οὖν ἀπὸ στρατείας ἥκοντες ἐν Δίῳ τῆς Πιερίας ἔθυον ταῖς μούσαις καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων ἐτίθεσαν, ὅν φασιν ἀρχαῖον εἶναι παρ' αὐτοῖς. finis autem hic: ταῦτα δὲ ἀκούσας ὁ Φίλιππος ἡσθείς· οὐ μάτην, εἶπεν, Ἀλέξανδρε, περὶ πολλοῦ ποιούμεθα τὸν Ἀριστοτέλη καὶ τὴν πατρίδα αὐτῷ συνεχωρήσαμεν ἀνακτίζειν Στάγειρα τῆς Ὀλυνθίας οὖσαν. ὁ γὰρ ἀνὴρ ἄξιος πολλῶν καὶ μεγάλων δωρεῶν, εἰ τοιαῦτά σε διδάσκει περί τε ἀρχῆς καὶ βασιλείας εἴτε Ὅμηρον ἐξηγούμενος εἴτε καὶ ἄλλον τρόπον. certe in altero libro Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ ἀποίκων, quem ipse titulus fatetur dialogum, Alexandri disputantis partes fuisse consentaneum est. ceterum philosophis inde ab aetate Macedonica (cf. de Xenocrate Plut. adv. Col. 32 etc.) hoc περὶ βασιλείας argumentum in deliciis erat (cf. Stob. fl. 48, 27), etiam Peripateticis, velut Theophrasto (sec. D. L. 5, 42 et 49 περὶ βασιλείας α̅, περὶ παιδείας βασιλέως α̅, περὶ βασιλείας α̅ β̅, quorum primus πρὸς Κάσανδρον idemque fuerit qui a quibusdam Sosibio tribuebatur sec. Athen. IV, 144 c), Stratoni (D. L. 5, 58) etc. Aristotelis librum Ptolemaeus etiam memoravit (Wenrich 143).

Ceterum cf. infra ad tit. LX (de suasoria Ar. ad Alexandrum).

1. (69)

Pseudo-Ammonii vita Arist. (ante comm. in categ. Ven. 1545 f. 5 b): τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ καὶ περὶ βασιλείας ἔγραψεν ἐν ἑνὶ μονοβίβλῳ, παιδεύων αὐτὸν ὅπως δεῖ βασιλεύειν.

Cf. vit. Arist. Marc. (cod. 257 f. 276ª extr.): *ἵνα δὲ καὶ πάντας ἀνθρώπους εὐεργετήσῃ, γράφει τῷ Ἀλεξάνδρῳ βιβλίον περὶ βασιλείας, διδάσκων ὅπως βασιλευτέον. ὅπερ οὕτως ἔδρασεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου ψυχήν, ὡς λέγειν ὅτε μὴ ὠφέλησ[ε] τινα· σήμερον οὐκ ἐβασίλευσα, οὐδένα γὰρ εὖ ἐποίησα.* (vers. ant. lat. *ut autem et omnibus hominibus universaliter benefaceret, scripsit Alexandro librum de regno, docens ipsum qualiter oportet regnare. et in tantum movit animam Alexandri ad benefaciendum, quod dicebat: quod non benefeci aliquibus hodie, non regnavi.*)

2. (70)

Themistius orat. 8 (inscr. *Οὐάλης ἢ περὶ φύσεως βασιλικῆς*, hab. a. 368) p. 128 Dind. (107ᶜ Hard.): *Πλάτων μὲν οὖν, εἰ καὶ τὰ ἄλλα πάντα θεῖος καὶ αἰδοῖος, ἀλλὰ τοῦτόν γε ἀτεχνῶς ἀποκεκινδυνευμένως προήκατο λόγον* (de rep. p. 473ᵈ), *ὅτι μὴ πρότερον τὰ κακὰ λήξει τοῖς ἀνθρώποις πρὶν ἂν ἢ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἢ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν. ἐλήλεγκται δὲ ὁ λόγος καὶ δέδωκεν εὐθύνας τῷ χρόνῳ. ἄγασθαι δὲ ἄξιον Ἀριστοτέλην, ὅτι μικρὸν τὰ Πλάτωνος ῥήματα μεταθεὶς τὸν λόγον πεποίηκεν ἀληθέστερον, φιλοσοφεῖν μὲν τῷ βασιλεῖ οὐχ ὅπως ἀναγκαῖον εἶναι φάσκων ἀλλὰ καὶ ἐμποδών, τὸ δὲ φιλοσοφοῦσιν ἀληθινῶς ἐντυγχάνειν εὐπειθῆ καὶ εὐήκοον· ἔργων γὰρ ἀγαθῶν τὴν βασιλείαν ἐνέπλησεν, οὐχὶ ῥημάτων* (cf. Dio Chrys. or. II s. 26 p. 26 Emp.).

XV.

Ἀλέξανδρος ἢ ὑπὲρ ἀποίκων.

1. (71)

Ὑπὲρ ἀποίκων (ita codd. omnes, etiam Laur. *ὑπὲρ ἀποικιῶν* Hesych. sec. Menagium) i. e. *ὅπως δεῖ τὰς ἀποικίας ποιεῖσθαι*, ad Alexandrum (cf. loc. supra cit. ad l. *περὶ βασιλείας*) liber, id est dialogus in quo persona Alexandri: itaque post mortem certe regis compositus, ab Aristotele alienus.

2. (72)

Plutarch. de fortuna Alex. I, 6: *οὐ γὰρ ὡς Ἀριστοτέλης συνεβούλευεν αὐτῷ* (sc. *Ἀλεξάνδρῳ*), *τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἡγεμονικῶς, τοῖς δὲ βαρβάροις δεσποτικῶς χρώμενος καὶ τῶν μὲν ὡς φίλων καὶ οἰκείων ἐπιμελούμενος, τοῖς δὲ ὡς ζώοις ἢ φυτοῖς προσφερόμενος,*

πολεμοποιῶν φυγῶν ἐνέπλησε καὶ στάσεων ὑπούλων τὴν ἡγεμονίαν, ἀλλὰ κοινός etc. (cf. Arist. pol. 3, 14).

XVI.

Περὶ εὐγενείας.

Inter bona recensetur a Platonicis non minus quam a Peripateticis nobilitas (cf. Welcker in prolegg. ad Theognidis rel. Frf. 1826), non animae quidem illa, non corporis, sed inter exteriora (*τὰ ἀπὸ τύχης γιγνόμενα* rhet. 2, 15. cf. 1, 5. Pseudar. rhet. ad Alex. 36. Cic. acad. post. 1, 5 sq. Stob. ecl. II, 290 in ethicae Aristotelicae expositione: *ἐκτὸς δὲ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ εὐγένειαν καὶ δυναστείαν καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς καὶ πατρίδα.* cf. p. 292: *ἔτι δὲ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν ... τὰ δ' οὔτε κτήσασθαι οὔτ' ἀποβαλεῖν, ὡς εὐγένειαν.* cf. p. 288. de Platonicis idem p. 84. 86 et ex Pseudar. definit. Plat. Laertius 3, 88 ubi quatuor-nobilitatis species dividuntur: *τῆς ἄρα εὐγενείας τὸ μὲν ἀπὸ προγόνων ἐπιεικῶν, τὸ δὲ δυναστῶν, τὸ δὲ ἐνδόξων, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς αὐτοῦ καλοκἀγαθίας*). est enim *εὐγένεια* secundum Platonem (Menex. p. 237. Alcib. 120) et Aristotelem (polit. 1, 6. 3, 13. 4, 8. 5, 1. rhet. 2, 15. cf. Pseudar. rhet. ad Al. 36) *ἀρετὴ γένους*, ita ut alius sit *γενναῖος*, alius *εὐγενής* (hist. anim. 1, 1. 488^b 18: *εὐγενὲς μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐξ ἀγαθοῦ γένους, γενναῖον δὲ τὸ μὴ ἐξιστάμενον ἐκ τῆς αὐτοῦ φύσεως.* eadem in rhet. 2, 15), quos quidem ipso sermonis usu distinctos quum definire deberent, confundunt cum Socraticis (cf. Dio Chr. or. 15, 29—32) Stoici, quibus non alio nomine laudatur nobilis ac sapiens. immo vero quia, ut ait Aristoteles (rhet. 2, 15), *φορά τίς ἐστιν ἐν τοῖς γένεσιν ἀνδρῶν ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ τὰς χώρας γιγνομένοις καὶ ἐνίοτε ἂν ᾖ ἀγαθὸν τὸ γένος, ἐγγίνονται διά τινος χρόνου ἄνδρες περιττοί, κἄπειτα πάλιν ἀναδίδωσιν* (cf. pol. 1, 6. 1255^b 2: *οὕτω καὶ ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθόν· ἡ δὲ φύσις βούλεται μὲν τοῦτο ποιεῖν πολλάκις, οὐ μέντοι δύναται.* cf. 1254^b 27), nobilis est qui nobilitatem a maioribus acceptam ad filios propagat. atque hoc ipsum est quod ex definitione magistri disputando eruit stabilitque peculiaris *περὶ εὐγενείας* (Laert., Hes., Ptolem. W. 143) monobibli dialogique auctor discipulus quidam, qui disputationem de hoc argumento ab ipso aliquando habitam, num ex bonis sit nobilitas et si sit quid sit nobile et quomodo ex principis cuiusdam vi atque natura *φορὰ* illa *ἀνδρῶν* derivetur, eam memoria narrans repetere (*ἔφην*) fingitur. quem celebriorem olim inter dialogos Peripateticos fuisse docent Plutarchi, Athenaei, Diogenis Laertii

testimonia ipsique de eadem materia a Philone Iudaeo et Plutarcho libri editi, quorum ille reprehendit philosophos (opp. t. II p. 437 Mangey: *τοῖς δὲ ὑμνοῦσι τὴν εὐγένειαν ὡς μέγιστον ἀγαθὸν καὶ μεγάλων αἴτιον οὐ μετρίως ἐπιτιμητέον, εἰ πρῶτον μὲν οἴονται τοὺς ἐκ παλαιοπλούτων καὶ παλαιενδόξων εὐγενεῖς* .... cf. Plut. ap. Stob. fl. 88, 21 ubi contra nobil.: *τί γὰρ ἄλλο νομίζομεν εἶναι τὴν εὐγένειαν εἰ μὴ παλαιὸν πλοῦτον ἢ καὶ παλαιὰν δόξαν.* item Dio Chrysost. or. 15 p. 281), hic ita sensum Aristotelici scriptoris expressisse videtur Platonicus (cf. etiam Iulianus in or. III p. 202 Pet.), ut ipsa quae una cum Plutarcheis a Stobaeo exhibentur servata Aristotelis qui ferebatur fragmenta quanquam pro Plutarchi more fere ampliora ex eodem Plutarchi libro excerpta fuisse facile tibi persuadeas. certe non minoris ambitus fragmentum idem apponit Eudemi dialogi in libro consolationis ad Apolloniam (c. 27). de auctore autem Aristotele fuisse qui dubitarent confitetur Plutarchus Panaetii, ut videtur, cum testibus allatis iudicium referens. ex Panaetio enim recepta eadem veterum scriptorum testimonia unus idemque auctor tradidisse videtur et Plutarcho et Athenaeo, Laertio quidem, ut coniicio, Favorinus Plutarchi amicus. qui vulgatae de duabus simul Socratis uxoribus fabellae et ab epistolarum etiam philosophorum nomine datarum scriptoribus memoratae (cf. Aristippi ad Aretam, de qua Bentley in Orell. Socr. epist. ed. p. 418. 419—22 et Diogen. ep. ined. p. 233 Boiss.), quam Panaetius refutaverat, testes citant Callisthenem, Aristoxenum (qui in vita Socratis quam ex Porphyrii hist. phil. citat Cyrillus c. Iul. p. 185—186 Spanh. alteram illam et legitimam uxorem dixerat *Ἀριστείδους θυγατριδῆν τοῦ Λυσιμάχου*), Demetrium, Satyrum, Hieronymum, quibus aut ex Athenaei coniectura aut eius cuius copias recolit *τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστοτέλης ἔδωκεν*, non quod eandem plane fabulam ille narravisset, ut male intellexerit Athenaeus, sed quia de Aristidis etiam filia Socratis uxore (altera scil. post Xanthippam, ut iudicabant legentes) mentionem fecerat. de qua Aristidis filiae secundum Socratem nobilitate revera tangitur quidem in Ar. fragmento apud Stob. fl. 86, 25, sed ita ut in alio quodam libri loco plura accessisse necessario statuas (cf. John Selden, titles of honour, ed. II. Lond. 1631 pref. *this was part of that which I presume Plutarche had, in that book of Aristotle concerning Myrto* etc.). nulla enim causa est, cur huius potissimum fragmenti verbis nuptiarum mentionem corrigendo (sicut Luzac lect. Att. Lugd. 1809 p. 94 sq. cf. 86, qui pro *γενναίαν εἶναι* scribit *γεγαμηκέναι*) ingeramus (Rose de Ar. l. p. 108). ego certe non tam propter fabulam illam, de qua quomodo dixerit Aristoteles propter scriptorum aliena sibi negligenter arrogantium discor-

diam ignoramus, dialogum hunc pseudepigraphum fuisse credo, quam dialogum reiicio cum ceteris dialogis utpote Socraticis in ipso Peripato studiis post Aristotelem exhaustamque verae philosophiae venam renascentibus proprium ipsique adeo primo Theophrasto. qui si quidem auctor fuit libri *περὶ εὐσεβείας* (D. L. 5, 50), etiam *περὶ εὐγενείας* librum hunc ediderit. eundem enim utriusque libri auctorem fuisse affinis quodam modo similisque Stobaei fragmento 88, 13 sermo significat apud Porphyrium, qui in libro *περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων* (ed. Iac. de Rhoer Traj. 1767 p. 106—162 et p. 278—82) integram fere libri *περὶ εὐσεβείας* disputationem inseruit. cf. p. 278: *Θεόφραστος δὲ καὶ τοιούτῳ κέχρηται λόγῳ* (contra esum animalium)· *τοὺς ἐκ τῶν αὐτῶν γεννηθέντας, λέγω δὲ πατρὸς καὶ μητρός, οἰκείους εἶναι φύσει φαμὲν ἀλλήλων· καὶ τοίνυν καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν αὐτῶν προπατόρων σπαρέντας οἰκείους ἀλλήλων εἶναι νομίζομεν· καὶ μέντοι τοὺς ἑαυτῶν πολίτας τῷ τε γῆς καὶ πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας κοινωνεῖν· οὐ γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν ἔτι τότε τοιούτους ἀλλήλοις φύντας οἰκείους αὐτοῖς εἶναι κρίνομεν, εἰ μὴ ἄρα τινὲς τῶν πρώτων αὐτοῖς προγόνων οἱ αὐτοὶ τοῦ γένους ἀρχηγοὶ πεφύκασιν ἢ ἀπὸ τῶν αὐτῶν. οὕτω δὲ καὶ οἶμαι καὶ τὸν Ἕλληνα μὲν τῷ Ἕλληνι, τὸν δὲ βάρβαρον τῷ βαρβάρῳ, πάντας δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀλλήλοις φαμὲν οἰκείους τε καὶ συγγενεῖς εἶναι ... καὶ μὴν πᾶσι τοῖς ζώοις αἵτε τῶν σωμάτων ἀρχαὶ πεφύκασιν αἱ αὐταί... παντάπασιν ἂν οἰκεῖον εἴη καὶ συγγενὲς ἡμῖν τὸ τῶν λοιπῶν ζώων γένος.* quae omnium hominum *συγγένεια* necessario ex Aristotelis de libertate et nobilitate sententia derivatur, quippe quae omnium hominum sit qui virtute et sapientia reliquos superant natura moribusque servos et humiles, non solum Graecorum, quibus si in universum quidem ceterae gentes natura cedunt (pol. 3, 14), non ita tamen cedunt ut *τὸ φύσει δοῦλον* et *ἐλεύθερον* et *τὸ εὐγενές* et *δυσγενές* quod virtute et vitio differat, idem sit cum Graeco et barbaro. nam quod revera liberi nobilesque natura tantum moribusque diffiniuntur et maiorum filiorumque moribus toti generi quantum id quidam naturae inconstantia patitur (1255^b 3. cf. 3, 15. 17) a principio quodam insitis, hoc ad universum genus humanum pertinet (Ar. pol. 1, 6) et ad animalia omnia (cf. fr. 4. Ar. 1254, 31. ^{b}10. h. a. 1, 1). atque hanc sane nobilitatis a libertate diversae quaestionem tractasse Peripateticos et contra aliarum partium philosophos defendisse, etsi praeter Aristotelem aliorum Peripateticorum de nobilitate libri nusquam indicentur, documento sunt qui eodem titulo libri extiterunt Metrodori Epicurei (D. L. 10, 24) et Stoici Diogenis Babylonii (Athen. IV, 168^e).

1. (73)

Stob. flor. 86, 24 ed. Gaisf. (cf. Jacobs animadv. ad Eurip. et Stob. 1790 p. 286. ei. lect. Stob. 1827 p. 129): *ἐκ τοῦ Ἀριστοτέλους περὶ εὐγενείας* (ita cod. A, ed. Trinc. Ven. 1536 brevius *Ἀριστοτέλους*).

Ὅλως περὶ εὐγενείας ἐγὼ ἀπορῶ, τίνας χρὴ καλεῖν τοὺς εὐγενεῖς. Εἰκότως γε, ἔφην, τοῦτο σὺ (corr. Wytt. Plut. V, 968. codd. *εὖ*) *διαπορῶν. καὶ γὰρ παρὰ τῶν πολλῶν καὶ μᾶλλον παρὰ τῶν σοφῶν τὰ μὲν ἀμφισβητεῖται τὰ δ' οὐ λέγεται σαφῶς, εὐθὺς τὰ περὶ τῆς δυνάμεως· λέγω δὲ τοῦτο, πότερον τῶν τιμίων ἐστὶ καὶ τῶν σπουδαίων ἢ καθάπερ Λυκόφρων* [*ὁ σοφιστὴς* add. ed. Ven.] *ἔγραψε κενόν* (*καινόν* codd., corr. Jac., Luzac l. c. p. 87) *τι πάμπαν. ἐκεῖνος γὰρ ἀντιπαραβάλλων ἑτέροις ἀγαθοῖς αὐτήν, εὐγενείας* (*—αν* codd., corr. Jac., Luzac p. 88) *μὲν οὖν φησίν* (*ἧς* codd., corr. Jac., Luz. ib.) *ἀφανὲς τὸ κάλλος, ἐν λόγῳ δὲ τὸ σεμνόν· ὡς πρὸς δόξαν οὖσαν τὴν αἵρεσιν αὐτῆς, κατὰ δ' ἀλήθειαν οὐθὲν διαφέροντας τοὺς ἀγεννεῖς τῶν εὐγενῶν.*

2. (74)

Stob. flor. 86, 25: *ἐν τῷ αὐτῷ* (cf. 86, 24 = fr. 1. deest lemma in Ven.).

Ἀμφισβητεῖται δὲ καθάπερ καὶ περὶ τοῦ πηλίκον ἀγαθόν ἐστιν, οὕτω καὶ τίνας δεῖ καλεῖν εὐγενεῖς. οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν γονέων εὐγενεῖς εἶναι νομίζουσι, καθάπερ καὶ Σωκράτης· διὰ γὰρ τὴν Ἀριστείδου ἀρετὴν καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ γενναίαν εἶναι. Σιμωνίδην δέ φασιν ἀποκρίνασθαι διερωτώμενον τίνες εὐγενεῖς, τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων [*φάναι* add. codd., fort. *φύντας*]· *καίτοι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσιν ὁ Θεόγνις οὐδ' ὁ ποιητὴς ὁ ποιήσας* (Eurip. fr. 399 Nauck. ap. Stob. fl. 92, 3) *ὡς ὅτι «τὴν μὲν εὐγένειαν αἰνοῦσιν βροτοί, μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις». ἢ πρὸς Διὸς οὐχ αἱρετώτερος ὁ πλουτῶν αὐτός, ἢ οὗ ὁ πρόπαππος ἢ τῶν προγόνων τις πλούσιος ἦν, αὐτὸς δὲ πένης; Πῶς γὰρ οὔκ, εἶπε. Καὶ δέοι γ'* (*δέοιτ'* codd., *δέοι δ'* Halm lect. Stob. I, 32) *ἂν κηδεύειν τοῖς πλουσίοις μᾶλλον ἢ τοῖς εὐγενέσιν· εὐγενεῖς γὰρ οἱ παλαιοί, κρείττους δὲ οἱ νῦν. οὐκ οὖν ὁμοίως κἂν τις ὑπολαμβάνῃ οὐ τοὺς εὐγενεῖς εἶναι τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων ἀλλὰ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι; κρείττων γὰρ ἂν δόξειεν ἀρχαίας ἀρετῆς πρόσφατος καὶ μετέχειν μᾶλλον ἕκαστον πατρὸς ἢ προπάππου, αἱρετώτερον δ' αὐτὸν* (ita Gesn., codd. *αὐτοῦ*) *εἶναι σπουδαῖον ἀλλ' οὐ τὸν πρόπαππον ἤ τινα τῶν ἄλλων προγόνων. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις* (*λέγειν* codd., corr. Cobet Mnem. IX, 140). *Ἆρ' οὖν οὐκ ἐπεὶ ἐν μηδετέρῳ τούτων ὁρῶμεν τὴν εὐγένειαν, σκεπτέον ἄλλον τρόπον; Τίνα τοῦτον αἰνίττει* (codd. *ἐνίοτε*,

Halm *δήποτε*); *Σκεπτέον δή* (*δ'* codd.), *ἔφην* (*ἔφη* codd., corr. Luzac p. 89)· *τὸ εὖ σημαίνει τι δήπου τῶν ἐπαινετῶν καὶ σπουδαίων, οἷον τὸ εὐπρόσωπον καὶ τὸ εὐόφθαλμον· ἀγαθὸν γάρ τι ἢ καλὸν σημαίνει κατὰ τοῦτον τὸν λόγον. Πάνυ γε, εἶπεν. Οὐκ οὖν εὐπρόσωπον μέν ἐστι τὸ ἔχον ἀρετὴν προσώπου, εὐόφθαλμον δὲ τὸ ὀφθαλμοῦ ἀρετήν; Οὕτως, εἶπεν. Ἀλλὰ μήν ἐστι γένυς τὸ μὲν σπουδαῖον, τὸ δὲ φαῦλον ἀλλ' οὐ σπουδαῖον. Πάνυ γε, εἶπε. Σπουδαῖον δέ γέ φαμεν ἕκαστον κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν εἶναι, ὥστε καὶ γένος σπουδαῖον ὡσαύτως. Οὕτως, εἶπε. Δῆλον ἄρ', ἔφην, ὅτι ἐστὶν ἡ εὐγένεια ἀρετὴ γένους.*

3. (75)

Diog. Laert. 2, 26 Cob. (in vita Socratis): *φησὶ δ' Ἀριστοτέλης δύο γυναῖκας αὐτὸν ἀγαγέσθαι, προτέραν μὲν Ξανθίππην, ἐξ ἧς αὐτῷ γενέσθαι Λαμπροκλέα· δευτέραν δὲ Μυρτὼ τὴν Ἀριστείδου τοῦ δικαίου θυγατέρα, ἣν καὶ ἄπροικον λαβεῖν, ἐξ ἧς γενέσθαι Σωφρονίσκον καὶ Μενέξενον. οἱ δὲ προτέραν γῆμαι τὴν Μυρτώ φασιν· ἔνιοι δὲ καὶ ἀμφοτέρας σχεῖν ὁμοῦ, ὧν ἐστὶ Σάτυρός τε καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος. φασὶ γὰρ* etc.

Cf. Plutarch. vit. Aristid. 27: *Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος καὶ Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς καὶ Ἀριστοτέλης, εἰ δὴ τὸ περὶ εὐγενείας βιβλίον ἐν τοῖς γνησίοις Ἀριστοτέλους θετέον, ἱστοροῦσι Μυρτὼ θυγατριδῆν* (hoc temporis rationem aliorum alio modo — cf. Athen. l. seq. — corrigentium fuit, nam filiam volebat fabula, etiam Pseudaristoteles) *Ἀριστείδου Σωκράτει τῷ σοφῷ συνοικῆσαι, γυναῖκα μὲν ἑτέραν ἔχοντι, ταύτην δ' ἀναλαβόντι χηρεύουσαν διὰ πενίαν καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεομένην. πρὸς μὲν οὖν τούτους ἱκανῶς ὁ Παναίτιος ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους ἀντείρηκεν. ὁ δὲ Φαληρεὺς* etc.

Athen. XIII p. 556[a]: *ἐκ τούτων οὖν τις ὁρμώμενος μέμψαιτ' ἂν τοὺς περιτιθέντας Σωκράτει δύο γαμετὰς γυναῖκας Ξανθίππην καὶ τὴν Ἀριστείδου Μυρτώ, οὐ τοῦ δικαίου καλουμένου, οἱ χρόνοι γὰρ οὐ συγχωροῦσιν, ἀλλὰ τοῦ τρίτου ἀπ' ἐκείνου. εἰσὶ δὲ Καλλισθένης, Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, Σάτυρος ὁ περιπατητικός, Ἀριστόξενος, οἷς τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστοτέλης ἔδωκεν ἱστορῶν τοῦτο ἐν τῷ περὶ εὐγενείας ... ἀντεῖπε δὲ τοῖς λέγουσι περὶ τῶν Σωκράτους γυναικῶν Παναίτιος ὁ Ῥόδιος.*

4. (76)

Stob. flor. 88, 13: *ἐκ τοῦ Ἀριστοτέλους περὶ εὐγενείας* (sic cod. A, sine lemm. ed. Ven.).

Φανερὸν τοίνυν, ἔφην ἐγώ, περὶ ὧν πάλαι διηπορήσαμεν, διὰ τί

ποτε οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων ἢ οἱ ἐκ πάλαι σπουδαίων εὐγενέστεροι δοκοῦσιν εἶναι μᾶλλον τῶν σύνεγγυς τἀγαθὰ κεκτημένων. αὐτὸς γὰρ ἐγγύτερος σπουδαῖος ὢν ἢ πάππου σπουδαίου τετυχηκώς, ὥστ' εἴη ἂν εὐγενὴς ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ. καί τινες εἰρήκασιν οὕτως ἐκ τοῦ διελέγχειν προσποιούμενοι τὸν συλλογισμὸν τῆς εὐγενείας, ὥσπερ φησὶ καὶ Εὐριπίδης, οὐχὶ τῶν ἐκ πάλαι σπουδαίων εὐγένειαν φάμενος εἶναι, ἀλλ' ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς (cod. A οἷς τισιν, Ven. οἷς τὶς ἀνὴρ ἀγαθοί, corr. Gesner) ἁπλῶς. τὸ δ' οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ὀρθῶς ζητοῦσιν οἱ τὴν ἀρχαίαν ἀρετὴν προτιθέντες. τὰ δ' αἴτια εἴπομεν, τουτέστιν ὅτι ἡ μὲν εὐγένειά ἐστιν ἀρετὴ γένους, ἡ δ' ἀρετὴ σπουδαῖον· σπουδαῖον δ' ἐστὶ γένος, ἐν ᾧ πολλοὶ σπουδαῖοι πεφύκασιν ἐγγίνεσθαι. συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον, ὅταν ἐγγένηται ἀρχὴ σπουδαία ἐν τῷ γένει· ἡ γὰρ ἀρχὴ τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, πολλὰ παρασκευάζειν οἷάπερ αὐτή. τοῦτο γάρ ἐστιν ἀρχῆς ἔργον, ποιῆσαι οἷον αὐτὴ ἕτερα πολλά. ὅταν οὖν ἐγγένηται τοιοῦτος εἷς τις ἐν τῷ γένει καὶ οὕτω σπουδαῖος ὥστ' ἔχειν τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀγαθὸν πολλὰς γενεάς, τοῦτο σπουδαῖον ἀνάγκη εἶναι τὸ γένος. πολλοὶ γὰρ ἔσονται σπουδαῖοι ἄνθρωποι, ἄν τε ἀνθρώπων ᾖ τὸ γένος, ἄν τε ἵππων, ἵπποι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων. ὥστ' εὐλόγως οὐχ οἱ πλούσιοι οὐδ' οἱ ἀγαθοί, ἀλλ' οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων ἢ ἐκ πάλαι ἀγαθῶν εὐγενεῖς εἶεν ἄν. ζητεῖ γὰρ ὁ λόγος τἀληθῆ. ἀρχὴ γὰρ ἄνωθεν πάντων. οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' οἱ ἐκ προγόνων ἀγαθῶν εὐγενεῖς πάντως, ἀλλ' ὅσοις (codd. ὅσοι. male Luzac p. 91) τυγχάνουσιν ἀρχηγοὶ τῶν προγόνων ὄντες. ὅταν μὲν οὖν αὐτὸς ἀγαθός, μὴ ἔχῃ δὲ τοιαύτην δύναμιν τῆς φύσεως ὡς τίκτειν πολλοὺς ὁμοίους, οὐκ ἔχει ἡ ἀρχὴ (codd. οὐκ ἐ. ἀρχὴν, corr. Gesn.) τοιαύτην δύναμιν ἐν τούτοις.

... Ἀρετὴ (codd. ἀρχὴ) τοῦ γένους καὶ εὐγενεῖς οἱ ἀπὸ τούτου τοῦ γένους ὄντες, οὐκ ἐὰν ὁ πατὴρ εὐγενὴς ᾖ, ἀλλ' ἐὰν ὁ ἀρχηγὸς τοῦ γένους. οὐ γὰρ δι' αὑτὸν ὁ πατὴρ ἐγέννησεν ἀγαθόν, ἀλλ' ὅτι ἐκ τοιούτου γένους ἦν.

Haec ultima alterius fragmenti sunt superiori mediis omissis adhaerentis. in quo loco quae male alii tentaverint (Ferronus, Wyttenb. t. V p. 962, Luzac p. 91) non refert attulisse.

XVII.

Περὶ πλούτου.

E bonis exterioribus quae laudantur a Peripateticis praeter nobilitatem sunt divitiae (Ar. rhet. 2, 16. Ps. Ar. rhet. ad Al. 36 p. 1440^b 18.

Ps. Ar. def. Plat. apud D. L. 3, 80. eth. Perip. ap. Stob. ecl. II, 290. de Platonicis cf. D. L. 3, 78), de quarum utilitate *πρὸς ἀγαθὴν ζωήν* si recte utaris, neque *ἄσωτος* neque *ἀνελεύθερος* sed *ἐλευθέριος* (Ar. eth. 4, 1—3), multis illi tractabant magistri sententiam explicantes (Ar. et Theophrasti *π. πλούτου* apud D. L. 5, 22. 47. item Platonicorum Speusippi et Xenocratis 4, 4. 11. cf. 3, 78. Theophrastum *ἐν τοῖς περὶ ἠθῶν καὶ ἐν τῷ περὶ πλούτου* citat Anon. in Ar. eth. l. IV post Eustrat. ed. Ven. 1536 fol. 51, v. 54). etenim *ὁ ἀληθινὸς πλοῦτος*, ut ait Aristoteles (polit. 1, 8. 1256^b 28—37) *ὀργάνων πλῆθός ἐστιν οἰκονομικῶν καὶ πολιτικῶν* i. e. *χρημάτων πρὸς ζωὴν ἀναγκαίων καὶ χρησίμων εἰς κοινωνίαν πόλεως ἢ οἰκίας* (cf. Plutarchus in l. *περὶ φιλοπλουτίας* c. 4), licet vulgo simpliciter plerumque definiatur *νομίσματος πλῆθος* (ib. 1, 9. 1257^b 8), cuius *οὐθὲν τέρμα*. itaque Peripatetici in bonorum divisione occupati sic etiam statuunt (Stob. ecl. II, 286 sq.): *τῶν δ' ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τίμια, τὰ δὲ ἐπαινετά, τὰ δὲ δυνάμεις, τὰ δὲ ὠφέλιμα. τίμια μὲν οἷον θεόν ἄρχοντα πατέρα, ἐπαινετὰ δὲ οἷον δικαιοσύνην φρόνησιν, δυνάμεις δὲ οἷον πλοῦτον ἀρχήν ἐξουσίαν* (*περὶ ἐξουσίας* est l. Heraclidis ap. D. L. 5, 88), *ὠφέλιμα δὲ τὰ ποιητικὰ τούτων καὶ φυλακτικὰ οἷον ὑγείαν καὶ εὐεξίαν. ἔτι τῶν αἱρετῶν καὶ ἀγαθῶν τὰ μὲν καθ' ἑαυτὰ εἶναι αἱρετά, τὰ δὲ δι' ἑτέρων. τὰ μὲν γὰρ τίμια καὶ ἐπαινετὰ καὶ τὰς δυνάμεις καθ' αὑτά· καὶ γὰρ τὰς δυνάμεις ὑπάρχειν τῶν καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν, οἷον πλοῦτον καὶ ἀρχάς, οἷς ἂν χρήσειεν καὶ ἃ ζητήσειεν ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ· καὶ οἷς δύναται εὖ χρῆσθαι ἀγαθὰ καὶ καθ' ἑαυτὰ ἀγαθὰ πεφυκέναι, ὥσπερ ὑγιεινά, ἃ ζητήσειεν ἂν ὁ ἰατρὸς καὶ δύναιτο χρῆσθαι. τὰ δὲ ὠφέλιμα δι' ἑτέρων* ... cf. p. 292. 290: *πλοῦτον δὲ καὶ ἀρχὰς καὶ δυνάμεις οὐ παντί* (*ἀγαθά*). *πῶς οὖν ἀγαθά; καθ' ὅσον ἀφώρισται τὸ εἶναι ἀγαθὰ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς χρήσει* (quapropter Stoicis *ἀδιάφορα* eadem et aestimantur et appellantur, *προηγμένα* tamen, cf. D. L. 7, 102—7. Aristo ap. Sext. Emp. p. 559) etc. quibus si consonum est quod divitiarum commoda nimium interdum atque rhetorico stilo magis fere quam philosophico extulisse Theophrastus dicitur, nescio an minus respondeat Aristoteles ille Theophrasto oppositus apud Ciceronem in libro quo Stoicos potissimum aemulatur de officiis (II, 16), cuius Aristotelis gravitatem Stoicam fuisse suspiceris munerum largitionem cum Panaetio recusantis et voluptatis adversarii. quae licet ex Panaetio testimonia sumta sint *gravissimo Stoicorum*, ut ait Cicero (2, 14) et *quem multum in his libris secutus* est (2, 17), Aristotelis tamen et Peripateticorum amico (cum Posidonio, cf. D. L. 7, 128. 103. Cic. de fin. 4, 28 etc.), non recte pro Aristotelis nomine Aristonem Ceum (cuius quidem scripta bene

novit Panaetius sec. D. L. 7, 163) posuisse videntur qui hunc locum correxerunt (cf. ed. Orelli t. IV, 2, 385), sic fortasse ratiocinati ut cuius omnino desideraret gravitatem (de finibus 5, 5, 13. cf. Cato mai. 3. Ritschl Rh. Mus. N. F. I, 193. cf. VI, 542 de dialogo Aristonis Cei περὶ γήρως), vel eum in hac quidem re Theophrasto graviorem Cicero dixisset. at nulla mutatione opus est, quum sicut inter Theophrasteos dialogi multi censentur qui theoreticam sapientis vitam nimium efferentes Stoicum quid sapiunt et Pythagoricum (περὶ εὐσεβείας apud Porphyrium, περὶ γάμου apud Hieronymum), ita ab aequabili philosophi ratione recessisse putandus sit popularium dialogorum auctor Aristoteles pseud-aristoteles, morum praeceptor potius quam philosophus. haec igitur Ciceronis si aliena sunt ab Aristotele et μεγαλοπρεπείας laudatore (eth. 4, 4—6. cf. p. 1122 ᵇ 22. 1123, 23), non necessario aliena sunt a dialogo Aristotelis nomine inscripto, cui nusquam quidem citato praeterea non restat nisi unus quem coniectura tribuas Plutarchi locus ex libro περὶ φιλοπλουτίας. nisi forte eiusdem fuisse malis de Cimonis liberalitate fragmentum illud apud Plut. Cim. 10 (= reip. Athen. fr. 18), quia eandem sane rem qui commemoravit Theophrastus, in libro de divitiis videtur tetigisse (Cic. de off. 2, 18. cf. 16). Metrodorus autem (Epicuri discipulus) in libro περὶ πλούτου (cf. Philod. col. XII) ubi examinavit Aristotelis τὸν ἐν τῷ πε.ι π........ λόγον ὑπὲρ τοῦ τὸν μὲν ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ χρηματιστὴν ἀγαθὸν εἶναι, τὸν δὲ φαῦλον καὶ χρηματιστὴν φαῦλον (ut Philodemus tradidit de virt. et vit. l. IX col. XXI), non ad librum eius περὶ πλούτου (Rose p. 107) spectavit, sed ad τὸν ἐν τῷ περὶ πολιτείας λόγον (politicorum I, 8—10).

1. (77)

Plutarch. Pelopid. 3: *τῶν γὰρ πολλῶν, ὥς Ἀριστοτέλης φησίν, οἱ μὲν οὐ χρῶνται τῷ πλούτῳ διὰ μικρολογίαν, οἱ δὲ παραχρῶνται δι' ἀσωτίαν, καὶ δουλεύοντες οὗτοι μὲν ἀεὶ ταῖς ἡδοναῖς, ἐκεῖνοι δὲ ταῖς ἀσχολίαις διατελοῦσιν.*

Eodem loco utitur Plut. de cupid. divit. 8: *Ἀριστοτέλους λέγοντος ὅτι οἱ μὲν οὐ χρῶνται, οἱ δὲ παραχρῶνται, καθάπερ οὐδετέρου προσήκοντος· ἀλλ' ἐκείνους μὲν οὐκ ὠφελεῖ τὸ οἰκεῖον οὐδὲ κοσμεῖ, τούτους δὲ καὶ βλάπτει καὶ καταισχύνει.*

Cf. Arist. eth. 4, 1—3. quae vero Theophrasti sequitur locutio in altero Plutarchi loco (ἄπλουτος πλοῦτος καὶ ἄζηλος), ex νόμων opere repetenda videtur (Plut. Pelop. 3 = Lycurg. 10, e quo Porph. de abst. p. 304).

2. (78)

Cicero de off. 2, 16: *itaque miror quid in mentem venerit Theophrasto in eo libro quem de divitiis scripsit. in quo multa praeclare, illud absurde. est enim multus in laudanda magnificentia et apparatione popularium munerum, taliumque sumptuum facultatem fructum divitiarum putat. mihi autem ille fructus liberalitatis, cuius pauca exempla posui, multo et maior videtur et certior. quanto Aristoteles gravius et verius nos reprehendit, qui has pecuniarum effusiones non admiremur quae fiunt ad multitudinem deliniendam. at ii qui ab hoste obsidentur si emere aquae sextarium mina cogerentur, hoc primo auditu incredibile nobis videri omnesque mirari, sed quum attenderint veniam necessitati dare: in his immanibus infinitisque sumptibus nihil nos magno opere mirari, quum praesertim neque necessitati subveniatur nec dignitas augeatur, ipsaque illa delectatio multitudinis sit ad breve exiguumque tempus eaque a levissimo quoque. in quo tamen ipso una cum satietate memoria quoque moriatur voluptatis. bene etiam colligit haec pueris et mulierculis et servis et servorum simillimis liberis esse grata, gravi vero homini et ea quae fiunt iudicio certo ponderanti probari posse nullo modo.*

3. (79)

Ioannes Lydus de mensibus IV, 62 p. 252 (ed. Roether. Lips. 1827): *τὴν Τύχην Φορτοῦναν λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι ἀπὸ τῆς φορᾶς, ἔνθουν ὠφέλειαν. Ἀριστοτέλης· «εἰ ἔστιν ἀρετή, οὐκ ἔστι τύχη· ἄνω γὰρ καὶ κάτω τὰ τῆς τύχης ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις γυμνάζεται πράγμασι πλούτῳ τε καὶ διαφερόντως ἀδικίᾳ. οἱ δὲ πρὸς ἀρετὴν ἔχοντες καὶ θεοῦ μεμνημένοι καὶ κρείττονας ἐπὶ τῶν μακαρίων καὶ ἀύλων πραγμάτων ἐλπίδας σαλεύοντες καταφρονοῦσι τῶν τῇδε καλῶν· οὐδὲν γὰρ ἀσφαλὲς οὐδὲ κεκριμένον ἐστὶν ἐπὶ τῆς τύχης, ὡς Εὐριπίδης* (cf. Eur. Alc. 785. fr. 936 Nauck) *φησί.»*

Sequitur Isocratis (*rhetoris*) ex paraenesibus ad Demonicum sententia, quae supra etiam ubi eodem hoc excerpto utitur, adiungitur IV, 7 p. 156: *οἱ Ῥωμαῖοι ... αὐτὴν ... πάντων ἡγεῖσθαι νενομίκασιν, Φορτοῦναν αὐτὴν ἀπὸ τῆς φορᾶς ἐμφερῶς ὀνομάσαντες. οἱ μὲν οὖν πρὸς ἀρετὴν ἔχοντες καὶ θεοῦ μεμνημένοι καὶ κρείττονας ἐπὶ τῶν ἀύλων καὶ μακαρίων πραγμάτων ἐλπίδας σαλεύοντες καταφρονοῦσι τῶν τῇδε καλῶν. εἰ μὲν γὰρ τύχη ἐστί, οὐδὲν δεῖ θεοῦ· εἰ δὲ θεὸς σθένει, οὐδὲν ἡ τύχη· εἰκαῖον γάρ τι καὶ ἀνούσιον τὸ τῆς τύχης ὄνομα.*

Huius fragmenti neque locum certum esse fateor neque auctoris

nomen. si recte tamen Aristoteles auctor scribitur, ex dialogis id sumtum fuisse contendo. sic etiam Theophrastus de fortuna declamavit in dialogo Callisthene *περὶ πένθους* (Cic. tusc. 3, 10, 21. 5, 9. 25. Plut. consol. ad Ap. 6). ceterum in Hesychii indice, ubi habentur *περὶ τύχης γ̄*, sine dubio legendum est *περὶ ψυχῆς γ̄*.

XVIII.

Ἐρωτικός.

De amore, qui secundum Theophrastum (Ath. XIII, 562e) *μετριάζων μέν ἐστιν εὔχαρις, ἐπιτεινόμενος δὲ καὶ διαταράττων χαλεπώτατος*, Peripatetici scripserunt citante Athenaeo Aristoteles, Theophrastus (cui duo eiusdem argumenti libri tribuuntur in indice D. L. 5, 43 *ἐρωτικός* et *περὶ ἔρωτος*, e quo cf. Strabo X p. 478), Clearchus (cuius rationem a dialogi forma alienam satis ostendunt longa illa problemata erotica Theophrasteis simillima apud Athen. XII, 533c et XV, 669f), Heraclides, Aristo (*ὅμοια ἐρωτικά*) et secundum Laertium Demetrius. Aristotelis unum librum statuit index Laertii (et Hesychii), citat secundum Athenaeus, tres apud Arabes Ptolemaeus (Wenrich p. 144. Hadschi Khalfa V, 117 et 147. sunt autem praeter eroticum illum apud Laertium et Hes. *θέσεις ἐρωτικαί δ̄* cf. Wenr. 152 et 146 et in appendice Hesychii *ἐρωτικῶν* [?] ϛ̄). habebat ille, ut ceteri, affectus et naturam et medelam, morum causas, exemplorum passim narratiunculas, quarum quidem specimina apud Plutarchum exstare credo politiis olim a C. Müllero (cf. fr. 107. 111) tributa.

1. (80)

Athen. XV p. 674b: *Ἀριστοτέλης δ' ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν καὶ Ἀρίστων ὁ περιπατητικός, Κεῖος δὲ τὸ γένος, ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν ὁμοίων φασὶν ὅτι οἱ ἀρχαῖοι διὰ τοὺς περὶ τὸν οἶνον πόνους τῶν κεφαλαλγιῶν δεσμοὺς εὕρισκον τοὺς τυχόντας, τῆς τῶν κροτάφων συνδέσεως ὠφελεῖν δοκούσης· οἱ δ' ὕστερον ἅμα τῷ κροτάφῳ προσέβαλόν τινα καὶ κόσμον οἰκεῖον τῇ παρὰ τὸν οἶνον διαγωγῇ μηχανησάμενοι τὸν στέφανον. βέλτιον δὲ διὰ τὸ πάσας τὰς αἰσθήσεις ἐν τῇ κεφαλῇ εἶναι ταύτην στεφανοῦσθαι ἢ διὰ τὸ συμφέρειν ἐσκεπάσθαι καὶ συνδεδέσθαι τοὺς κροτάφους πρὸς τὸν οἶνον.*

Eandem plane argumentationem ex Andrea medico Philonides exponit (apud Athen. XV, 675 c—e) et Apollodorus (ib. XV, 675e) *ἐν τῷ περὶ μύρων καὶ στεφάνων* eisdem uterque verbis. de coronarum usu etiam

in symposio Aristotelis quaeritur. de ebrietatis medicina cf. Niclas ad Geopon. 7, 33. Plut. qu. conv. 3, 3. Clem. Al. paed. 2, 8.

2. (81)

Athen. XIII p. 564^{b} (post Aristonem citatum et Clearchum *ἐν τῷ ά τῶν ἐρωτικῶν*): *καὶ ὁ Ἀριστοτέλης δὲ ἔφη τοὺς ἐραστὰς εἰς οὐδὲν ἄλλο τοῦ σώματος τῶν ἐρωμένων ἀποβλέπειν ἢ τοὺς ὀφθαλμούς, ἐν οἷς τὴν αἰδῶ κατοικεῖν.*

3. (82)

Plut. Pelopid. 18: *τὸν δ' ἱερὸν λόχον, ὥς φασι, συνετάξατο Γοργίδας πρῶτος ... ἔνιοι δέ φασιν ἐξ ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων γενέσθαι τὸ σύστημα τοῦτο* (cf. Ath. XIII, 561^{f}. Hieronym. ap. Ath. 602^{a}) ... *λέγεται δὲ καὶ τὸν Ἰόλεων τοῦ Ἡρακλέους ἐρώμενον ὄντα κοινωνεῖν τῶν ἄθλων καὶ παρασπίζειν* (cf. Plut. de frat. am. 21 extr.). *Ἀριστοτέλης δὲ καὶ καθ' αὑτὸν ἔτι φησὶν ἐπὶ τοῦ τάφου τοῦ Ἰόλεω τὰς καταπιστώσεις ποιεῖσθαι τοὺς ἐρωμένους καὶ τοὺς ἐραστάς.*

Cf. Plut. in erotico c. 17: *Ἡρακλέους δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἔρωτας ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν διὰ πλῆθος, Ἰόλαον δὲ νομίζοντες ἐρώμενον αὐτοῦ γεγονέναι μέχρι νῦν* (i. e. usque ad Pseudaristotelis aetatem. ita enim negligenter scriptorum quibus utitur aetates sibi arrogare Plutarchus solet) *σέβονται καὶ τιμῶσιν ἔρωτος ὅρκους τε καὶ πίστεις ἐπὶ τοῦ τάφου παρὰ τῶν ἐρωμένων λαμβάνοντες.*

4. (83)

Plutarch. erot. c. 17: *Κλεόμαχον δὲ τὸν Φαρσάλιον ἴστε δήπουθεν ἐξ ἧς αἰτίας ἐτελεύτησεν ἀγωνιζόμενος; ... ἧκεν ἐπίκουρος Χαλκιδεῦσι [μετὰ] τοῦ Θεσσαλικοῦ, πολέμου πρὸς Ἐρετριεῖς ἀκμάζοντος. καὶ τὸ μὲν πεζὸν ἐδόκει τοῖς Χαλκιδεῦσιν ἐρρῶσθαι, τοὺς δ' ἱππέας μέγα ἔργον ἦν ὤσασθαι τῶν πολεμίων. παρεκάλουν δὴ τὸν Κλεόμαχον ἄνδρα λαμπρὸν ὄντα τὴν ψυχὴν οἱ σύμμαχοι πρῶτον ἐμβάλλειν εἰς τοὺς ἱππέας. ὁ δὲ ἠρώτησε παρόντα τὸν ἐρώμενον, εἰ μέλλει θεᾶσθαι τὸν ἀγῶνα. φήσαντος δὲ τοῦ νεανίσκου καὶ φιλοφρόνως αὐτὸν ἀσπασαμένου καὶ τὸ κράνος ἐπιθέντος, ἐπιγαυρωθεὶς ὁ Κλεόμαχος καὶ τοὺς ἀρίστους τῶν Θεσσαλῶν συναγαγὼν περὶ αὑτὸν ἐξήλασε λαμπρῶς καὶ προσέπεσε τοῖς πολεμίοις, ὥστε συνταράξαι καὶ τρέψασθαι τὸ ἱππικόν. ἐκ δὲ τούτου καὶ τῶν ὁπλιτῶν φυγόντων, ἐνίκησαν κατὰ κράτος οἱ Χαλκιδεῖς· τὸν μέντοι Κλεόμαχον ἀποθανεῖν συνέτυχε, τάφον δ' αὐτοῦ δεικνύουσιν ἐν ἀγορᾷ Χαλκιδεῖς, ἐφ' οὗ μέχρι νῦν* (cf. fr. 3) *ὁ μέγας ἐφέστηκε κίων· καὶ τὸ παιδεραστεῖν πρότερον ἐν ψόγῳ τιθέμενοι, τότε*

μᾶλλον ἑτέρων ἠγάπησαν καὶ ἐτίμησαν. *Ἀριστοτέλης δὲ τὸν μὲν Κλεόμαχον ἄλλως ἀποθανεῖν φησὶ κρατήσαντα τῶν Ἐρετριέων τῇ μάχῃ, τὸν δὲ ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου φιληθέντα τῶν ἀπὸ Θρᾴκης Χαλκιδέων γενέσθαι πεμφθέντα τοῖς ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκιδεῦσιν ἐπίκουρον· ὅθεν ᾄδεσθαι παρὰ τοῖς Χαλκιδεῦσιν «Ὦ παῖδες οἳ χαρίτων τε καὶ πατέρων λάχετ' ἐσθλῶν, μὴ φθονεῖθ' ὥρας αγαθοῖσιν ὁμιλίαν, σὺν γὰρ ἀνδρείᾳ καὶ ὁ λυσιμελὴς Ἔρως ἐπὶ Χαλκιδέων θάλλει πόλεσιν». Ἄντων ἦν ὄνομα τῷ ἐραστῇ, τῷ δ' ἐρωμένῳ Φίλιστος, ὡς ἐν τοῖς αἰτίοις Διονύσιος ὁ ποιητὴς ἱστόρησε.*

De Chalcidensium amoribus cf. Athen. XIII, 601e: *ὅλως δὲ τοὺς παιδικοὺς ἔρωτας τῶν ἐπὶ ταῖς θηλείαις προκρίνουσι πολλοί. παρὰ γὰρ ταῖς μάλιστα εὐνομουμέναις πόλεσιν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος σπουδασθῆναι τόδε τὸ ἔθος. Κρῆτες γοῦν, ὡς ἔφην* (XI, 20), *καὶ οἱ ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκιδεῖς περὶ τὰ παιδικὰ δαιμονίως ἐπτόηνται.* mulierum etiam Chalcidensium pulcritudinem memoravit (in erotico) Theophrastus (Ath. XIII, 609e).

XIX.

Περὶ παθῶν ὀργῆς.

Dialogis sicut librum de amore adnumero librum de ira (*περὶ παθῶν ὀργῆς α*, ut codd. omnes, etiam Laur. *περὶ πάθους ὀργῆς α* Hesychius), qui ad affectuum considerationem pertinet (Ar. eth. 2, 4: *λέγω δὲ πάθη μὲν ἐπιθυμίαν, ὀργὴν, φόβον, θράσος, φθόνον, χάριν* [ubi male nunc *χαράν*], *φιλίαν, μῖσος, πόθον, ζῆλον, ἔλεον, ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη.* definitionem Aristotelicam ex rhetor. 2, 1. 1378, 20 imitati sunt Stoici et Chrysippus, cf. D. L. 7, 111 etc. ap. Zeller III, 132) sive ut Cicero ait perturbationum animi ab Aristotele quidem in ethicis neglectam, non item a Peripateticis. nam quum ipse quidem iam antea in rhetoricis (2, 2—11) et accurate definiens et quomodo aut excitentur aut sedentur subtiliter describens de affectibus egisset, utpote rhetori maxime cognitu necessariis per quos animis commotis persuaderet quae vellet (*ἐξ ὧν αἱ πίστεις* 2, 11 extr.), ethicus autem magis attenderet *τὰ ἤθη* quam *τὰ πάθη*, virtutem in agendi libertate positam quam virtutis ut ita dicam materiam naturalem (de qua cf. Ar. eth. 2, 4 unde Plut. de virt. mor. 4. 2, 2. 1104b 13. Eud. eth. 2, 2. magna mor. 2, 7. 1206b 18. ib. 2, 10. rhet. 8, 5. 1340, 15. cf. Pseudopyth. ap. Stob. fl. 1, 64: *τὰ δὲ πάθεα τᾶς ἀρετᾶς ὕλα.* ib. 1, 68. Alcin. d. Pl. 32. Stob. ecl. II

p. 306). Peripatetici non solum libris singularibus et alios alii et eosdem multi affectus curiose illustrabant, sed etiam quum diligentes in hac parte fuisse viderent Stoicos (D. L. 7, 110. Stob. ecl. II p. 166. Cic. Tuscul. l. IV) atque contra Stoicorum ἀπάθειαν (cf. Ar. eth. 1104 b 24) acrius defenderent cum ipsis Platonicis (cf. de ira Plat. leg. p. 731) τὴν μετριοπάθειαν virtutemque ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη (i. e. ἐν ταῖς πράξεσι) μεσότητα, suum illis locum et proprium et a virtutum definitione separatum in ethica disciplina tribuebant, id quod ex ethicae Peripateticae enarratione ea quam Stoicae subiungit Stobaeus (ecl. II p. 242—322 cf. Madvig ad Cic. de fin. p. 862. Trendelenburg in: Monatsber. der Berl. Acad. 1858 p. 155) manifesto intelligitur (cf. p. 296. 306). ita autem tractabant Peripatetici, ut singulorum affectuum magis vim describerent et naturalem et moralem exemplisque pro more congestis multis illustrarent, quam dialectice omnes dividerent et definirent. aut si Ciceronianis uti malis (Tusc. 4, 4, 9): *Chrysippus et Stoici quum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in iis partiendis et definiendis occupati sunt. illa eorum perexigua oratio est, qua medeantur animis nec eos turbulentos esse patiantur. Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt, spinas partiendi et definiendi praetermittunt.* scilicet qui exstirpandas esse ducunt perturbationes, simplicem ii quidem et unam adhibent medicinam. aliter illi qui ut ait Plutarchus (de virt. mor. 12) σύμφυτον censent τὴν τοῦ πάθους ἀρχὴν οὐκ ἐπεισόδιον ἀλλὰ ἀναγκαίαν οὖσαν οὐδὲ ἀναιρετέαν παντάπασιν ἀλλὰ θεραπείας καὶ παιδαγωγίας δεομένην (vel. ἐθισμοῦ sec. Plut. de coh. ira 11. cf. Themist. or. 32 p. 359 Hard.). iam igitur sicut ex ethicis scriptis reliquis atque ex erotico narratiunculas praecipue excerptas novimus, ita Aristotelico περὶ ὀργῆς libro non solum Satyri illud exemplum a Plutarcho (de coh. ira 10) allatum, sed etiam physicae explicationis ex mutua calidi et frigidi ratione pro more Aristotelico (cf. probl. 27, 3. de an. 1, 1, 9 et praeterea quod ad physicam affectuum causam Sen. de ira 2, 19. Plut. de virt. mor. 11 etc.) petitae fragmentum ab eodem servatum (c. 3: ἑώρων δὲ οὐ μόνον ψυχροῦ κατασκεδαννυμένου λήγουσαν ὀργήν, ὡς Ἀρ. ἱστόρηκεν) recte tribui facile quis cogitaverit utpote ex uno petita eorum librorum, e quibus Pseudaristotelica problemata congesta sunt, nisi horum ipsorum studium tantopere adamasse Plutarchum (ex συμποσιακῶν προβλημάτων praecipue libris) constaret. itaque ipsa potius tetigerit problemata, ubi eadem revera extant (3, 27 et 8, 20. problematis 3, 27 alteram partem idem Plut. citavit qu. symp. 3, 8). quae autem apud Ciceronem in Tusculanarum quarto et in Senecae libro de

ira (Plutarchi enim et Sotionis περὶ ὀργῆς libri quos citat Stobaeus perditi sunt) similibus argumentis refutatae specimina habemus pathologiae Peripateticae ex simili quodam Stoicarum dissertationum fonte translatae, in eis licet ipse existat defensor irae Aristoteles (Sen. de ira 3, 3. 1, 3. 1, 9. 1, 17), dubium est utrum ipsius liber iste significetur de ira eademque igitur ratione qua aliis ibidem locis Theophrastus (1, 12. 14) et Hieronymus (1, 19. cf. Plut. de coh. ira c. 4. 12) citetur magister, an sententia potius Aristotelis vel Peripateticorum (et ipsius fortasse Theophrasti). communem enim Peripateticorum defendens aliquis per totum librum fingitur, qui sicut in reliquis scriptis (de vita beata, de beneficiis, de consolatione aliisque), ubi adversarii oppugnantur, sine nomine simpliciter *inquit*, raro certi cuiusdam auctoris nomine posito aperte significatur. saepissime autem a posterioribus eisque qui de placitis philosophorum scribentes ipsis non iam fontibus utuntur, tradita Peripateticorum et Aristotelis philosophia brevibus quibusdam solennibusque formulis eiusdemque semper ordinis vinculo connexis expressa (cf. Diog. L. 5, 30—31 cum Stob. ecl. II p. 266. 284. 306. 308. 310) sub ipso principis nomine exhibetur, velut in hac ipsa affectuum materia πάθους definitio apud Stob. ecl. II p. 36 (*πάθος δ' ἐστίν, ὡς μὲν Ἀριστοτέλης, ἄλογος ψυχῆς κίνησις πλεοναστική . . . κἀκείνως δ' ὁρίζεται· πάθος ἐστὶ κίνησις τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς πλεοναστικὴ κατὰ φαντασίαν ἡδέος ἢ λυπηροῦ. ὁ μὲν οὖν Περιπατητικὸς* — scil. ὅρος — οὕτως. cf. ibid. similes Stoicorum et Alcin. dogm. Plat. 32: *ἔστι τοίνυν πάθος κίνησις ἄλογος ψυχῆς ὡς ἐπὶ κακῷ ἢ ὡς ἐπ' ἀγαθῷ* et seqq. cf. Aspasius in Ar. eth. II, cod. Paris. 1903 f. 32[b]: *ὅρα δὲ μὴ οὕτως βέλτιον ἄνωθεν λαβεῖν τί ποτέ ἐστι τὸ πάθος . . . οἱ μὲν οὖν ἐκ τῆς Στοᾶς ᾠήθησαν πάθος εἶναι ὁρμὴν σφοδρὰν ἢ ὁρμὴν ἄλογον . . . τῶν δὲ ἐκ τοῦ Περιπάτου τῶν μὲν παλαιῶν παρ' οὐδενὶ εὑρίσκομεν ὁρισμὸν τοῦ πάθους· τῶν δὲ ὕστερον Ἀνδρόνικος μὲν εἴρηκε πάθος εἶναι τῆς ψυχῆς κίνησιν ἄλογον δι' ὑπόληψιν κακοῦ ἢ ἀγαθοῦ... Βοηθὸς δὲ τὸ πάθος τῆς ψυχῆς κίνησιν ἄλογον ἔχουσάν τι μέγεθος... μήποτε οὖν ᾖ τὸ πάθος κίνησις τοῦ ἀλόγου τῆς ψυχῆς ὑπὸ ἡδέος ἢ λυπηροῦ*), quam libro *περὶ παθῶν* Aristotelis (volunt autem librum *περὶ παθῶν ὀργῆς*) deberi male coniecit Heeren (ad h. l., ex quo Zeller III, 132. ceterum cf. Ar. eth. 1, 13) itemque amoris apud Hermeam in Phaedr. p. 76 Ast. (*Ἀριστοτέλης δὲ ὅλης μὲν τῆς ψυχῆς φησὶ τὸν ἔρωτα πάθος εἶναι κἂν μὲν ὁ λογισμὸς κρατήσῃ, φιλίας αὐτὸν εἶναι, ἐὰν δὲ τὸ πάθος συνουσίας*. cf. Heraclid. ap. Herm. ibid.), quae ex ipso ethicae Aristotelicae apud Stobaeum auctore sumta videtur (ecl. II p. 308:

ἔρωτα δ' εἶναι τὸν μὲν φιλίας, τὸν δὲ συνουσίας, τὸν δὲ ἀμφοῖν· διὸ καὶ τὸν μὲν σπουδαῖον, τὸν δὲ φαῦλον, τὸν δὲ μέσον. cf. D. L. 5, 31: εἶναι δὲ τὸν ἔρωτα μὴ μόνον συνουσίας, ἀλλὰ καὶ φιλίας, ubi male nunc scribitur φιλοσοφίας). neque aliter intelligenda est Peripatetica illa apud Olympiodorum καθάρσεως formula, qua πάθος πάθει ἰᾶσθαι dicitur, quae licet musicam illam affectuum leniendorum atque recti usus consuetudine educandorum medicinam (Ar. pol. 8, 7. 5. cf. Plut. et Them. l. c. Procl. in Pl. remp. p. 360. 362 Bas. vid. etiam Spengel, über die Κάθαρσις, in Abh. d. Münchner Acad. phil. Kl. IX, 1. p. 24 sqq.) in mentem revocet, tantum abest ut libro cuidam Aristotelis perdito (Spengel l. c. p. 37) debeatur ut potius Platonicis conveniat et recentiorum quorundam post Aristotelem (cf. magna mor. 2, 8 fin.) Peripateticorum doctrinae cum Platonica compositae, qualem in illis Stobaei cernimus et in fictorum Pythagoreorum fragmentis θυμοῦ et ἐπιθυμίας regente et moderante ratione harmoniam (συναρμόσασθαι τὰ πάθεα ποτὶ τὸ λόγον ἔχον. cf. Stob. flor. 1, 64. 67. 68. 69. 71. ecl. I, 41, 27. II p. 272. Alcin. dogm. Pl. 28. Plut. qu. Pl. 9. Iambl. ap. Stob. fl. 5, 136 etc.) praedicantium, ortam illam Critolai fere aetate, quum et ipsi Platonici poetico magistri sermone exuto Peripateticis similiores evaderent, ex Pseudoperipateticorum (velut Heraclidis, Aristoxeni, Dicaearchi, Clearchi) studiis Platonicis. Olympiodori autem tres hi loci sunt in comm. ad. Pl. Alcib. (ed. Creuzer. cf. in Phaedon. p. 37 sq.), ubi varios καθάρσεως τρόπους describit (cf. Spengel, über die Κάθαρσις p. 34), p. 6: οὐδ' ὥσπερ Ἀριστοτέλης παρακελεύεται τὸν θυμὸν τῇ ἐπιθυμίᾳ παύειν, τὴν δὲ ἐπιθυμίαν τῷ θυμῷ, τουτέστι τοῖς ἐναντίοις. p. 54: ἰστέον γὰρ ὅτι, καθάπερ καὶ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, τρεῖς εἰσὶ τρόποι καθάρσεως Πυθαγορικός, Σωκρατικός, Περιπατητικὸς ἤτοι (hoc aperto errore addit) Στωικός. καὶ ὁ μὲν Στωικὸς διὰ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία ἰᾶται, τῷ μὲν θυμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπάγων καὶ οὕτω μαλάσσων αὐτόν, τῇ δὲ ἐπιθυμίᾳ τὸν θυμὸν καὶ οὕτω ῥωννύων αὐτὴν καὶ ἀνάγων πρὸς τὸ ἀνδρικώτερον, δίκην τῶν κεκαμμένων ῥάβδων ἃς οἱ θέλοντες εὐθῦναι πρὸς τὸ ἐναντίον περιλυγίζουσιν, ἵνα ἐκ τῆς εἰς τὸ ἐναντίον περιφορᾶς τὸ σύμμετρον ἀναφανῇ. οὕτω καὶ ἐπὶ ψυχῆς ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου ἁρμονίαν ἐμποιεῖν ἐπετήδευον. p. 146: τέταρτος ὁ Ἀριστοτελικὸς ὁ κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενος καὶ τῇ διαμάχῃ τῶν ἐναντίων εἰς συμμετρίαν ἄγων (quae redeunt ad illa Aresae Pyth. ap. Stob. ecl. I p. 854: ἁρμόξας γὰρ ὁ νόος τὸ ἀδὺ τῷ λυπηρῷ συγκατακρεόμενος [-κερώμενος Heer.] καὶ τὸ σύντονον καὶ σφοδρὸν τῷ κούφῳ μέρει τᾶς ψυχᾶς καὶ διαχυτικῷ, ἕκαστόν τε ἑκάστω πράγματος τὰν σύμφυλον καὶ συγγενέα προ-

μάθειαν διαμεμέρισται. cf. cet. locos supra cit.). subesse tamen verbis Platonicis ipsius etiam Aristotelis disputatio videtur de voluptate doloris medicina (*ἰατρεία*) in eth. 7, 15 (*ἐξελαύνει δὲ ἡδονὴ λύπην*). cf. *Θεόφραστος ἐν ἠθικοῖς λέγων* apud Aspas. in eth. l. c. (cod. Laur. 85, 1 fol. 399[b]). ita igitur et Seneca Aristotelem dixerit pro Aristotelicis. accedit quod eadem plane de irae utilitate argumentatio in gemina illa Ciceronis narratione (Tusc. 4, 19, 43) Peripateticorum simpliciter vocatur, quod praeterea quantopere in auctorum testimoniis, quae ex priorum scriptorum libris repetere solet, negligens fuerit Seneca, ex multis exemplis manifestum est. nam ut unum afferam, quam de vitae humanae brevitate Aristotelis querelam appellat (de vit. brev. 1), eam ex accuratiore Ciceronis et Aristotelem et Theophrastum una citantis (Tusc. 3, 28, 69. cf. D. L. 5, 41) testimonio Theophrasti potius morientis chriam fuisse constat. misso Seneca quae sola restant de ira tria illa Aristotelis apud Stobaeum (fl. 20, 47. 55. 65) in titulo *περὶ ὀργῆς* fragmenta (Theophrasti autem de ira punientis locum fl. 19, 12 libro *περὶ τιμωρίας* tribueris), ea epistolarum esse malueris quam dialogi (*ἢ οὐχ ὁρᾷς* 20, 47) de ira, quo quidem Plutarchus usus sit in libro *περὶ ὀργῆς*, cuius praeter locum de Satyro ex Plutarcho (*περὶ ἀοργησίας*) excerptum (fl. 20, 58) Stobaeus fragmentum affert fl. 20, 70. ceterum pluralis numerus in libri *περὶ παθῶν ὀργῆς* titulo, nisi quidem mutilus hic est, nescio quorsum spectet nisi ad varias irae species ab ipso partim Aristotele (in eth. 4, 11. cf. 7, 7) indicatas, de quibus Stoicorum definitiones affert Stob. ecl. II p. 174 (*θυμὸς καὶ χόλος καὶ μῆνις καὶ κότος καὶ πικρία καὶ τὰ τοιαῦτα*). 176. D. L. 7, 114. Cic. Tusc. 4, 10, 21. Sen. de ira 1, 4. ipsius autem irae notio Aristoteli apud Senecam adscripta eadem est quam exempli causa memorat philosophus de an. 1, 1, 11 (*ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως*) quamque accuratius exposuerat in rhet. 2. 2 in. (*ἔστω δὴ ὀργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν ἢ τῶν αὐτοῦ, τοῦ ὀλιγωρεῖν μὴ προσήκοντος*). eadem autem sicut reliqua illa de affectibus disputatione adeoque ipso Aristotelis rhetoricorum libro usos fuisse Stoicos et Chrysippum in libris *περὶ παθῶν*, hoc ipsae etiamnunc apud Laertium (7, 110—14) *παθῶν* definitiones testantur et haec irae (7, 113): *ὀργὴ δὲ ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκοῦντος ἠδικηκέναι οὐ προσηκόντως* (cf. Stob. ecl. II p. 176. Posidon. ex Senecae de ira loco deperdito apud Lactant. de ira dei c. 17, 13. Cic. Tusc. 4, 10, 21).

Iam vero, licet factum esse possit, ut nusquam liber Aristoteli adscriptus *π. ὀργῆς* commemoraretur, tamen excerpendam esse duxi Senecae Stoici contra Peripateticos disputationem.

1. (84)

a) Seneca (ed. F. Haase. Lips. 1852) de ira I, 3: *Aristotelis finitio non multum a nostra abest. ait enim iram esse cupiditatem doloris reponendi.*

Reponendi ait id est reddendi. qui usus quum minus vulgaris esset, varia et apud Senecam et apud Lactantium qui Senecae locum repetit (de ira dei 17, 13) librariorum lectio orta est, ut reprimendi (ita Sen. cod. rec. Gryphisw. apud Fickert ed. t. II p. 336. Lact. ed. Paris 1509. 4°), apud Lact. vulgo rependendi, in aliis autem codicibus respuendi (velut in rec. sec. XV Berol. theol. lat. fol. 266 et 277. cf. cod. Lips. Goth. in ed. Cellarii Lips. 1698 p. 595 not.), respondendi (cod. rec. Berol. theol. lat. fol. 381. cf. ed. Ven. 1478. 4°).

b) Sen. ib. I, 9, 2: *Ira, inquit Aristoteles, necessaria est, nec quicquam sine illa expugnari potest, nisi illa implet animum et spiritum accendit. utendum autem illa est non ut duce sed ut milite.*

cf. 1, 11, 1 (sed adversus hostes, inquit, ira est necessaria). 1, 13, 3 (utilis, inquit, ira est quia pugnaciores facit). infra 1, 17, 1.

Sen. ib. 1, 14, 1: *Non potest inquit fieri Theophrastus, ut non vir bonus irascatur malis.* cf. 1, 12, 1 (cf. Fick. p. 349): *quid ergo? inquit, vir bonus non irascitur, si caedi patrem suum viderit, si rapi matrem? . . .* (3) *quum hoc dicis, Theophraste . . . relicto iudice ad coronam venis.*

cf. 1, 16, 6 (iracundia opus est ad puniendum). 2, 6, 1 (virtus, inquit, ut honestis rebus propitia est, ita turpibus irata esse debet). 2, 11, 1 (utilis est, inquit, ira quia contemptum fugit, quia malos terret). 2, 33, 1. 2, 12, 1 (nequitia, inquit, de rerum natura tollenda est, si velis iram tollere. neutrum autem potest fieri). 2, 13, 3 (non potest, inquit, omnis ex animo ira tolli, nec hoc hominis natura patitur).

ib. 2, 17, 1 (orator, inquit, iratus aliquando melior est). cf. Plut. de coh. ira 12 (Ar. probl. 3, 27): *Ἀριστοτέλης δὲ ἱστορεῖ Σατύρου* (*τοῦ Σαμίου* add. Stob. fl. 20, 58. *ὁ Κλαζομένιος* vocatur in probl. l. c.) *τοὺς φίλους ἐμφράξαι τὰ ὦτα κηρῷ δίκην ἔχοντος ὅπως μὴ συγχέῃ τὸ πρᾶγμα διὰ θυμόν.*

c) Sen. ib. 1, 17, 1: *Aristoteles ait affectus quosdam si quis illis bene utatur pro armis esse.*

cf. 1, 10, 4 (ita, inquit, utilis affectus est si modicus est). 2, 17, 2 (languidus, inquit, animus est qui ira caret).

d) Sen. ib. 3, 3, 1: *Atqui, ut in prioribus libris dixi, stat Aristoteles defensor irae et vetat illam nobis exsecari. calcar ait esse virtutis. hac erepta inermem animum et ad conatus magnos pigrum inertemque fieri.* (cf. 3, 3, 4: hunc aliquis affectum virtuti adiutorem comitemque dat?). 3, 3, 5: *Non est ergo quod me putes tempus in supervacuis consumere, quod iram quasi dubiae apud homines opinionis sit infamem, quum aliquis sit et quidem de illustribus philosophis, qui illi indicat operas et tanquam utilem et spiritus subministrantem in proelia, in actus rerum, ad omne quodcunque calore aliquo gerendum est vocet.*

add. 2, 15, 1 (ut scias, inquit, iram habere in se generosi ali quid, liberas videbis gentes, quae iracundissimae sunt, ut Germanos et Scythas). 2, 16, 1 (animalia, inquis, generosissima habentur quibus multum inest irae). 2, 16, 3 (simplicissimi, inquit, omnium habentur iracundi).

e) Sen. ib. 1, 7, 1: *Num quid . . . ira adsumenda est, quia utilis saepe fuit? extollit animos et incitat, nec quicquam sine illa magnificum in bello fortitudo gerit, nisi hinc flamma subdita est et hic stimulus peragitavit misitque in pericula audaces. optimum itaque quidam putant temperare iram, non tollere, eoque detracto quod exundat ad salutarem modum cogere, id vero retinere sine quo languebit actio et vis ac vigor animi resolvetur.*

Iam cf. Cicero Tusc. disp. IV, 19: *Quid? quod iidem Peripatetici* (scil. *qui perturbari animos necesse esse dicunt, sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat* IV, 17, 38) *perturbationes istas, quas nos exstirpandas putamus, non modo naturales esse dicunt sed etiam utiliter a natura datas. quorum est talis oratio. primum multis verbis iracundiam laudant* (cf. Cic. de off. 1, 25), *cotem fortitudinis esse dicunt multoque et in hostem et in improbum civem vehementiores iratorum impetus esse. leves autem ratiunculas eorum qui ita cogitarent, proelium rectum est hoc fieri, convenit dimicare pro legibus pro libertate pro patria. haec nullam habent vim, nisi ira excanduit fortitudo. nec vero de bellatoribus solum disputant, imperia severiora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiae. oratorem denique non modo accusantem sed ne defendentem quidem probant sine aculeis iracundiae. quae etiamsi non adsit, tamen verbis*

atque motu simulandum arbitrantur, ut auditoris iram oratoris incendat actio. virum denique videri negant qui irasci nesciat eamque quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. nec vero solum hanc libidinem laudant . . . sed ipsum illud genus vel libidinis vel cupiditatis . . . (c. 20) *ipsam aegritudinem . . . reliquas quoque partes aegritudinis . . . haec tamen ita disputant ut r e s e c a n d a esse fateantur, evelli penitus dicant nec posse nec opus esse et in omnibus fere rebus mediocritatem esse optimam existiment.*

Videtur igitur, si quidem recte superiora omnia ex libro quodam Peripatetico de ira repetenda malui quam ex ampliore de affectibus (velut Aristotelis *πάθη ᾱ* apud Laert. et Hes., Theophrasti *περὶ παθῶν* D. L. 5, 45. cf. Xenocrates *περὶ τῶν παθῶν* ib. 4, 12) vel de virtute narratione, de natura irae utpote gravioris et principalis (cf. Cic. verba supra adscripta: *p r i m u m multis verbis iracundiam laudant* etc.) disputationi coniunctus fuisse sermo de universo affectu.

Quomodo autem factum sit, ut multorum et diversorum auctorum ignobiliumque Peripateticorum libri quum in bibliothecas colligerentur titulisque a bibliothecariis ornarentur, in unius Aristotelis principis nomen abirent, sicut in unius Hippocratis medicorum multorum et diversissimorum, id huiusce fortasse de ira libri Aristoteli vulgo adscripti exemplo manifesto declarari potest, quem a Pasicrate potius Rhodio editum fuisse (eodem quem libri metaphysicorum ᾱ minoris quosdam auctorem voluisse tradunt commentatores, *ὅς ἦν ἀκροατὴς Ἀριστοτέλους, υἱὸς δὲ Βοηθοῦ τοῦ Εὐδήμου ἀδελφοῦ*, cf. gloss. ad tit. l. metaphys. *ᾱ ἐλ.* p. 993, 29 sumpta ex Schol Ar. p. 589, 40 et Asclep. ib. p. 520, 7 in quibus male scribitur *Πασικλῆς*, Pasicrates autem a Ps. Philop. in metaph. p. 7 ed. lat. quem citat Fabricius B. G. III, 501 H. cf. Bonitz comm. in Ar. met. p. 15) novisse videtur Philodemus Epicureus (hic enim revera est qui anonymus vocatur ab editore Oxoniensi) in libro *περὶ ὀργῆς*. in hoc enim leguntur non modo eis quae e Senecae disputatione supra excerpta sunt plane similia haec (Volum. Herculan. P. I Oxon. 1824 col. 64):

2. (85)

τῶν δὲ φιλοσόφων οἱ μὲν φλυαροῦντες ἐν ταῖς παραμυθίαις, οἱ δὲ καὶ μετὰ [φη?]νηγορίας ἐπιρρωννύντες ἀφ . . . . μεν ῥήτορας καὶ ποιητὰς καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην γρυμέαν. ἔνιοι γοῦν τῶν Περιπατητικῶν, ὥς που καὶ πρότερον παρεμνήσθημεν, διὰ προσώπων ἐκτέμνειν τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς φασὶ τοὺς τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν αὐτῆς ἐξαιροῦντας· ὧν χωρὶς οὔτε κόλασιν οὔτ' ἄμυναν εἶναι . . .

sed ea etiam, quae Stobaei fragmentis, de quibus utrum dialogi essent an epistolae modo dubitavi (cf. fr. sentent. ex floril. coll. 10—12), de ira Aristotelis sententias referentibus ita respondeant, ut ad Aristotelis i. e. Pasicratis de ira dialogum revera haec omnia pertinuisse suspiceris. ita enim Philodemus col. 74:

3. (86)

. . . *οὕτως κακὸν ἐροῦμεν τὸ μὴ τὴν φυσικὴν ὀργὴν ἀναδέχεσθαι. κακῶς γὰρ ἀκούων καὶ πάσχων ὅστις οὐκ ὀργίζεται, πονηρίας πλεῖστον τεκμήριον φέρει κατὰ τὸν Μένανδρον. ἐνίοτε δὲ [ἡ δυσ]κινησία [τῆς] λύττης περιετερα* (sic)· *διὸ φανερός ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἐλαχίστοις παρὰ πόδας εὐθέως [ἐκ]στησόμενος. ἀγαθὸν δὲ τὸ ἀναδέχεσθαι. παρὰ δ' ἐνὶ Πασικράτει* (ita lego pro *κασικρατει* apographi Oxoniensis, quod idem nunc exhibetur in Herculanensium voll. collectione altera t. I Neap. 1861 fol. 61 i. e. libri *περὶ ὀργῆς* col. 38) *λέγεται [τ]ὸ τὴν φυσικὴν ὀργὴν μὴ μόνον κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν λυπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπισκοτεῖν τοῖς λογισμοῖς ὅσον ἐφ' ἑαυτῆς κ . . .*

4. (87)

Stob. flor. 20, 55 (eadem Maxim. c. 19): *Ἀριστοτέλους. ὥσπερ ὁ καπνὸς ἐπιδάκνων τὰς ὄψεις οὐκ ἐᾷ βλέπειν* (*προβλέπειν* Max.) *τὸ κείμενον ἐν τοῖς ποσίν, οὕτως ὁ θυμὸς ἐπαιρόμενος τῷ λογισμῷ ἐπισκοτεῖ καὶ τὸ συμβησόμενον ἐξ αὐτοῦ ἄτοπον οὐκ ἀφίησι τῇ διανοίᾳ προλαβεῖν* (*προσλαβεῖν* vulgo, *προβλέπειν* vel *προσβλέπειν* Max.).

5. (88)

Stob. flor. 20, 47 (eadem Max. c. 19): *Ἀριστοτέλους. ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὅτι τῶν ἐν ὀργῇ διαπραττομένων ἁπάντων ὁ λογισμὸς ἀποδημεῖ φεύγων τὸν θυμὸν ὡς πικρὸν τύραννον;*

Ab his tamen duobus Stobaei locis si dialogi sint, tertium qui nimis rhetorem redolet, consulto separo (Stob. fl. 20, 65 = fr. 12 sent. fl.). ex Philodemo autem hoc quoque adnotandum est, Bionis etiam (academici scil., cf. D. L. 4, 47) extitisse librum *περὶ τῆς ὀργῆς*, quem cum Chrysippo *ἐν τῷ περὶ παθῶν* adnumerat ille *τοῖς ψέγουσι μόνον, ἄλλο δὲ μηδὲν ποιοῦσιν* (col. 34), quum ipse quidem Epicureus iram defendat: *ἀπόχρη γὰρ ἐπιδεῖξαι τὸ κοινὸν ὅτι συσχεθήσεταί τισιν ὀργαῖς ὁ σοφός* (col. 77).

8*

XX.

Περὶ μέϑης.

Περὶ μέϑης liber (dialogo ut puto scriptus), cuius maxima fuisse videtur cum erotico similitudo, in indicibus non comparet. notitiam eius (praeter singulos Apollonii paradoxographi et Plutarchi locos) uni fere Athenaeo debemus quae ad mores spectarent et usum vitae colligenti. multorum autem Peripateticorum (quos pro more Varro imitatus est in ipsius satirarum libro Est modus matulae *περὶ μέϑης*, cf. Theophr. apud Ath. XI, 463 c cum Varr. ap. Non. p. 28) idem praeter Aristotelem fragmenta affert, Theophrasti, Chamaeleontis, Hieronymi. e quibus quum in argumento tractando fere conspirasse omnes videantur, ipso Theophrasti libro usus esse deprehenditur Hieronymus Rhodius eadem cum illo narrans de primoribus Atheniensium in Thargeliorum festo saltantibus sec. Ath. X, 424 f. (ab eodem Hieronymo alibi etiam Theophrastum fuisse citatum docet Ath. X, 434 f. quod ad *ἀκρατοποτεῖν* et *σκυϑίσαι* similia habuisse Chamaeleontem et Hieronymum patet ex Ath. X, 427 b et XI, 499 f, cf. etiam Theophr. X, 427 d et de Scythis Ar. probl. 3, 7. contra de heroum potatione ex nominum permutatione erronea Theophrasti verba affert Ath. XI, 497 e, quae eadem recurrunt apud Chamaeleontem X, 461 b. hoc etiam addo eodem quodam fonte nisum videri Theophrastum in hoc libro, quo in Atthide Philochorum, cf. Th. ap. Ath. XV, 693 c. et XI, 465 b cum Phil. ap. Ath. XV, 693 d et II, 38 c. e Philochoro Philonides Ath. XV, 675.). praeterea variorum (cf. e. g. probl. 3, 2 cum 3, 27) Peripateticorum fragmenta, maximam quidem partem Theophrastea (cf. probl. 3, 16 quo Chaeremonis tragici eundem versum adhibet auctor quem iterum Theophrastus in erotico ap. Ath. XIII, 562 e *ὡς τὸν οἶνον τῶν χρωμένων τοῖς τρόποις κεράννυσϑαι*), in tertia problematum Pseudaristotelicorum sectione *ὅσα περὶ οἰνοποσίαν καὶ μέϑην* habes collecta. qua collectione quum plurimum utatur Plutarchus in probl. symposiacis, uno tamen loco peculiarem *περὶ μέϑης* librum hunc de quo agitur citavit. quem non magis praeteriisse aestimo Philonem Iudaeum (cf. ed. Mangey t. I p. 357), qui *περὶ μέϑης* duos libros ediderat. quorum primus deperditus est ut qui a sacra scriptura alienior, servatur secundus qui ad ipsum proprie vetus testamentum Mosemque pertinet. in huius igitur initio ita ait Philo: *τὰ μὲν τοῖς ἄλλοις φιλοσόφοις εἰρημένα περὶ μέϑης ὡς οἷόν τε ἦν ἐν τῇ πρὸ ταύτης ὑπεμνήσαμεν βίβλῳ.*

1. (89)

Epit. Athen. II p. 40d: *Σέλευκος δὲ* (*ἐν γλώσσαις* scil.) *τὸ παλαιὸν οὐκ εἶναι ἔθος οὔτ' οἶνον ἐπὶ πλεῖον οὔτ' ἄλλην ἡδυπάθειαν προσφέρεσθαι μὴ θεῶν ἕνεκα τοῦτο δρῶντας. διὸ καὶ θοίνας καὶ θαλίας καὶ μέθας ὠνόμαζον, τὰς μὲν ὅτι διὰ θεοὺς οἰνοῦσθαι δεῖν ὑπελάμβανον, τὰς δ' ὅτι θεῶν χάριν ἠλίζοντο καὶ συνῄεσαν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ δαῖτα θάλειαν.*] *τὸ δὲ μεθύειν φησὶν Ἀριστοτέλης* (citatus a Seleuco, ut videtur, quemadmodum a Didymo Seleucus) *τὸ μετὰ τὸ θύειν αὐτῷ χρῆσθαι.*

2. (90)

Epit. Athen. II p. 44d: *Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ μέθης φησὶν ὅτι ἁλμυρὰς τινες προσφερόμενοι τροφὰς ἄδιψοι διέμειναν· ὧν ἦν Ἀρχωνίδης ὁ Ἀργεῖος. Μάγων δὲ ὁ Καρχηδόνιος τρὶς τὴν ἄνυδρον διῆλθεν ἄλφιτα ξηρὰ σιτούμενος καὶ μὴ πίνων.* [*Πολέμων δ' ὁ ἀκαδημαικὸς ἀρξάμενος ἀπὸ τριάκοντα ἐτῶν ὑδροπότησε μέχρι θανάτου, ὥς ἔφη Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος* etc. quae inter alia huius modi exempla de Philino paulo antea memoraverat Athen. II p. 44c, ea quum diversos et Aristotelis et Theophrasti *περὶ μέθης* libellos ille noverit, *ἐν τοῖς ὑπομνήμασι* sine dubio posuerat *Ἀριστοτέλης ἢ Θεόφραστος.*]

Exempla ab Athenaeo distincta confudit Apollonius qui idem nescio unde testimonium exscripsit in mirab. 25: *Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ μέθης· Ἄνδρων, φησίν, Ἀργεῖος ἐσθίων πολλὰ καὶ ἁλμυρὰ καὶ ξηρὰ δι' ὅλου τοῦ βίου ἄδιψος καὶ ἄποτος* (ita Meurs., *ἄπιος* cod. cum *ν* supra *ι*) *διετέλεσεν. ἔτι δὶς* (ita cod. sec. Bast lettre p. 50) *πορευθεὶς εἰς Ἄμμωνα διὰ τῆς ἀνύδρου ὁδοῦ ἄλφιτα ξηρὰ σιτούμενος οὐ προσηνέγκατο ὑγρόν. τοῦτο δὲ ἐποίησε δι' ὅλου τοῦ βίου.* cf. D. L. 9, 81 (Sextus hyp. 1, 84): *Ἄνδρων δὲ ὁ Ἀργεῖος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, διὰ τῆς ἀνύδρου Λιβύης ὥδευεν ἄποτος.*

3. (91)

Athen. XIV p. 641b: *Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ μέθης τὰ τραγήματά φησι λέγεσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχαίων τρωγάλια· ὡσεὶ γὰρ ἐπιδορπισμὸν εἶναι.* [*Πίνδαρος* (fr. 98) *δ' ἐστὶν ὁ εἰπὼν «δείπνου δὲ λήγοντος γλυκὺ τρωγάλιον* etc.»

Cf. Schol. ad Aristoph. pac. (unde Suidas s. *τρωγαλίων* cf. Hesych. s. v.): *τρωγαλίων δὲ ἀντὶ τοῦ τῶν τραγημάτων· οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰ τραγήματα οἱ παλαιοί.*

Ipsa huius testimonii verba paulo post retulit Athenaeus XIV p. 641d: *Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ μέθης παραπλησίως ἡμῖν δευτέρας*

τραπέζας ἀπαγορεύει διὰ τούτων «τὸ μὲν οὖν ὅλον διαφέρειν τράγημα βρώματος νομιστέον ὅσον ἔδεσμα τρωγαλίου. τοῦτο γὰρ πάτριον τοὔνομα τοῖς Ἕλλησιν, ἐπεὶ ἐν τραγήμασι τὰ βρώματα παρατίθενται (= p. 641b). διόπερ οὐ κακῶς ἔοικεν εἰπεῖν ὁ πρῶτος δευτέραν προσαγορεύσας τράπεζαν· ὄντως γὰρ ἐπιδορπισμός τις ὁ τραγηματισμός ἐστι καὶ δεῖπνον ἕτερον παρατίθεται τραγήματα».

4. (92)

Epit. Athen. I p. 34b: Ἀριστοτέλης δέ φησιν ὅτι οἱ μὲν ἀπ' οἴνου μεθυσθέντες ἐπὶ πρόσωπον φέρονται, οἱ δὲ τὸν κρίθινον πεπωκότες ἐξυπτιάζονται τὴν κεφαλήν· ὁ μὲν γὰρ οἶνος καρηβαρικός, ὁ δὲ κρίθινος καρωτικός.

Haec supplentur ex altero Athenaei loco X p. 447a: ἀλλ' ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ μέθης, εἰς τὰ νῶτα καταπίπτουσιν οἱ τὸν κρίθινον πεπωκότες, ὃν πῖνον καλοῦσι, λέγων οὕτως «πλὴν ἴδιόν τι συμβαίνει περὶ τὰς τῶν κριθῶν, τὸ καλούμενον πῖνον· ὑπὸ μὲν γαρ τῶν λοιπῶν τε καὶ μεθυστικῶν οἱ μεθυσθέντες ἐπὶ πάντα τὰ μέρη πίπτουσι· καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ καὶ πρηνεῖς καὶ ὕπτιοι, μόνοι δὲ οἱ τῷ πίνῳ μεθυσθέντες εἰς τοὐπίσω καὶ ὕπτιοι κλίνονται».

5. (93)

Athen. X p. 429c: Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ μέθης φησίν «εἰ ὁ οἶνος μετρίως ἀφεψηθείη, πινόμενος ἧττον μεθύσκει· τὴν γὰρ δύναμιν ἀφεψηθέντος αὐτοῦ ἀσθενεστέραν γίνεσθαι. μεθύσκονται δέ, φησίν, οἱ γεραίτεροι τάχιστα, δι' ὀλιγότητα καὶ ἀσθένειαν τοῦ περὶ αὐτοὺς ἐνυπάρχοντος φύσει θερμοῦ. καὶ οἱ παντελῶς δὲ νέοι τάχιον μεθύσκονται διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐνυπάρχοντος θερμοῦ· τῷ γὰρ ἐκ τοῦ οἴνου προσγινομένῳ κρατοῦνται ῥᾳδίως. μεθύσκονται δὲ κἂν τοῖς ἀλόγοις ζῴοις (de quibus eadem refert etiam Aelianus var. hist. 2, 40) ὕες μὲν σταφυλῆς στεμφύλων χορτασθέντες καὶ τὸ τῶν κοράκων καὶ τῶν κυνῶν γένος τὴν οἰνοῦτταν καλουμένην φαγόντα βοτάνην, πίθηκος δὲ καὶ ἐλέφας πιόντες οἶνον. διὸ καὶ τὰς θήρας ποιοῦνται τῶν πιθήκων καὶ τῶν κοράκων μεθυσθέντων τῶν μὲν οἴνῳ τῶν δὲ τῇ οἰνούττῃ».

6. (94)

Plutarch. qu. conv. III, 3 (e quo Macrob. saturn. VII, 6): Ἐθαύμαζε δὲ Φλῶρος, εἰ γεγραφὼς Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ μέθης (*in libro quem de ebrietate composuit* Macr. l. c.), ὅτι μάλιστα μὲν οἱ γέροντες, ἥκιστα δὲ αἱ γυναῖκες ὑπὸ μέθης ἁλίσκονται, τὴν αἰτίαν (quoad

mulieres quidem) *οὐκ ἐξειργάσατο μηδὲν εἰωθὼς προΐεσθαι τῶν τοιούτων.*

Haec ultima non recte ita interpretatum esse Macrobium ut diceret *nec causam vel huius frequentiae vel illius raritatis adiecit,* docet Athenaei testimonium ex eodem loco petitum (v. fr. praeced.). Plutarchus autem, qui ubi ipse causam explicavit, ad Aristotelem redit his verbis: *ἔστι δέ τι καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν Ἀριστοτέλους· τοὺς γὰρ ἄθρουν καὶ ἀπνευστὶ πίνοντας, ὅπερ ἀμυστίζειν ὠνόμασαν οἱ παλαιοί, φησὶν ἥκιστα περιπίπτειν μέθαις. οὐ γὰρ ἐνδιατρίβειν τὸν ἄκρατον αὐτοῖς, ἀλλ' ἐξωθούμενον ῥύμῃ διαπορεύεσθαι διὰ τοῦ σώματος* (haec deinde problemati supra proposito Plutarchus suis verbis applicat), non iam eundem librum significare videtur, sed problem. III, 21.

7. (95)

Athen. X p. 429 f: *τὸν δὲ σαμαγόρειον* (cf. Poll. 6, 82) *οἶνον καλούμενόν φησιν ὁ Ἀριστοτέλης ἀπὸ τριῶν κοτυλῶν κερασθεισῶν μεθύσκειν ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἄνδρας.*

8. 9. (96. 97)

Athen. XI p. 464 c: *καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ μέθης «αἱ ῥοδιακαί, φησί, προσαγορευόμεναι χυτρῖδες διά τε τὴν ἡδονὴν εἰς τὰς μέθας παρεισφέρονται καὶ διὰ τὸ θερμαινομένας τὸν οἶνον ἧττον ποιεῖν μεθύσκειν· σμύρνης γὰρ καὶ σχοίνου καὶ τῶν τοιούτων ἑτέρων εἰς τὸ ὕδωρ ἐμβληθέντων ἕψονται καὶ παραχεόντων εἰς τὸν οἶνον ἧττον μεθύσκουσιν». κἂν ἄλλῳ δὲ μέρει* (fr. 9) *φησίν «αἱ ῥοδιακαὶ χυτρῖδες γίνονται σμύρνης, σχοίνου ἄνθους, κρόκου, βαλσάμου, ἀμώμου, κινναμώμου συνεψηθέντων· ἀφ' ὧν καὶ τὸ γινόμενον τῷ οἴνῳ παραχυθὲν οὕτω μέθας ἵστησιν, ὥστε καὶ τῶν ἀφροδισίων παραλύειν τὰ πνεύματα πέττον.*

Cf. Athen. XI p. 496 f: *ῥοδιάς . . . μνημονεύει δ' αὐτῶν* (sc. *τῶν ῥοδιακῶν*) ... (praeter comicos) *καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ μέθης Λυγκεύς τε ὁ Σάμιος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς* (cf. Hesych. s. *ῥοδιακόν, ῥοδιάς*).

XXI.

Συμπόσιον.

Socraticorum conviviorum morem inde a Platonis et Xenophontis dialogis apud litteratos celebrem (Plut. qu. conv. VI prol. I, 1, 3. VII, 7.

Athen. lib. V et XI, 504e. cf. Aristonis eroticorum ex Ione locum apud Ath. X, 419c = Plut. qu. conv. VI prol.) cum Platonicis imitati symposia id est *λόγους παρὰ πότον γινομένους* ediderunt (cf. M. Schmidt, Didymi fragm. p. 368) Peripatetici Aristoteles (*συμπόσιον α̅*, quod ponit Laertius, Hesychius omittit, addit autem alibi *συσσιτικῶν προβλημάτων γ̅*), Theophrastus, Aristoxenus (cuius *συμμικτὰ συμπόσια* quae dicit Ath. XIV, 632a, dialogum produnt), Prytanis, Hieronymus. testatur Plutarchus qu. conv. VI prol. *ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἀντιμαρτυροῦντας ἔχειν Πλάτωνα καὶ Ξενοφῶντα καὶ Ἀριστοτέλην καὶ Σπεύσιππον Ἐπίκουρόν τε καὶ Πρύτανιν καὶ Ἱερώνυμον καὶ Δίωνα* (*Βίωνα?*) *τὸν ἐξ ἀκαδημίας ὡς ἄξιόν τινος σπουδῆς πεποιημένους ἔργον ἀναγράψασθαι λόγους παρὰ πότον γενομένους* (qui locus Macrobio, qui Plutarchi qu. conv. saepe utitur, obversatus est in saturn. VII, 3, 23 ita dicenti: *cum videas, inquam, anceps esse omne scommatum genus, suadeo in conviviis in quibus laetitiae insidiatur ira, ab huius modi dictis facessas et magis quaestiones convivales vel proponas vel ipse dissolvas. quod genus veteres ita ludicrum non putarunt, ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit et Plutarchus et vester Apuleius, nec contemnendum sit quod tot philosophantium curam meruit*). idem non posse suav. vivi sec. Ep. 13: *τί λέγεις, ὦ Ἐπίκουρε; κιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν ἕωθεν ἀκροασόμενος εἰς τὸ θέατρον βαδίζεις, ἐν δὲ συμποσίῳ Θεοφράστου περὶ συμφωνιῶν διαλεγομένου καὶ Ἀριστοξένου περὶ μεταβολῶν καὶ Ἀριστοτέλους* (vulgo male *Ἀριστοφάνους*. cf. etiam c. 13 infra et c. 12: *γράφειν περὶ Ὁμήρου καὶ περὶ Εὐριπίδους ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Δικαίαρχος*) *περὶ Ὁμήρου, τὰ ὦτα καταλήψῃ ταῖς χερσὶ δυσχεραίνων καὶ βδελυττόμενος; εἶτ᾽ οὐκ ἐμμελέστερον ἀποφαίνουσι τὸν Σκύθην Ἀτέαν, ὃς Ἰσμηνίου τοῦ αὐλητοῦ ληφθέντος αἰχμαλώτου καὶ παρὰ πότον αὐλήσαντος, ὤμοσεν ἥδιον ἀκούειν τοῦ ἵππου χρεμετίζοντος*; etc. Aristoteli igitur in hoc praecipue dialogo ut in ceteris passim disputandi materiam praebuit Homerus et Homerica convivia (de quibus Athen. V, c. 3—20). quod autem ad titulum inscriptum, qui neque *συμπόσιον* Theophrasti in librorum eius indice occurrere notaverit neque inter Aristotelicos *περὶ μέθης* titulum, nihilominus erraret, si quum de Homero id est de Homerici aevi more Aristotelem in convivio sermonem iniicere audivisset sicut in libro *περὶ μέθης* de potatione poculisque heroicis Theophrastum, insuper autem de coronarum in conviviis usu (de qua re tamen et in erotico Ar. agitur) argumentoque ad vinum et vini usum faciente disputatum fuisse animadvertisset, observasset denique

Ismeniae tibicinis mentionem fieri et in Varronis libello *περὶ μέθης* (ap. Non. p. 172) et in symposio Theophrasti, ad quem quidem *περὶ συμφωνιῶν* disputantem referendum esse existimaret Scythae illius dictum (apud Plutarchum l. c.), propterea igitur non diversa fuisse censeret Aristotelis et Theophrasti convivia a libris de ebrietate certo semper titulo ab Athenaeo distinctis, qui utriusque libri Aristotelici fragmenta ex auctoribus doctioribus recepit. de proprio enim et principali dialogi argumento nihil constat. narraverat igitur auctor qui perhibetur Aristoteles sermonem ipsius cum amicis discipulisque in convivio aliquando habitum nescio quem, sicut Epicurus in *symposio* collocutus est ipse cum Polyaeno socio aliisque philosophis (Plut. adv. Col. 6. Athen. V, 187b. cf. 177 b. 182 b. et sine prooemio quidem ille problemata inferens sec. Ath. 186e) *περὶ δυσπεψίας* et deinde *περὶ πυρετῶν* (Ath. 187c. in quibus etiam de vino sec. Plut. l. c.).

1. (98)

Athen. XV p. 674 f: *ὡς εὐανθέστερον γὰρ καὶ κεχαρισμένον μᾶλλον τοῖς θεοῖς παραγγέλλει* (scil. *ἡ Σαπφώ*) *στεφανοῦσθαι τοὺς θύοντας. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ συμποσίῳ φησὶν ὅτι οὐδὲν κολοβὸν προσφέρομεν πρὸς τοὺς θεούς, ἀλλὰ τέλεια καὶ ὅλα· τὸ δὲ πλῆρες τέλειόν ἐστι, τὸ δὲ στέφειν πλήρωσίν τινα σημαίνει. Ὅμηρος «κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο»* (Il. *α*, 470) *καὶ «ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει»* (Od. *θ*, 170). *τοὺς γὰρ αὖ τὴν ὄψιν ἀμόρφους, φησίν, ἀναπληροῖ ἡ τοῦ λέγειν πιθανότης. ἔοικεν οὖν ὁ στέφανος τοῦτο ποιεῖν βούλεσθαι. διὸ καὶ περὶ τὰ πένθη τοὐναντίον παρασκευάζομεν· ὁμοπαθείᾳ γὰρ τοῦ κεκμηκότος κολοβοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς τῇ τε κουρᾷ τῶν τριχῶν καὶ τῇ τῶν στεφάνων ἀφαιρέσει.*

Cf. schol. ad Theocr. id. III, 21 (p. 139, 16 Ahrens): *τὸν στέφανον τίλαί με . . . στεφάνοις ἐχρῶντο ἐν τοῖς συμποσίοις, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, εὐετηρίαν καὶ ἀφθονίαν αἰνιττόμενοι τροφῶν· στέψαι γὰρ τὸ πληρῶσαι, ὡς Ὅμηρος «κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο».*

Consentiunt scholia ad Il. *α*, 470 (cf. Buttmann Lexil. I p. 97) et ad Od. *θ*, 170.

II. LOGICA.

Ex logicorum librorum farragine (Rose de Ar. l. p. 63—67. Brandis Rh. Mus. 1827 I, 3 p. 267 sqq.), quibus Peripatetica schola logicae disciplinae inventoris operam aut paucis passim mutatis novatisque omnem sive brevius sive fusius repetebat (velut Theophrastus in topicis, idem et Eudemus in analyticis) aut dissertationibus in singula eius capita doctrinaeque locos editis auxit (velut Theophrastus *ἐν τῷ περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως* et Pseudaristoteles *ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας* vel *περὶ προτάσεων*, item Peripatetici duo de categoriis proprie agentes, quorum alter alterum nova eiusdem argumenti recensione repetit), rarae admodum reliquiae servatae sunt neque alia de causa quam quod ipsi etiam commentatores, quorum inde ab Andronici aetate in his potissimum prolixus labor consumebatur, non reperirent quibus Aristotelis scripta genuina revera aut illustrarent aut supplerent. eorum autem maximam partem studii magis causa quam philosophiae compositam fuisse tituli docent qui satis multi multosque libros comprehendentes in indicibus Laertii et Ptolemaei comparent, operam mere collectivam materiamque in dialecticorum usum fere enumeratam prodentes, velut *θέσεις*, *προτάσεις*, *τόποι* (cf. Rose p. 66. *τόπους* sine dubio continebat etiam liber *περὶ τοῦ αἱρετοῦ καὶ τοῦ συμβεβηκότος ᾱ* i. e. *περὶ τῶν τοῦ αἱρετοῦ καὶ τοῦ συμβεβηκότος τόπων*, velut in top. l. III et II. cf. fragm. illud apud Waitz org. I p. 7), *ἐνστάσεις*, *ἐπιχειρήματα*, *λύσεις*, *διαιρέσεις*, *ὅροι*, *ὁρισμοί*, *συλλογισμοί*, *σοφίσματα* (cf. Simplic. in categ. f. 1, ε Bas. *δοκεῖ δὲ τὰ ὑπομνηματικὰ μὴ πάντη σπουδῆς ἄξια εἶναι· διὸ οὐδὲ πιστοῦνται ἀπ' αὐτῶν τὰ τοῦ φιλοσόφου δόγματα*). quorum exemplum nunc etiam praebent *Πλάτωνος διαιρέσεις* Aristoteli tributae (Diog. L. 3, 80—109. cod. Marc. 257 f. 250—53. citantur a Philopono in Ar. de gen. et corr. f. 50^b. cf. Ptol. p. 151 W. et infra fr. log. 2. Rose de Ar. l. p. 65), de quibus alio loco agendum erit. ceterum ex tot librorum sive Aristoteli sive Theophrasto tributorum copia praeter topica et analytica hi fere soli citantur: Ar. *κατηγοριῶν ἄλλο* (D. L. 5, 26), *περὶ τῶν ἀντικειμένων*,

Strato (*περὶ προτέρου καὶ ὑστέρου*), Th. *περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως* (D. L. 5, 44. item alterius Peripatetici ib. 5, 46), Th. *περὶ τῶν πολλαχῶς* s. *περὶ τοῦ ποσαχῶς* (quod Aristoteli adscribitur in indice D. L. 5, 23: *περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων ἢ κατὰ πρόσθεσιν ᾱ*. cf. Rose p. 66. alius Peripatetici libellus metaphysicus, qui *τῶν πολλαχῶς λεγομένων* recensum agit, in metaphysicorum Aristotelis editionem nunc pro ipso genuino perditoque Aristotelis insertus legitur), Ar. *περὶ προβλημάτων* (D. L. 5, 23. Ptol. p. 153 W. cf. Th. *περὶ προβλημάτων συναγωγῆς* apud D. L. 5, 48 et Anon. ad anal. post. f. 113), Th. *περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν* et *ἀνηγμένων τόπων* (*λόγων* Al.) *εἰς τὰ σχήματα* (D. L. 5, 42. Alex. in anal. pr. f. 115), denique quae in uno simul Simplicii loco memorantur *μεθοδικά* (quae topicis nostris sive methodicis, de quibus cf. Rose p. 120, similia quidem at non eadem habes apud D. L. 5, 23 cf. 5, 29: *πρὸς μὲν οὖν τὴν εὕρεσιν τά τε τοπικὰ καὶ μεθοδικὰ παρέδωκε προτάσεων πλῆθος* etc. scilicet analytica etiam, quae ibidem Laertius ponit, ex eis sunt quae praeter genuinos libros ferebantur secundum Adrastum in Schol. Ar. p. 39, 19. 33 b 32. 30 b 4) et *ὑπομνήματα* (sc. *ἐπιχειρηματικά* D. L. 5, 23. neque vero Theophrastea illa miscellaque D. L. 5, 48. cf. Ptolem. p. 156 W.) et *διαιρέσεις* (cf. supra, item varia illa apud D. L. 5, 23) et *τὰ παρὰ τὴν λέξιν* (cf. Ar. soph. el. 4 et de Eudemo Prantl Gesch. der Logik I, 398). quod autem *ἐπιχειρήματα* Aristotelis citari perhibent (Brandis in Schol. Ar. p. 227, 46 et Arist. I p. 86 n. 129. Rose de Ar. l. p. 63. Prantl Gesch. d. Log. I, 94. Zeller Phil. der Griechen II, 2, 54 ed. alt.), falsum est. Philoponus enim f. 51b (ad Ar. analyt. post. p. 82 b 35: *λογικῶς μὲν θεωροῦσιν ὧδε φανερόν* scil. 82 b 35—84, 8 ubi opponitur *ἀναλυτικῶς δὲ . . .*) non librum secundum spectat, sed alterum illud *τῶν λογικῶν ἐπιχειρημάτων*, de quibus in textu agit Aristoteles. est enim *τὸ πρότερον ἐπιχείρημα* (229 b 25 Br.) in quo *λαμβάνει ὅτι εἰσὶν ὁρισμοί* (227, 44. 229 b 26. cf. Ar. 82 b 38 *εἰ γὰρ ἔστιν ὁρίσασθαι*), *τὸ δεύτερον* autem (cf. 229 b 32 *τὸ νῦν ἐπιχ.*) in quo *λαμβάνει τὸ εἶναι ἀπόδειξιν* (227, 47. 229 b 22 sqq. cf. Ar. p. 83 b 32). cf. etiam vers. lat. vet. Ven. 1545 f. 44 et Themist. f. 8 inf. neque magis huc pertinet Aristotelis locus de mem. 2. 451, 19 (de reminiscentia *πρῶτον μὲν οὖν ὅσα ἐν τοῖς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις ἐστὶν ἀληθῆ δεῖ τίθεσθαι ὡς ὑπάρχοντα· οὔτε γὰρ μνήμης ἐστὶν ἀνάληψις ἡ ἀνάμνησις οὔτε λῆψις*), qui eristicorum aequalium et dialecticorum rationes spectat, licet de libro quodam Aristotelis iam Michael Ephesius (in Ar. de mem. f. 131b: *ἐπιχ. λόγους λέγει τὰ προβλήματα. ἔστι δὲ το λεγόμενον· ὅσα ἐν τοῖς προβλήμασιν ἡμῖν εἴρηται καὶ δέδεικται ἀπο-*

δεικτικῶς περὶ ἀναμνήσεως, δεῖ ἐνταῦθα ὡς ὁμολογούμενα λαμβάνειν) cum Pseudo-Themistio (qui ex Ephesio parvorum q. d. naturalium paraphrasim compilavit) f. 97 (*ὅσα ἐν τοῖς ἐπιχ. λόγοις καὶ προβληματικοῖς ἡμῖν ἀποδέδεικται*) cogitaverit. porro si quando Aristotelis, non Theophrasti citari videbitur liber *περὶ καταφάσεως* (Alex. in metaph. p. 286, 24 Bon. ad Ar. 3, 7 in. . . . *αἵ τε καταφάσεις καὶ ἀποφάσεις. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐπὶ πλέον ἔν τε τῷ περὶ ἑρμηνείας καὶ ἐν τῷ περὶ καταφάσεως*), monendum est in celeberrimorum quae de eodem hoc argumento agerent scriptorum mentione auctorum nomina Aristotelis et Theophrasti simpliciter omissa esse neque magis de Theophrasti libro Alexandrum dubitavisse (cf. idem in metaph. p. 229, 26) quam qui commentario eum illustravit (opp. 19, 42 Lips.) Galenus. denique *τὸ περὶ προτάσεων*, cuius hic illic mentio fit, idem est cum libro *περὶ ἑρμηνείας* (*ἐν ᾧ περὶ προτάσεων διδάσκει* Philop. in anal. post. 195 ᵇ40. 196, 5 Br.), velut apud Themistium de anima f. 74ᵇ: *ἦν γὰρ καὶ οὗτος ὁ τρόπος τοῦ δυνατοῦ, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ προτάσεων* i. e. *περὶ ἑρμ.* c. 12) et Alex. in top. Ven. 1513 p. 52 (ad Ar. p. 105ᵇ 30. sch. p. 261, 22 Br): *εἰπὼν τῶν προβλημάτων τε καὶ προτάσεων τὰ μὲν ἠθικὰ εἶναι τὰ δὲ φυσικὰ τὰ δὲ λογικά, προστίθησιν ὅτι τῷ φιλοσόφῳ κατὰ τὸ ἀληθὲς δεῖ τὴν περὶ τούτων γίνεσθαι ἐξέτασίν τε καὶ πραγματείαν· καθ' ἕκαστον γὰρ εἶδος τῶν προειρημένων τῆς τοῦ ἀληθοῦς χάριν εὑρέσεως τὴν κατὰ ταῦτα πραγματείαν ποιεῖται, ἐν μὲν ταῖς πολιτικαῖς τε καὶ ἠθικαῖς ἀκροάσεσι περὶ τῶν ἠθικῶν . . . ἐν δὲ ταῖς θεωρητικαῖς τε καὶ φυσικαῖς τὰ ὡς ἀληθῶς ἀληθῆ ζητήσει, ἐν δὲ τοῖς ἀναλυτικοῖς καὶ ἐν τοῖς περὶ προτάσεων καὶ ἐν τῇ τῶν πολλαχῶς λεγομένων διαιρέσει* (metaphys. $\overline{\delta}$. nisi forte ipsas categorias voluit, cf. Rose p. 6[?]) *καὶ ὅσα τοιαῦτα τῶν ἀληθῶς χρησίμων τὴν ἐκλογὴν ποιεῖται λογικῶς, διαλεκτικῶς δὲ πρὸς δόξαν, ὡς ἔν τε ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς· καὶ γὰρ ἐν ἐκείνοις πλεῖστα καὶ περὶ τῶν ἠθικῶν καὶ περὶ τῶν φυσικῶν ἐνδόξως λέγεται.*

In eodem autem Alexandri commentario aliorum praeter eos qui nunc habentur logicorum Aristotelis librorum memoria extat his locis: in top. p. 5 med. (p. 252, 8 Br.): *περὶ δὲ τῆς οὕτω λεγομένης διαλεκτικῆς Ἀριστοτέλης μὲν καὶ ἐν ἄλλοις βιβλίοις πεπραγμάτευται, μάλιστα δὲ ἐν τούτοις ἃ ἐπιγράφεται τοπικά.* item in top. p. 16 inf. (p. 254 ᵇ10 Br. ad Ar. p. 101, 28 *πρὸς γυμνασίαν*): *ἢ γυμνασίαν λέγοι ἂν τὴν εἰς ἑκάτερον μέρος ἐπιχείρησιν. ἦν δὲ σύνηθες τὸ τοιοῦτον εἶδος τῶν λόγων τοῖς ἀρχαίοις . . . ἀλλὰ θέσεώς τινος προτεθείσης εἰς ταύτην γυμνάζοντες αὑτῶν τὸ πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις εὑρετικὸν ἐπεχείρουν*

κατασκευάζοντες ἢ ἀνασκευάζοντες δι' ἐνδόξων το κείμενον. καὶ ἔστι δὲ βιβλία τοιαῦτα Ἀριστοτέλους τε καὶ Θεοφράστου γεγραμμένα ἔχοντα τὴν εἰς τὰ ἀντικείμενα δι' ἐνδόξων ἐπιχείρησιν (cf. Ptol. p. 152 sup.), quibus consona sunt Theonis verba (progymn. c. 2 p. 165 W.): *παραδείγματα δὲ τῆς τῶν θέσεων γυμνασίας λαβεῖν ἐστὶ παρά τε Ἀριστοτέλους* (v. D. L. 5, 24 *θέσεις ἐπιχειρηματικαί κε̅* etc. = Ptol. p. 152) *καὶ Θεοφράστου* (D. L. 5, 44: *θέσεις κδ̅*)· *πολλὰ γάρ ἐστιν αὐτῶν βιβλία θέσεων ἐπιγραφόμενα.*

Restat denique ut de analyticis pseudaristotelicis Adrasti testimonium apponam (ex Porphyrio, ut videtur) a commentatoribus (Ammonio, Philopono, Davide) identidem repetitum. Pseudo-Ammonius (i. e. Philoponus interpolatus) in categ. Ven. 1545 f. 13: *ἀμέλει φασὶν ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ* (Alexandriae? Athenis?) *εὑρῆσθαι ἀναλυτικῶν μὲν τεσσαράκοντα βίβλους, κατηγοριῶν δὲ δύο· ἐκρίθη δὲ ὑπὸ τῶν ἐξηγητῶν κατηγοριῶν μὲν τοῦτο εἶναι γνήσιον τοῦ Ἀριστοτέλους, ἀναλυτικῶν δὲ τέσσαρα. ἐκρίθη δὲ ἔκ τε τῶν νοημάτων καὶ τῆς φράσεως καὶ τῷ ἀεὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις μεμνῆσθαι τούτου τοῦ βιβλίου τὸν φιλόσοφον* (quod quidem ultimum nihili est. nam categoriarum quidem mentio reperitur, at categoriarum libri nusquam). cf. Schol. Brandis. p. 39, 19: *εἰδέναι δὲ δεῖ ὅτι ἐν ταῖς παλαιαῖς βιβλιοθήκαις τῶν μὲν ἀναλυτικῶν μ̅ βιβλία εὕρηνται, τῶν δὲ κατηγοριῶν δύο. τὸ μὲν ἕτερον εἶχε τὴν . . . ἀρχὴν* etc. ib. (David) p. 30 b4: *γνήσιον τοίνυν . . . ἀπὸ τῆς φράσεως . . . καὶ ἐκ τοῦ εὐθύνας δεδωκέναι αὐτὸ τοῖς Ἀττικοῖς ἐξηγηταῖς* (Andronico etc., cf. 25 b42. Rose p. 46. *οἱ Ἀττικοὶ ἐξηγηταὶ* citantur etiam in scholiis Olympiodori ad Phaed. p. 83, 31. 94, 12. cf. p. 104, not. 1)· *τεσσαράκοντα γὰρ βιβλίων εὑρεθέντων ἐν παλαιαῖς βιβλιοθήκαις τῶν ἀναλυτικῶν καὶ δύο τῶν κατηγοριῶν, τέσσαρα μόνον τῶν ἀναλυτικῶν ἐγκρίνουσι καὶ ἓν τῶν κατηγοριῶν.* p. 33 b30 (*τὸ δὲ γνήσιον οὕτως* sc. *ἀποδέδεικται . . .*) *ἀπὸ τοῦ εὐθύνας δοῦναι πᾶσι τοῖς Ἀττικισταῖς καὶ πάντας τοῦτο ἐκ β̅ βιβλίων εὑρεθέντων τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως γνήσιον μόνον ἐπικρῖναι, ὥσπερ ἐκ μ̅ τὰ δ̅ ἀναλυτικά, ὡς Ἄδραστος ἱστορεῖ* (sc. *ἐν τῷ περὶ τῆς τάξεως τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων*, ex quo categoriarum initia citat Simplicius in categ. f. 4, ζ Bas. cf. sch. Br. p. 39, 20). cf. D. L. 5, 23: *προτέρων ἀναλυτικῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅ ζ̅ η̅ θ̅ ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων α̅ β̅*, qui duo magnorum anal. posteriorum libri nota ista mere bibliographica *μεγάλων* addita a genuinis duobus quos habemus distinguuntur (velut *ἠθικὰ μεγάλα Νικομάχεια* i. e. Magna Moralia et *ἠθικὰ μικρὰ Νικομάχεια* i. e. quae vulgo appel-

lantur ethica Nicomachea. cuius usus alia exempla collegi de Ar. l. p. 89). patet igitur corpus illud librorum genuinorum atque in scholis traditorum expositorumque ab indice Andronicco plane exclusum eaque sola ibi recensita fuisse, quae praeter iustas illas πραγματείας ab Andronico divisas et in certum unius corporis ordinem compositas Aristotelis nomine inscripta ita (ἀναμφίλεκτα) ferrentur, ut non simul et Theophrasti aliorumve haberentur. itaque diversi a nostris habendi etiam sunt qui indicantur D. L. 5, 26 κατηγορίαι ᾱ. περὶ ἑρμηνείας ᾱ et reliqui libri omnes logici, rhetorici, ethici, politici (velut 5, 24 πολιτικῆς ἀκροάσεως ὡς ἡ Θεοφράστου, hoc est eius quae a vulgari illa Aristotelis diversa politicorum Theophrasteorum rationi scriptionique similis sit, ita ut politica tria extitisse intelligas inter se ad ethicorum trium exemplum consimilia, Aristotelea nostra, Aristotelea ad Theophrasti modum scripta et Theophrastea. cf. D. L. 5, 45) physici, eis exceptis qui quum non proprie essent philosophici, neque in scholis explicarentur nec ferrentur in corpore (velut 5, 25 historia animalium περὶ ζώων novem et 5, 26 physicorum problematum libri 38). quod autem ad numerum analyticorum Aristoteleorum, verisimile est pro τεσσαράκοντα apud ipsum Adrastum fuisse τεσσαρεσκαίδεκα, quorum decem (apud D. L. anal. priorum octo? — non novem — et duo posteriorum) fuerint τοῦ μεγάλου πινακιδίου (cf. Galen. apud Rosam p. 90), quatuor autem τοῦ μικροῦ.

XXII.

Περὶ προβλημάτων.

1. (99)

Dionysius Hal. *περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων* (de Isocr. c. 18) p. 576 Reiske (opp. rhet.): *μηδεὶς δ' ἀγνοεῖν ὑπολάβῃ μηδ' ὅτι Ἀφαρεὺς ὁ πρόγονός τε καὶ εἰσποίητος Ἰσοκράτει γενόμενος ἐν τῷ πρὸς Μεγακλείδην περὶ τῆς ἀντιδόσεως λόγῳ διορίζεται* (*διισχυρίζεται* em. Wolf.) *μηδεμίαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὑπόθεσιν εἰς δικαστήριον γεγράφθαι, μηδ' ὅτι δέσμας πάνυ πολλὰς δικανικῶν λόγων Ἰσοκρατείων περιφέρεσθαί φησιν ὑπὸ τῶν βιβλιοπώλων Ἀριστοτέλης· ἐπίσταμαι γὰρ ταῦτα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων λεγόμενα καὶ οὔτ' Ἀριστοτέλει πείθομαι ῥυπαίνειν τὸν ἄνδρα βουλομένῳ οὔτ' Ἀφαρεῖ τούτου γ' ἕνεκα λόγον εὐπρεπῆ πλαττομένῳ συντίθεμαι. ἱκανὸν δὲ ἡγησάμενος εἶναι τῆς ἀληθείας βεβαιωτὴν τὸν Ἀθηναῖον Κηφισόδωρον, ὃς καὶ συνεβίωσεν Ἰσοκράτει* (cf. p. 626. 722) *καὶ γνησιώτατος ἀκουστὴς ἐγένετο καὶ τὴν ἀπολογίαν τὴν πάνυ θαυμαστὴν ἐν ταῖς πρὸς Ἀριστοτέλην ἀντιγραφαῖς ἐποιήσατο, πιστεύω γεγράφθαι λόγους τινὰς ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς εἰς δικαστήρια, οὐ μέντοι πολλούς.*

Vulgarem illam de Aristotelis et Isocratis inimicitia (cf. Cic. de off. 1, 1. or. 19, 62. 51, 172. de or. 3, 35. Quint. III, 1, 14 etc.) fabulam ex ipso demum rhetoricae philosophicae et practicae discrimine, quod et in rhetorica Aristotelis vulgari conspicuum est et fuerit in discipuli opere historico, natam esse patet et a discipulorum rixis in magistros postea translatam. Cephisodori autem librum (cf. Euseb. p. e. XV, 2 p. 10 Gaisf. Stahr Aristot. II, 42. Müller Fr. hist. II, 85) non contra certos quosdam libros Aristotelis, nedum contra ipsam rhetorum historiam editum fuisse statuas, sed contra Aristotelem et Peripateticos eorumque de arte Isocratea iudicia.

6. (123)

Anonymus (christianus sec. VI) auctor prolegom. in Isocratem (apud schol. Gr. in Aeschinem et Isocratem ed. Dindorf. Ox. 1852 p. 105, 22) in vita Isocratis habet haec: *λέγεται δ' ὡς ὅτι καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἔγραψε, τῷ δὲ χρόνῳ ἔτυχεν αὐτὴν ἀπολέσθαι. ἐρεῖ δέ τις, καὶ πόθεν δῆλον ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει; λέγομεν ὡς ὅτι Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος συναγαγὼν τέχνας ῥητορικὰς ἐμνήσθη καὶ ταύτης.*

XXIX.

(*Περὶ συμβουλίας.*)

In rhetoris usum videtur scriptus fuisse liber *περὶ συμβουλίας ᾱ* (D. L. 5, 25. *περὶ συμβουλῆς ᾱ* Hesych. cf. Th. *περὶ συμβουλῆς ᾱ* 5, 48), quem rhetoricis adiungit index Laertianus, utpote comprehendentem *τέχνην τοῦ συμβουλευτικοῦ λόγου* sive *περὶ ὧν ἔχειν δεῖ τὸν μέλλοντα συμβουλεύειν* (*περὶ ὧν συμβουλή* Ar. rhet. 1, 4. 5. 2, 1. cf. rhet. ad Alex. 2 et Pseudar. *διαίρεσιν συμβουλίας*, quae et ipsa rhetorem respicit apud D. L. 3, 106). huius libri unum fortasse fragmentum extare putaveris quod sequitur ex antiquioris cuiusdam rhetoris copiis repetitum.

1. (124)

Schol. in Demosth. Olynth. I p. 11, 10 Did. (in Orator. Att. ed. C. Müller. vol. II Par. 1858 p. 532): *πολλὰ διὰ τοῦ παραδείγματος ἤνυσεν . . . τέταρτον πρὸς τούτοις συνηρίθμησεν αὐτὸν τοῖς τότε στρατεύσασι, τεχνικῶς σφόδρα τὸ ἀξιόπιστον ἑαυτῷ προσκτώμενος. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης φησὶ δεῖν τὸν σύμβουλον οὕτω συμβουλεύειν ὡς ἑαυτὸν μέλλοντα κοινωνεῖν τούτοις ἐφ' οἷς ποιεῖται τὴν συμβουλήν· τούτοις γὰρ πείθονται μᾶλλον, οὓς ἂν ὁρῶσιν ἑτοίμους ὄντας συμμετέχειν ὧν συμβουλεύειν ἐγνώκασι.*

XXX.

Ἀπορήματα Ὁμηρικά.

Quaestionum Homericarum volumen, quibus pro more Graecorum inde a sophistarum rhetorumque aetate Homeri versibus illudentium (cf. Lehrs de Aristarch. p. 200 sqq. Aristot. poet. c. 26. soph. el. c. 4) poetae

in argumento praecipue tractando rebusque enarrandis artes consiliaque acute plerumque et subtiliter observatae examinabantur, rerumque passim commemoratarum, rarius vocabulorum rationes, singularibus capitulis nescio quo ordine, nisi forte nullo (velut in phys. probl. libris), propositis ita explicabantur ut ingenia hominum qualia describeret poeta veterisque aevi diversarumque gentium mores respicerentur atque causae poeticae regulis passim coercerentur (cf. fr. 19: *λύει δ' Ἀριστοτέλης λέγων ὅτι τοιαῦτα ἀεὶ ποιεῖ Ὅμηρος οἷα ἦν τότε.* cf. fr. 22), interdum autem ab eodem qui alibi difficultates obiectas liberali quodam et sano iudicio removeret negaretque (velut fr. 5. 21) et psychologico quod maxime adamat studio solveret, argutius verbis inhaerente inutilis opera perderetur (velut in lusu arithmetico fr. 20) — hoc igitur quaestionum volumen ex Peripateticorum studiis philologis profectum in sex libros divisum fuisse perhibet librorum Aristotelicorum catalogus hoc titulo adscripto: *ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ς̅* (Diog. L. *Ὁμήρου ἀπορήματα* Phrynichus cf. fr. 35). unde corrigendus est Hesychius qui ex Diogene habet *ζ* alterumque eiusdem libri titulum in appendice subdit *προβλημάτων Ὁμηρικῶν ι̅* (cf. Ptolemaeus apud Wenr. p. 157. *Ὁμήρου προβλήματα* vocantur in vita Arist. vel, sicut est in pleniore eiusdem vitae recensione cod. Marc. 257, *Ὁμηρικὰ ζητήματα*). cuius libri quaecunque fragmenta restant praeter unum Phrynichi testimonium singulosque quos huc traxeris Strabonis, Plutarchi, Athenaei locos servavit Porphyrius in commentariis Homericis quos *Ὁμηρικὰ ζητήματα* (cf. sch. in Il. *γ*, 175. *β*, 308. 249) inscripsit, quasi in quodam talium quaestionum thesauro (cf. Tzetz. exeg. in Il. p. 3. 125 Herm. ipsiusque Porphyrii prooemia in sch. ad Il. *κ*, 252 et in quaestionum Hom. qui fertur libello). nam quum antiquiores sive in declamationibus rhetoricis sive (ut Antisthenes) in dialogis philosophicis singulas passim emisissent, peculiaribus libris inde materiam ab Aristotelis aetate quaesiverunt Peripatetici et Stoici (velut Heraclides Ponticus D. L. 5, 88 et Zeno D. L. 7, 4) cum grammaticis Alexandrinis, philologi deinde recentiores Caesarum temporibus priorum quaestiones cum variis solutionibus in unum corpus diligenter collectas composuerunt, velut Dionysius (*ἐν τῷ ε̅ τῶν ἀπόρων* Schol. Il. *β*, 308), quo Porphyrius usus est et Porphyrii magister Longinus (cf. Suid. s. v.) eumque imitatus ipse maxime Porphyrius, ex cuius opere praeter excerpta illa quae pro singulari quaestionum Homericarum libello male venditantur et omnia fere recurrunt inter scholia Homerica cod. Ven. B sive edita sive inedita (cf. qu. 15 = sch. Ven. B ined. f. 3^b—4^b ad *α*, 78 *Πρῶτος δοκεῖ Πλάτων* etc., qu. 17 =

sch. Ven. B ined. f. 6ᵃ ad *α*, 121 *Παρατηρεῖν δεῖ* etc. cuius particulae iam extant ed. ad *α*, 105. *δ*, 5), petita illa ab editore Romano (Romae 1518. cf. Noehden de Porphyrii scholiis in Homerum Gott. 1797 p. 3 not.) ex cod. Vatic. 305 bomb. sec. XIV (f. 171: *Πορφυρίου φιλοσόφου Ὁμηρικῶν ζητημάτων βιβλίον ᾱ.* cf. Not. et extr. des mss. t. VIII p. 237. Cobet in Mehleri ed. Heracliti alleg. Hom. p. V), uberrima fragmenta servantur in Iliadis cod. Marc. 453 (Ven. B), quo negligenter admodum usus est qui primus celeberrima duorum codicum Venetorum 454 (A) et 453 (B) scholia edidit Villoison (Ven. 1788). duo enim et diversi commentarii in illis leguntur, qui tamen eodem subinde fonte nitantur et easdem interdum res verbis aut similibus aut quod rarius evenit eisdem fere reddant. quem fontem aliis postea additamentis auctum et quodam modo obliteratum significasse puto Eustathium qui ipsa illa quae tenemus Iliadis scholia (Ven. A), quibus subesset Apollonii (Archibii filii) *λεξικὸν τῆς Ἰλιάδος* (et Odysseae) ex Apione et Heliodoro compilatum (quod una cum Diogeniano Hesychius etiam adhibuit et auctor Etym. Magni — nunc autem epitoma tantum extat in ordinem alphabeticum redacta), mutilo titulo citaret scholia Apionis et Herodori (pro Heliodori), eadem fere ratione qua Hesychii lexicon in cod. Marc. 622 (f. 1ᵇ extr.) inscribitur: *λέξεων πασῶν συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖον ἐκ τῶν ἀριστάρχου καὶ ἀπίωνος* (cod. *ἀππίωνος*) *καὶ ἡλιοδώρου* (i. e. ex Apollonio aliisque): *ἡσυχίου γραμματικοῦ ἀλεξανδρέως.* auctor autem fundi illius communis e quo uterque commentator (A et B i. e. B. int.) hausit suaque sibi selegit, praeter Apollonium (cf. sch. *ν*, 564 cum Apoll. Hesych. Et. M. s. *σκῶλος*, sch. *γ*, 443 cum Apoll. Hes. s. *τρητοῖσι*) et ipse iam usus erat et Herodiano (et Oro) et qui recentissimus omnino scholiorum fons est Porphyrio (cf. sch. *α*, 63 ubi A apud Vill. p. 10: *Ἡρωδιανὸς τελείαν δίδωσι καὶ κοινὸν τὸ μάντιν. ὁ δὲ Πορφύριος οἰωνὸν τὸν διὰ σημείων | ἢ τεράτων μαντευόμενον, ὀνειροπόλον δὲ τὸν ὀνειροκρίτην.* ubi Bekker correxit *τὸν δι' οἰωνῶν ἢ σημείων.* B int. apud Bongiov. p. 17 ita: *Ἡρωδιανὸς τελείαν δίδωσιν εἰς τὸ μάντιν, ἵνα ᾖ γενικόν. ὁ δὲ Πορφύριος μάντιν λέγει τὸν διὰ οἰωνῶν ἢ σημείων ἢ τεράτων μαντευόμενον, ἱερέα τὸν διὰ θυσιῶν, ὀνειροπόλον δὲ τὸν ὀνειροπολούμενον θεατὴν ὀνείρου γεγονότα.* e quo L p. 13 Bachm. *Ἡρ. τελ. δίδ. εἰς τὸ ἱερείομεν ἵνα γενικὸν ᾖ τὸ μάντιν. ὁ δὲ Π. τρία ἀποδέχεται μάντιν λέγων* etc. cf. ipsa Porphyrii verba in sch. B ext. p. 9, 7—14 et 17—26. ita Nicanor etiam citatur in A et B int., cf. sch. ad *γ*, 318, ubi A cod. f. 48ᵃ: *ἐὰν εἰς τὸ ἠρήσαντο στίξωμεν, φησὶν ὁ Νικάνωρ, ὡς ἑτέροις ἔσονται θεοῖς ἀνατείναντες τὰς χεῖρας· διὸ*

στίζει εἰς τὸ θεοῖς. καὶ τὸ ἰδὲ ἀντὶ τοῦ καί. eadem B marg. int. f. 48ᵃ: *ἐὰν . . . ἀνατείνοντες . . . διὸ στίζει εἰς τὸ θεοῖσι· τὸ γὰρ δὲ ἀντὶ τοῦ καί φησιν. ἐγὼ δὲ ἰδέ φημι.* e quo eadem L p. 176 Bachm. *ἐγώ* illud etiam alibi, cf. A et B int. ad *α*, 120. in A et B int. ad *α*, 575 citatur Philoxenus etc.). atque his quidem scholiis quae ex communi partim fonte eoque qui Porphyrio recentior esset in commentarii speciem ipsi adornaverant, A superaddidit ipsa verba exscripta quatuor grammaticorum Aristonici, Didymi, Herodiani, Nicanoris, qualia nusquam leguntur in B, contra Porphyrii, Heracliti, Diogeniani fragmenta in margine secundo B, quae nulla sunt in A, *ἱστορίας* passim uterque (velut Danaae, Semelae, Alcmenae ad *ξ*, 319. 323. 325 A f. 186ᵇ et B ext. f. 193ᵃ). uterque autem commentarius quum separatim edi deberet, Villoison unum tantum A secutus est quem integrum exhiberet, ex altero codice B delectu quodam scholiorum fortuito ita addito ut quae vel nova essent vel similia (cf. A et B int. ad *α*, 117 v. *σόον*, ad *α*, 120 v. *λεύσσετε*, ad *α*, 569 apud Vill. p. 40, ad *α*, 554 Vill. p. 39 cf. Bong. p. 120, Bachm. p. 68 etc.) partim ipsa proferret atque ubi deficerent ex Lipsiensi tacite suppleret mutaretque (cf. Vill. p. 101 ex AB et BL ad l. c. *γ*, 318) partim ubi similia, etiamsi non eadem verba extarent, codicum siglis una appositis consensum (cf. Vill. ABL ad *γ*, 316 *χαλκήρει*, quae sunt verba cod. A. B autem ita f. 48ᵃ marg. int. *ἡ διὰ τοῦ ηρης παραγωγὴ βαρύνεται, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ἀρῶ διὰ τοῦ ᾱ γένηται ἡ ἐπαγωγή, ὡς τὸ «ἔχει δ' ἄλοχον θυμάρεα»*. quae eadem habet L p. 176 Bachm.) simpliciter notaret (AB scribens ubi cum A consentiret B, et ita saepe ubi cum L quem ipse sequitur, BL), omnino autem saepissime sigla illa negligenter confunderet. immiscuit praeterea utrisque scholiis alia, quae in exteriore margine codicis B adiecta sunt, diligenter et loco et litterarum magnitudine specieque a iusto illo commentario distincta, cuius singula binarum paginarum scholia litteris (ᾱ, β̄, γ̄ etc.) appositis ad textum carminis, quem proxime (i. e. in interiore margine) cingunt, accurate ab eadem manu scripta referuntur. quae omnia ipso loco diversam prorsus originem significantia, sicut sexcenties factum vidi in commentatorum Aristotelicorum codicibus duos vel tres ordines scholiorum marginalium continentibus, postquam integer cum primis scholiis textus a librario finitus est, tanquam secundas curas minoribus litteris et minus accuratis eadem ut videtur manus addidit (non secunda ut Cobetum statuisse ex Mehlero video, quum vel primi ordinis scholiis interdum finem imponat, mutata ut in secundis litterarum magnitudine specieque, cf. sch. ε̄ in fol. 190ᵇ, item f. 283ᵇ, f. 78 etc. contra sch. ext. marg. f. 11ᵃ ad *α*, 300 *διὰ τί ὁ ἀχιλ-*

λεύς, cuius altera pars in scholia primi ordinis errore immergitur, eisdem ibi quibus haec litteris scribitur) neque iam litterarum signis sed aliis variisque ad textum retulit, ex pluribus quidem illa libris petita, Porphyrii quaestionibus, Heracliti allegoriis atque lexica et etymologica multa e lexico quodam, e quo eadem in Etymologico magno (cf. B ext. ad α 85 s. θεοπρόπιον, ad α, 173 s. θυμός, ad α, 189 s. λασίοισι, ad α, 591 s. βηλοῦ etc.) et apud Suidam (cf. B ext. ad ε, 272 s. φόβος, ad ε, 320, ad ε, 449 s. εἴδωλον, ad ε, 638, ad ε, 739, ad ε, 792 s. θυμός etc.) saepe reperiuntur. licet enim utriusque commentarii auctor (et A et B int.) Porphyrii opus in usum converterit ipsumque eius nomen citaverit, cuius sententias tradunt in brevius contractas (cf. A ad α, 117. β, 308. γ, 175. 314. 325 etc. B int. ad α, 117. 211. 266 etc. ad α, 211 ubi Porphyrius citatur in B int. p. 21, 16—22 Bekk., simul ipse qui citatur Porphyrii locus in ext. marg. apponitur p. 21, 22—26 Bekk. ubi ἄλλως illud ipse addidit Villoison, Πορφυρίου nomine inscriptus in cod. Escurial. sec. Heeren, bibl. f. alte litt. u. kunst VI, 139. atque ita in aliis locis multis, velut ad α, 63 etc. in schol. B ad γ, 175 Porphyrius citatur, quanquam sit marg. ext. f. 45ª, non int.), ipsa Porphyrii verba integraque quaestionum Homericarum fragmenta in exteriore tantum codicis B margine leguntur, ita tamen ut quod passim a Villoisono scholiis praescribitur Πορφυρίου, in aliis quidem codicibus (velut Etonensi, Escurialensi) occurrat, in Veneto nunquam legatur (neque magis in Lipsiensi). editoris igitur coniecturae debetur, qui Heraclitea quoque suo arbitrio ita inscripsit ad θ, 3. μ, 27. ξ, 346 (ἡρακλείτου semel legitur in codice marg. ext. f. 198, sicut in ed. p. 410, 20 Bekk.), qui idem etiam non minus quam Bongiovanni, ubi duo diversi ordinis (int. et ext.) scholia ad idem lemma pertinerent, v. ἄλλως interposito coniungere ea ipse solet. illorum autem scholiorum quum extremae membranae, in primis maxime foliis ubi plurima nunc deficiunt, usu attritae sint multaque aut difficilius legantur aut etiamsi nullo negotio legi potuerunt, propter quaestionum vel allegoriarum prolixitatem taedium afferrent aut simpliciter oculis praetereuntibus negligerentur, satis magnam partem non solum Villoison omisit sed etiam qui unius codicis B in primum carmen scholia edidit Bongiovanni (Ven. 1740). cuius quidem opera hoc nomine digna est quae animos advertat ipsa iam scholiorum natura admonitos, quod qualia revera extant in B (e quibus quidem in exteriore margine extare, quum per tres vel quatuor dies Iliadis codices Venetiis m. Sept. a. 1860 iterum commoratus perlustrarem, haec vidi quae sequuntur numeris in Bongiovanni editione additis notata: 6. 11ᵇ. 22ᵇ. 34ᵇ. 39ᵇ. 60. 61ᵇ. 67. 72ᵇ. 81

82. 96^b. 97. 100. 107. 108. 118. 126. 128. 133. 134. 141. 142. 144^b. 145. 147^b. 154. 160. 166. 170. 171. 176. 179. 182. 183^b. 185. 186. 191. 193. 198. 205. 207^b. 212^b. $214^{c \cdot d}$. 222. 223. 252. 264. 268. 269^b. 349. 371. 384. 391. 397. 407. 448. 454^b. 455. 462^b. 467. 468. 472. sunt praeterea quae a Bong. omissa apposuerit Villoison, nonnulla denique quae uterque neglexerit, quaestiones praecipue) specimine quodam certo probare valeat atque docere quot locis et Villoison in codicum siglis appingendis erraverit quotque novos etiam errores qui saepenumero primi editoris variam rationem et inconstantem non perspexit, Imm. Bekker addiderit, quum in unum codicem scholia Homerica digereret, Veneta quidem ex editione Villoisoni omnia confundente simpliciter repetens. quo factum est ut etiam nunc de scholiorum compositione atque origine pro certo diiudicari omnino non possit ante novam veramque Venetorum ex utroque codice separato duplicem vel potius triplicem editionem, quam diu iam expectatam diutius Cobet distulit. triplicem dico, quia praeter utrumque commentarium seorsim edenda sunt quaestionum Porphyrianarum fragmenta, quae plurima nunc dispersa iacent in exteriore codicis B margine, immo totum fere occupant. atque in his quidem etiam libri Aristotelici reliquiae quotquot in scholiis ad Iliadem nunc extant, leguntur omnes tribus locis exceptis, uno in B eoque de quo num huc pertineat dubitare possis (B int. ad ε, 778. fr. 13), duobus in A (ad δ, 88 et τ, 108. fr. 10. 21). nec non in Odysseae scholiis per recentiores codices traditis et qui varios iam scholiorum rivos colligendo confundant, Porphyriana fere sunt ea quibus Aristotelis nomen debetur. id quod ex ipsa scholiorum ratione eorumque quae in multis codicibus Porphyrii esse etiam nunc asseruntur comparatione facile dignoscitur. in Veneto autem ubicunque Aristoteles citatur, praeter duos locos (ad β, 649 et ω, 15), iuxta in margine scholii (vel etiam supra, ut β, 53 aut ante ipsum scholii initium, ut semel ad η, 93) rubricae instar a librario scriptum est ἀριστοτέλους, ut scilicet lectores de Aristotele citato admonerentur. quod nomen quasi auctoris nomen fuerit ex quo ipsum scholium excerptum sit, tribus locis (ad β, 53. 169. 183) a Villoisono servatum est, ceteris merito abiectum. neque tamen in ipsis commentariis (A, B int.) Aristotelica omnino extare nego, sed nomen eius ipsaque verba dedita opera et ab eo quidem citata, qui libro Aristoteli tributo ipse usus sit. multas enim sed breviores et quas facile discernas a Porphyrianis et illi habent, praesertim A (cf. ad α, 1 sch. B int. ιγ fol. 2^a p. 1^a 35—^{b}11 Bekk. cum sch. A q. 1^a 25—34 et 1—9), Porphyrioque et Porphyrianis copiis velut Aristotele (cf. fr. 10. 13. 21), licet testium nomina repetere supersedeant, et

ipsi utuntur. ceterum Aristotelis quaestiones conciso illo problematum Peripateticorum sermone scriptas breviterque et enuntiatas et solutas fuisse opinor (cf. Rose de Ar. libris p. 70), a Porphyrianae certe qua nunc involvuntur disputationis prolixa amplitudine longe diversas.

Quae praeter Homerica ab Hesychio uno in appendice commemorantur problemata ex aliis poetis petita, Hesiodo, Archilocho, Euripide, Choerilo (*ἀπορήματα Ἡσιόδου ἐν ᾱ, ἀπορήματα Ἀρχιλόχου Εὐριπίδου Χοιρίλου ἐν βιβλίοις γ̄, ἀπορημάτων ποιητικῶν ᾱ, αἰτίας ποιητικάς, προβλημάτων Ὁμηρικῶν ῑ* i. e. decem libros problematum poeticorum, Homeri sex, aliorum poetarum i. e. Hesiodi etc. quatuor?), eorum nullum nunc vestigium reperitur. licet Homericorum studiorum famam, quam fabulosa etiam illa testatur *τῆς Ἰλιάδος ἔκδοσις ἣν δέδωκε τῷ Ἀλεξάνδρῳ* (ita in vita Ar. Marc.) i. e. exemplar Alexandri *ἐκ τοῦ νάρθηκος* quod ad Aristotelem magistrum referendum fuisse scholasticorum quorundam posteriorum consuetudo finxit (cf. Rose de Ar. libris p. 68), Euripidi coniungat quodam modo Plutarchus, qui tamen reliquos etiam Peripateticos respicit (non posse suav. vivi sec. Epic. 12: *γράφειν περὶ Ὁμήρου καὶ Εὐριπίδου ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης καὶ Δικαίαρχος.* cf. c. 13 ubi similia Aristotelis et Peripateticorum studia didascalica tangit et musica Aristotelemque dialogorum auctorem *ἐν συμποσίῳ διαλεγόμενον περὶ Ὁμήρου.* cf. Dio Chrys. or. 53 in. Rose l. c. p. 107. inter Heraclidis libros praeter *λύσεις Ὁμηρικάς* exhibet Diog. L. 5, 87 *περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου* duos etc. Praxiphanis studia in Hesiodum et Sophoclem collata monstrant sch. Hes. p. 3 Ox. Soph. Oed. Col. 900. cf. M. Schmidt, Didymi fr. p. 261. Porphyrii quaestiones respicere videtur qui Homeri interpretem obiter commemorat Aristotelem Tzetzes in proleg. scholior. in Aristoph. p. 111 Keil. Rh. Mus. N. F. VI). omnino autem fatendum est pauca nunc in scholiis Hesiodeis atque Euripideis, si Homerica compares, eruditionis Alexandrinae fragmenta, pauciora veterum quaestionum vestigia relicta esse, quales et multas et celebres fuisse coniicias ex schol. Eurip. Med. 171 (*τῶν διαβεβοημένων ἐστὶ ζητημάτων καὶ τοῦτο . . .*) et Hippol. 71 (*διαβεβόηται τοῦτο τὸ ζήτημα*). cf. sch. Phoen. 44. 208. Rhes. 5 etc. item sch. Hes. op. 97 etc. quem denique singularis libri titulum ita profert idem Hesychius reliquos illos libros in indice praecedentem: *εἰ δή ποτε Ὅμηρος ἐποίησε τὰς Ἡλίου βοῦς*, singularis forsitan problematis Homerici libellum ita significet, ut physicum problema singulare solennique problematum forma (*διὰ τί* etc.) propositum comprehendit libellus *περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως.*

1. (125)

Schol. ext. (i. e. Porphyr.) Ven. B cod. fol. 20ᵇ ad Il. *β*, 53 p. 46 ed. Villoison (ad *β*, 73 p. 50 ᵇ41 Bekk.): *διὰ τί ὁ Ἀγαμέμνων ἀποπειρᾶται τῶν Ἀχαιῶν καὶ οὕτως ἔπραξε ὥστε ὀλίγου τὰ ἐναντία συμβῆναι* (cod. *συμβουλεύειν*. corr. Bekk.) *ἢ ἐβουλεύετο; καὶ τὸ κώλυμα ἀπὸ μηχανῆς. ἡ γὰρ Ἀθηνᾶ ἐκώλυεν· ἔστι δὲ ἀποίητον τὸ μηχάνημα λύειν ἄλλως εἰ μὴ* (ita Vill. *ἄλλως μὴ* cod.) *ἐξ αὐτοῦ τοῦ μύθου. φησὶ δὲ ὁ Ἀριστοτέλης ποιητικὸν μὲν εἶναι τὸ μιμεῖσθαι τὰ εἰωθότα γίνεσθαι καὶ ποιητῶν μᾶλλον τὸ κινδύνους παρεισάγειν. εἰκὸς δὲ καὶ ἐκ λοιμοῦ πεπονημένους* . . . (sequitur amplior Porphyrii explicatio).

2. (126)

Schol. ext. B cod. fol. 23ᵃ ad Il. *β*, 169 p. 54 (*Ὀδυσῆα Διὶ μῆτιν*) *ἀτάλαντον: λύων ὁ Ἀριστοτέλης τὸ τάλαντον οὔτε ἴσον φησὶ τότε καὶ νῦν εἶναι* (cf. Suid. s. *τάλαντον*) *οὔτε ἀφωρισμένῳ χρῆσθαι σταθμῷ, ἀλλὰ μέτρον τι μόνον εἶναι, ὡς καὶ φιάλη* (unde scil. *ὑπερφίαλον*) *σχῆμα τὶ ἀφωρισμένον οὐκ ἔχον σταθμόν, μέτρον δέ τι* (ita corrigo. vulgo cum cod. *ἀφωρ. ἔχον σταθμόν, μέτρον δ' οὐκέτι*). *καὶ τὸ τάλαντον δὲ μέτρον τί ἐστι, ποσὸν δὲ οὐκέτι ἀφωρισμένον· διὸ καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτοῖς ὑπερφίαλον καὶ ἀτάλαντον* etc. itaque secundum scholii auctorem *ἀτάλαντος* est *ὁ τὸ ἄνισον τῶν ταλάντων μὴ ἔχων, διὸ καὶ ἴσος*. ceterum hoc scholion non hoc loco, sed ad *ν*, 295, ubi nihil tale nunc legitur in editis, appositum olim fuisse, id non ex ipsius tantum ultimis verbis (*τοῦτο δεδήλωκεν ἐν τῷ ἀτάλαντος Ἄρηι*) efficitur, sed plane affirmatur in altero scholio BL, sumto illo e Diogeniani lexico, ad Il. *ε*, 577 *ἀτάλαντον: τὸ τάλαντον ὁ μὲν Ἀριστοτέλης ἄλλως ἐξηγεῖται καὶ εὑρήσεις τοῦτο ἔμπροσθεν* (*ἐν τῷ ν̄* add. L) *εἰς τὸν οὕτως ἔχοντα στίχον «ὡς φάτο, Μηριόνης δὲ θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηι»* (i. e. *ν*, 295).

Ceterum cf. Syracus. polit. fr. 6 (i. e. Poll. 9, 87), a quo hoc fortasse fragmentum omnino non diversum esse credideris, ita ut non ipse solveret hanc quaestionem Aristoteles, sed ex Aristotelis (politiarum) quodam testimonio ad solutionem faciente Porphyrius. quem quidem huius scholii auctorem esse, ex pleniore codice dixit Eustathius ad Il. p. 196: *ὁ δὲ Πορφύριος καὶ αὐτὸς ἀτάλαντον λέγων τὸν ἴσον, ἄλλως τὴν λέξιν καθίστησι δεικνύων* (secundum Arist.) *ἄνισον μὲν εἶναι παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ τάλαντον, ὡς πολλαχοῦ φαίνεται, ἀτάλαντον δ' ἐντεῦθεν νοεῖσθαι τὸ μὴ κατὰ τὸ τάλαντον ἄνισον ἀλλὰ τῆς ἐκείνου ἐστερημένον ἀνισότητος*. cf. Porphyr. qu. Homer. 27 ed. Ald. 1521. (= sch. B Il. *θ*,

233): ἀτάλαντος οὖν ὁ ἴσος καὶ μὴ ταλαντεύων. accedit quod eadem Aristotelis observatione in simili iterum quaestione Porphyrius utitur ad Il. ψ, 269 (quod scholium, licet Villoison quasi esset ex A, codicis notam errore quodam omiserit, quin ad codicem B pertineat non dubito) τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρύσοιο τάλαντα: πῶς τῷ τετάρτῳ πάντων μεῖζον δίδωσι; φησὶν οὖν ὁ Ἀριστοτέλης μὴ εἶναι τὸ τάλαντον ὡρισμένον ποσόν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἥσσονος καὶ μείζονος λαμβάνεσθαι· νῦν μὲν γὰρ ὡς ἧττον ἵππου λαμβάνεται, ἐν δὲ ταῖς λιταῖς (ι, 122) ὡς μεῖζον. εἶχε δὲ ποτὲ μὲν etc. quae cf. c. sch. A ad h. v.

3. (127)

Schol. ext. B cod. fol. 23b (p. 55 Vill.) et L (p. 95, 25 ed. Bachm.) ad β 183 ἀπὸ δὲ χλαῖναν βάλε: [Ἀριστοτέλους suprascriptum in B, ut semper fere. Ἀριστοτέλης etiam L, qui illius auctoritatem sequitur. est autem Porphyrii, sicut omnia quae in B similiter saepe (ἀπρεπές) incipiunt] ἀπρεπὲς εἶναι δοκεῖ τὴν χλαῖναν ἀποβαλόντα μονοχίτωνα θεῖν τὸν Ὀδυσσέα διὰ τοῦ στρατοπέδου καὶ μάλιστα οἷος Ὀδυσσεὺς εἶναι ὑπείληπται. φησὶ δ' Ἀριστοτέλης, ἵνα διὰ τοῦτο θαυμάζων ὁ ὄχλος ἐπιστρέφηται καὶ ἐξικνῆται ἡ φωνὴ ὡς ἐπὶ μείζονα (μεῖζον L et Bekk.) ἄλλου ἄλλοθεν συνιόντος· οἷον καὶ Σόλων λέγεται (cf. Plut. Solon. 8) πεποιηκέναι, ὅτε συνῆγε τὸν ὄχλον περὶ Σαλαμῖνος (-μῖνα Vill. σαλα^μν cod.). ἄλλοι δὲ . . .

Eadem fere ratio Aristotelica in eodem mox scholio (quod Villoison v. ἄλλως interposito in duas partes diremit praeter codicem qui consentit cum Lipsiensi p. 95, 36. cf. Bekk. p. 60, 21. nisi quod Venetus verba Homeri repetit post συνέβη. βῆ δὲ θέειν . . . εὐρυβάτης. οἱ δὲ ὅτι τὴν σπουδήν . . .) ex alio quodam auctore redit: ὅπως ἐπιστρέφῃ τὸ πλῆθος etc. item in schol. int. B (et L), quod ex ipso Porphyrii loco auctor excerpsit (διὰ τὸ ἐπιστρέφειν τῇ παραδόξῳ θέᾳ τοὺς πολλούς).

4. (128)

Schol. ext. B cod. fol. 26b ad Il. β, 305 (p. 63 Vill.) ἡμεῖς δ' ἀμφὶ περὶ κρήνην ἱεροὺς κατὰ βωμούς, μέχρι τοῦ, τῷ δεκάτῳ δὲ πόλιν αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν (329): περὶ τούτων τῶν ἐπῶν ἠπόρηται ὁ Ἀριστοτέλης τοιαῦτα· διὰ τί ὁ Κάλχας εἰ μὲν οὐδὲν ἦν τέρας τὸ γινόμενον, ἐξηγεῖται ὡς τέρας; τί γὰρ ἄτοπον ὑπὸ ὄφεως στρουθοὺς κατέδεσθαι ἢ τούτους ὀκτὼ εἶναι; περὶ δὲ τοῦ λίθον γενέσθαι οὐδὲν λέγει, ὃ ἦν μέγα· εἰ μὴ ἄρα εἰς τὸν ἀπόπλουν ἐσήμαινεν, ὥς τινές φασιν. οὐκ ἔδει δὲ ἀναμνῆσαι· εἰκὸς γὰρ ἦν ὑπολαβεῖν. καὶ εἰ μάρτυς ἔλεγε καὶ τότε

ἀξίως ἔλεγε τοῦτο, (*ἠπόρηται* scil.) *ὅτι οὐδὲ ἀπέδωκεν, ἂν εἴη τὸ τέρας· ἐνάτη γὰρ ἦν ἡ μήτηρ, δεκάτῳ δὲ τὸ Ἴλιον ἥλω. φησὶν οὖν* (sc. Aristoteles) *μὴ εἰς τὸν νόστον εἰρῆσθαι τὰ περὶ τῆς ἀπολιθώσεως τοῦ δράκοντος, διὸ οὐδ' ἐποίησε λέγοντα· οὔτε γὰρ πάντες ἄνοστοι ἐγένοντο, γελοῖός τ' ἂν ἦν οὐκ ἀποτρέπων τοῦ πλοῦ ἀλλὰ πλεῖν προτρεπόμενος, οὓς ἐδήλου τὰ σημεῖα μὴ ἐπανήξειν. μή ποτ' οὖν, φησὶ* (idem sc. Aristoteles, cf. infra), *τὸ σημεῖον τὸ λίθον γενέσθαι βραδύτητος* (ita corr. Bekk., *βραδύ τοῦτο* Vill.) *σημεῖον ἦν, ὅπερ ἤδη καὶ ἐγεγόνει, καὶ οὐκέτ' ἦν φοβερόν. ἐλήφθη δὲ οὖν ἔτεσιν ἐννέα· τοῦ δεκάτου γὰρ ἔτους ἀρχομένου ἐγένετο, ἀριθμεῖ δὲ τὰ ὁλόκληρα ἔτη, ὥστε συνᾴδει ὀρθῶς ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀπολωλότων καὶ τῶν ἐτῶν.* iam ita pergit auctor scholii (i. e. Porphyrius): *οἱ δὲ τὰ περὶ οἰωνιστικῆς τῆς μεθ' Ὅμηρον γράψαντες* etc. multo plura addens (cod. f. 26[b]—27[a]) quam quae describere voluit Villoison. in quibus Aristotelis etiam locum iterum tangit his verbis (f. 27[a] sup.): *ἡ δὲ τοῦ δράκοντος ἀπολίθωσις κατὰ μὲν Ἀριστοτέλην τὴν βραδύτητα ἐδήλου καὶ τὸ σκληρὸν τοῦ πολέμου, κατὰ δὲ ἄλλους τὴν τῆς πόλεως ἐρήμωσιν . . .*

5. (129)

Schol. codd. B ext. (cod. fol. 35[a], p. 79 Vill. ad Boeot. v. 156), L (p. 141 Bachm.) et in quo Porphyrio tribuitur Etonensis (v. G. H. Noehden de Porphyrii scholiis in Homerum. Gott. 1797 p. 33) ad Il. *β*, 649 *Κρήτην ἑκατόμπολιν: διὰ τί ἐνταῦθα μὲν πεποίηκεν «ἄλλοι θ' οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο», ἐν δὲ τῇ Ὀδυσσείᾳ εἰπὼν ὅτι ἔστιν ἡ Κρήτη καλὴ καὶ πίειρα καὶ περίρρυτος, ἐπάγει «ἐν δ' ἄνθρωποι πολλοὶ ἀπειρέσιοι καὶ ἐνενήκοντα πόληες»* (*τ*, 173); *τὸ γὰρ ποτὲ μὲν ἐνενήκοντα ποτὲ δὲ ἑκατὸν λέγειν δοκεῖ ἐναντίον εἶναι. Ἡρακλείδης μὲν οὖν καὶ ἄλλοι λύειν ἐπεχείρουν οὕτως . . . Ἀριστοτέλης δὲ οὐκ ἄτοπόν φησιν, εἰ μὴ πάντες τὰ αὐτὰ λέγοντες πεποίηνται αὐτῷ· οὕτως γὰρ καὶ ἀλλήλοις* (-*λοι* Vill.) *τὰ αὐτὰ παντελῶς λέγειν ὤφειλον* (ita cod., *ὀφείλουσιν* Vill. Bekk.). [*μήποτε δὲ καὶ μεταφορά ἐστι τὰ ἑκατόν . . .*

In schol. D ad h. v., in quo de eadem quaestione brevius agitur, argumentum illud Aristotelicum non occurrit. in schol. A (quod plenius apud Eustath. p. 313) ita (Aristonicus): *ἤτοι οὖν ἑκατόμπολιν ἀντὶ τοῦ πολύπολιν* (cf. B D), *ἢ ἐπὶ τὸν σύνεγγυς καὶ ἀπαρτίζοντα ἀριθμὸν κατενήνεκται νῦν, ἐν Ὀδυσσείᾳ δὲ τὸ ἀκριβὲς ἐξενήνοχεν.*

6. (130)

Schol. B. ext. fol. 46^{b} inf. (ined.) ad *γ*, 236 (*δοιὼ δ' οὐ δύναμαι*): *διὰ τί τὴν Ἑλένην πεποίηκεν ἀγνοοῦσαν περὶ τῶν ἀδελφῶν ὅτι οὐ παρῆσαν, δεκαετοῦς τοῦ πολέμου ὄντος καὶ αἰχμαλώτων πολλῶν γινομένων· ἄλογον γάρ. ἔτι δὲ καὶ εἰ ἠγνόει, ἀλλ' οὐκ ἦν ἀναγκαῖον μνησθῆναι τούτων οὐκ ἐρωτηθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Πριάμου περὶ αὐτῶν· οὐδὲ γὰρ πρὸς τὴν ποίησιν πρὸ ἔργου ἦν ἡ τούτων μνήμη. φησὶ μὲν οὖν Ἀριστοτέλης· ἴσως ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐντυγχάνειν ἐφυλάττετο τοῖς αἰχμαλώτοις.* [*ἢ* (*ἡ* cod.) *ὅπως τὸ ἦθος βελτίων φανῇ καὶ μὴ πολυπραγμονοίη, οὐδὲ τοὺς ἀδελφοὺς ᾔδει ὅπου εἰσί. φαίνεται δὲ πάντα καὶ λέγουσα καὶ οἰκονομοῦσα ὅπως ὅ τε Πρίαμος καὶ οἱ ἄλλοι πεισθῶσι Τρῶες ὅτι ἀκούσιος καὶ παρὰ γνώμην αὐτῆς ἡ εἰς τὴν Ἴλιον γέγονε ἄφιξις.* quam rem multis deinde documentis ex Homero petitis Porphyrius comprobat (cf. schol. alt. B ext. f. 46^{a} *ἀπίθανον εἶναι δοκεῖ* etc. p. 108, 51 Bekk.).

Aristotelis solutionem ex Porphyrio pro more excerptam habes in commentario B int. f. 46^{b} sup. ad h. l. (p. 108, 44 Bekk.): *τοῦτό φησιν ὡς πάντῃ μὲν ἐκπετάσασα τὴν θέαν, οὐδαμῇ δὲ ἰδοῦσα. πῶς δὲ οὐκ ἐρωτηθεῖσα προβάλλεται τὰ περὶ τῶν ἀδελφῶν; δῆλον ὅτι προοικονομεῖ ὁ ποιητὴς βουλόμενος εἰπεῖν τὴν ἀφάνειαν αὐτῶν. ἠγνόει δὲ τὰ περὶ αὐτῶν ἴσως μὴ συγχωρουμένη συντυγχάνειν τοῖς αἰχμαλώτοις* (idem sch. in L p. 172 et V Bekk.).

7. (131)

Schol. ext. B cod. fol. 47^{a} (p. 99 Vill. quod sch. codici A falso tribuit Bekker, qui codicum notas solet confundere neque satis perspexit Villoisoni rationes erroresve), item cod. Etonensis (apud Noehden p. 35) ad Il. *γ*, 276: (*Πορφυρίου. εἰς τὸ, Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων κύδιστε μέγιστε, καὶ μέχρι τοῦ στίχου* (300), *ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδε οἶνος. ἀπορία.* haec addit Eton.) *διὰ τί βουλόμενος ἐπιορκῆσαι τοὺς Τρῶας ὁ ποιητής, ἵνα εὐλόγως ἀπόλωνται, οὐδαμοῦ* (-*μῶς* Eton.) *πεποίηκεν ἐπιορκοῦντας, ἀλλ' οἴεται; ὁ γὰρ ὅρκος ἦν, εἰ Ἀλέξανδρον ἀποκτείνειεν ὁ Μενέλαος, ἀποδοθῆναι τὴν Ἑλένην· οὐκ ἀναιρεθέντος δὲ οὐδαμοῦ* (-*μῶς* Eton.) *ἠδίκουν μὴ ἀποδιδόντες οὐδ' ἐπιώρκησαν. φησὶ δ'* (*ὁ* add. Et.) *Ἀριστοτέλης ὅτι οὐδ' ὁ ποιητὴς λέγει ὡς ἐπιώρκησαν, καθάπερ ἐπ' ἄλλων «ὡς φάτο καί ῥ' ἐπίορκον* (*ἐπι ὅρκον* Vill.) *ὤμοσεν»* (*κ*, 332), *ἀλλ' ὅτι κατάρατοι ἦσαν· αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοῖς κατηράσαντο εἰπόντες «Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι, ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν, ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις*

ῥέοι ὡς ὅδε οἶνος» (*γ*, 298). *οὐκ ἐπιώρκησαν μὲν οὖν, ἐκακούργησαν δὲ καὶ ἔβλαψαν τοὺς ὅρκους· ἐπάρατοι οὖν ἦσαν. ταῦτά τοι καὶ Ἥρα πειρᾶται ἐξ αὐτῶν ὧν κατηράσαντο, γενέσθαι αὐτοῖς τὴν βλάβην· εὐξαμένων γὰρ ἐκείνων «ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν, ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδε οἶνος» ἡ Ἥρα αὐτὸ τοῦτο παρακελεύεται τῇ Ἀθηνᾷ «ἐλθεῖν ἐς Τρώων καὶ Ἀχαιῶν φύλοπιν αἰνήν, πειρᾶν δ' ὥς κεν Τρῶες* (*τρῶας* Eton., *ὡς κεν τρῶσιν* Ven. quem male legit Vill. qui habet *κέντροισιν*) *ὑπερκύδαντας Ἀχαιοὺς ἄρξωσι* (sic Ven. et Eton., *ἄρξαντας* male Vill.) *πρότεροι* (ita Ven., *πρότερον* Eton., *προτέρους* male Vill.) *ὑπὲρ ὅρκια δηλήσασθαι»* (*δ*, 65). *τὸ δὲ βλάψαι οὐκ ἔστιν ἐπιορκῆσαι.*

8. (132)

Schol. ext. B cod. fol. 47ª (p. 99 Vill.) et L (p. 173 Bachm.) ad Il. *γ*, 277 *ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς*: *διὰ τί τὸν ἥλιον πάντα ἐφορᾶν καὶ πάντα ἐπακούειν εἰπών, ἐπὶ τῶν ἑαυτοῦ βοῶν ἀγγέλου δεόμενον ἐποίησεν «ὠκέα δ' ἠελίῳ ὑπερίονι ἄγγελος ἦλθε Λαμπετίη τανύπεπλος, ὅ οἱ βόας ἔκταν ἑταῖροι»* (Od. *μ*, 374). *λύων δ'* Ἀ ρ ι σ τ ο τ έ λ η ς *φησίν, ἤτοι ὅτι πάντα μὲν ὁρᾷ ἥλιος ἀλλ' οὐχὶ ἅμα, ἤτοι ὅτι τῷ ἡλίῳ* (*τοῦ ἡλίου* Vill.) *ἦν τὸ ἐξαγγεῖλαι ἡ Λαμπετία ὥσπερ τῷ ἀνθρώπῳ ἡ ὄψις· ἢ ὅτι, φησίν, ἁρμόττον ἦν εἰπεῖν οὕτως τόν τε Ἀγαμέμνονα ὁρκίζοντα ἐν τῇ μονομαχίᾳ «ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις» καὶ τὸν Ὀδυσσέα πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγοντα· οὐ γὰρ δὴ καὶ τὰ ἐν ᾅδου ὁρᾷ.* [*καὶ ὅλως ὁ ποιητὴς* etc. quae sunt verba Porphyrii.

Idem fere scholium ad alterum etiam locum Od. *μ*, 374 adscribitur in cod. Vindobonensi (Graec. phil. 133 fol. 57ᵇ): *Πορφυρίου* (in marg.). *ὠκέα δ' ἠελίῳ ὑπερίονι: ἐναντίον τοῦτο τῷ «ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις»· ἀφ' ἑαυτοῦ γὰρ ἔχρην ἐγνωκέναι τὸν πάντα ἐφορῶντα. λύοιτο δ' ἂν ἢ τῇ λέξει· τὸ γὰρ πάντα δηλοῖ τὰ πλεῖστα.* [*Ἀριστοτέλους* in margine quasi ad alterum scholium, cui praefigatur *ἄλλως*] *ἄλλως τε* (inter lineas quasi omissa adduntur haec: *πάντα μέν, οὐχ ἅμα δέ.* cf. H i. e. Harleianus ap. Dind.) *οὐκ ἠγνόει τὸ πεπραγμένον ὁ ἥλιος, ἀλλ' ἔδει ὡς ποιμαίνουσαν καὶ ταύτην ἀπαγγεῖλαι. ἢ τῷ καιρῷ λύεται, ὡς νυκτὸς ἐπιθεμένων ταῖς βουσὶ τῶν ἑταίρων* (huc usque idem scholium habetur in Ambrosianis B et Q Dind.). *ἢ ὅτι ἡλίῳ* (*ἥλιος* cod.) *ἐξαγγέλλει ἡ Λαμπετία ὥσπερ τῷ ἀνθρώπῳ ἡ ὄψις· ἢ ὅτι, φησίν, ἁρμοστὸν ἦν εἰπεῖν οὕτω τόν τε Ἀγαμέμνονα* (etc. ut supra) ... *οὐ γὰρ δὴ καὶ τὰ ἐν ᾅδου ὁρᾶν.* [*καὶ ὁ λόγος* (sic) *ὁ ποιητὴς ὅπου πάρεστιν* . . . (usque ad finem scholii) *πάντα ἐποπτεύει.*]

9. (133)

Schol. codd. B ext. fol. 51^b (p. 106 Vill.) et L (p. 184 Bachm.), item Etonensis (Noehden p. 38) ad Il. *γ*, 441: (*Πορφυρίου* add. solus Eton.) *διὰ τί τὸν Ἀλέξανδρον πεποίηκεν οὕτως ἄθλιον ὥστε μὴ μόνον ἡττηθῆναι μονομαχοῦντα, ἀλλὰ καὶ φυγεῖν καὶ ἀφροδισίων μεμνημένον εὐθὺς καὶ ἐρᾶν μάλιστα τότε φάσκοντα καὶ οὕτως ἀσώτως διακεῖσθαι; Ἀριστοτέλης μέν φησιν, εἰκότως· ἐρωτικῶς μὲν γὰρ καὶ πρότερον διέκειτο, ἐπέτεινε* (ita non solum L et Eton. sed Venetus etiam, *πέφηνε* male Vill.) *δὲ τότε. πάντες γάρ, ὅτε μὴ ἐξῇ ἢ φοβοῦνται* (*φοβῶνται* Et.) *μὴ ἕξουσι, τότε ἐρῶσι μάλιστα· διὸ καὶ νουθετούμενοι ἐπιτείνουσι μᾶλλον· ἐκείνῳ δὲ ἡ μάχη τοῦτο ἐποίησεν.* [*οἱ δὲ ὅτι . . .*

10. (134)

Schol. codd. B ext. f. 53^a (non A, quem qui codicis notam casu quodam et errore manifesto omisit, significare videbatur Villoison ad *δ*, 93 p. 111. Porphyrii enim scholia, sicut allegoriae Heracliti, in codice A omnino non leguntur) et L (p. 194 Bachm.) et D (f. 102^a Ald.), item Etonensis (ad *δ*, 84 Noehden p. 39) et codicum quibus continentur scholia hoc titulo conscripta *ἱστορίαι καὶ ἀπορίαι τῆς Ἰλιάδος*, scil. Paris. 2556 (ap. Cramer Anecd. Paris. t. III p. 162) et Marc. 531 (chart. sec. 15, fol. 49^b) ad Il. *δ*, 88: (*Πορφυρίου* solus add. Eton.) *διὰ τί ἡ Ἀθηνᾶ εἰς σύγχυσιν τῶν ὅρκων οὐ τῶν Τρώων τινὰ ἐπελέξατο ἀλλὰ τῶν ἐπικούρων; καίτοι κεχαρισμένος ἄν τις ἐγένετο Ἀλεξάνδρῳ μᾶλλον, εἰ τῶν οἰκείων ἦν. καὶ διὰ τί τῶν ἐπικούρων τὸν Πάνδαρον ἐπελέξατο; φησὶν οὖν* (ita B, L. *καί φησιν* Vill. ex D, cum Par. Marc. Et.) *ὁ Ἀριστοτέλης, ὅτι τῶν μὲν Τρώων οὐδένα, διότι πάντες αὐτὸν ἐμίσουν, ὡς ὁ ποιητής φησιν «ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ* (*γ*, 454)»· *τῶν δὲ ἐπικούρων τὸν Πάνδαρον ἐπελέξατο ὡς φιλοχρήματον· σημεῖον δὲ ἡ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ τῶν ἵππων κατάλειψις* (ita Ven. B, L et Eton. *σημ. δὲ ἡ τῶν ἵππων αὐτοῦ ἐπ' οἶκον κατάλειψις* D Marc. Vill., nisi quod Marc. *ἐπ' οἴκων*, Vill. *ἐν οἴκῳ*), *ἵνα μὴ δαπανᾷ* (*ε*, 202)· *καὶ ὅτι φύσει ἐπίορκος ἦν· τὸ γὰρ* (*γοῦν* D, Marc. Et.) *ἔθνος ἔτι καὶ νῦν δοκεῖ εἶναι ὅθεν ἐκεῖνος ἦν ἐπίορκον* (hucusque Vill. at plura in codice). [*ἄλλοι δὲ* (*καὶ* add. Et. *οἱ δέ τινες* D, Marc.) *οὕτως λύουσιν . . . ὡς ἄριστον οὖν αὐτὸν ἐπελέξατο τοξότην.* (hic desinunt Ven. B, D, L, Eton., soli Paris. et Marc. addunt haec:) *ὅθεν οὐχὶ ἀσεβὴς ἦν, ὡς Ἀριστοτέλης ἀπεφήνατο, ἀλλ' εὔστοχος.*

Eundem Aristotelis locum respicit scholium codd. A (sec. Vill. p. 110. cf. Bekk. ad *δ*, 66) L (p. 195 Bachm.) et D (non B, ut Vill.) f. 102^a Ald.

ex alio illo commentario sumtum, quo brevioribus quaestionibus referto et ab ipsius Porphyrii sermone longe diversis plurimum utitur Venetus A, ad δ, 88 εἴ που ἐφεύροι: οὐκ ἀσεβεῖ (δὲ add. D, L), φησίν, ὁ Πάνδαρος, εἰ ἡ Ἀθηνᾶ συνεβούλευσε καὶ ὁ Ζεὺς ἀπέσταλκεν. ῥητέον οὖν ὅτι ὁ μὲν Ζεὺς εἰδὼς τοὺς ὅρκους κακῶς γεγενημένους (εἰδὼς κακῶς τοὺς ὁ. γεγ. Marc. εἰδὼς οὐ καλῶς τ. ὁ. γεγ. D)· οὐδὲν γὰρ ἕτερον (ita L. οὐ γὰρ ἕτερον Marc., οὐ δὲ γ. ἕτ. D. οὐδὲ γὰρ ἑτέρως Vill.) Τρῶες ἢ ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ὤμοσαν· διὰ τοῦτο ἐσπούδασε λυθῆναι τὰς ἀδίκους συνθήκας. Ἀθηνᾶν δὲ νῦν ὑποληπτέον τὸν λογισμὸν αὐτοῦ τοῦ (ita L. Marc. et om. τοῦ D. αὐτὸν τὸν τοῦ Vill.) Πανδάρου καὶ ὅτι αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα διελογίζετο· ἄπιστοι γὰρ Λυκάονες, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης μαρτυρεῖ. ἄλλοι δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς Ὁμήρου λύοντές φασι (λύουσι λέγοντες L) προειρηκέναι τὸν ποιητὴν «πειρᾶν τ' αἴ κε θέλῃσιν», οὐχὶ πείθειν.

11. (135)

Schol. codd. B. ext. fol. 57ᵃ et Vaticani (de quo cf. Villoison Anecd. Gr. II p. 266 et in proleg. ad Hom. p. 47) sec. Vill. p. 119 (quem male intellexit Bekker A litteram apponens), item Eton. (Noehden p. 40) ad Il. δ, 297 ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν: (Πορφυρίου add. Eton.) διὰ τί τὴν τάξιν ταύτην ἐποίησεν, ἱππῆας μὲν πρῶτον, πεζοὺς δ' ἐξόπισθε, κακοὺς δ' ἐς μέσον; ἄτοπον γὰρ τὸ τοὺς ἱππέας πρὸ τῆς φάλαγγος ποιῆσαι καὶ τούτων μεταξὺ τοὺς φαύλους. λύει δ' Ἀριστοτέλης· ἢ οὐ πρὸ τῆς φάλαγγος λέγειν τοὺς ἱππεῖς φησὶν ἀλλ' ἐπὶ τοῖς κέρασιν, καὶ οὕτως πρῶτοι εἶεν ἄν. τοὺς δὲ κακοὺς οὐ τόπῳ διορίζει, ἀλλ' ἐναλλὰξ μεταξὺ ἀνδρείου τὸν ἀσθενέστερον, πεζοὺς δ' ἐξόπισθεν τῶν ἱππέων, ὥστε τὰ μὲν κέρατα κρατεῖν τοὺς ἱππέας, μετὰ δὲ τούτους τοὺς πεζούς. πανταχοῦ δὲ μεταξὺ τῶν ἀνδρείων ἱππέων τε καὶ πεζῶν τετάχθαι (sequentia quae non habet Vill. qui unum codicis versum integrum omisit, inter τετάχθαι et οἱ ἱππεῖς οἱ ἀνδρεῖοι inseruntur ex ipso cod. Ven. et Etonensi) τοὺς κακοὺς ἤτοι ἱππέας τε καὶ πεζούς. [ἄλλοι δὲ οὐδὲν ὅλως τῷ τόπῳ διορίζειν, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ λέγειν πρῶτα (πρώτους B) καὶ μέσον (μέσους B) καὶ τὸ ὄπισθεν ὕστερον (ὑστέρους B), ἵνα πρῶτα (πρῶτοι B) μὲν συμβάλλωσιν οἱ ἱππεῖς οἱ ἀνδρεῖοι, μεθ' οὓς ἐπιφέρονται οἱ χείρους τῶν ἱππέων τε καὶ πεζῶν οἱ ἀνδρειότατοι. pergunt Ven. et Eton. οἱ δὲ ὅτι οὐχ ὡς ἐπιτιμᾶται ἔταξε· καὶ γὰρ Βοιωτοὺς (-τοῖς B) οὕτω τάττειν δοκεῖ. in eodem Eton. alterum deinde extat de eadem re Porphyrii scholium, quod habetur etiam in cod. Par. 2681 (Cramer Anecd. Par. t. III p. 283) sub hoc titulo qui compilatori debetur:

Πορφυρίου ἑτέρα ἐξήγησις εἰς τὸ αὐτό. καὶ γαρ etc. *ου φασι τακτικὸν εἶναι· οὐδένα γὰρ οὕτως τάσσειν, ὡς ὁ Νέστωρ εἴσηκται. τινὲς μὲν οὖν φασὶ Βοιωτοὺς εἰρῆσθαι τούτῳ· ὥστε ἀπὸ τοῦ ἔθους ἡ λύσις. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς λέξεως· τὸ γὰρ πρῶτον δῆλον τὸ δεξιὸν κέρας, ὄπισθεν δὲ τὸ ἀριστερόν.* contra in Veneto B haec verba, omisso principio *οὔ φασι . . . εἰρῆσθαι τούτῳ*, uno tenore supra adscriptis continuantur sic: *καὶ γὰρ Βοιωτοῖς οὕτω τάττειν δοκεῖ· ὥστε ἀπὸ τοῦ ἔθους ἡ λύσις. οἱ δὲ . . . ἀριστερόν.* (quae hinc addit B, non A ut habet alio loco Vill. p. 118, extant etiam in D f. 108[b] Ald.) *πρώτους οὖν εἰκὸς εἰρῆσθαι τοὺς ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ μέρους (κέρως* D) *ἑστῶτας, ὄπισθεν δὲ τοὺς ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ· ὡς εἰκὸς μεταξὺ τετάχθαι τοὺς δειλούς. οὕτω γὰρ καὶ λόγον ἕξει τὸ* (300), *ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζῃ.* — (tertium scholium — *ἄλλως* inscr. ap. Vill. — est in eisdem B int. et Vat. sec. Vill. item in Eton. et sec. Bekk. in V. solum hoc extat in L: *οὐ δεόντως φασί* etc.) cf. Eustath. in Il. p. 474. extr. (ex scholiis q. d. Apionis et Herodori).

12. (136)

Schol. B ext. f. 78[a] (p. 148 Vill.) ad Il. *ε*, 741 *ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου: διὰ τί ποτὲ μέν φησι τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος ἐν ᾅδου εἶναι λέγων «μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου ἐξ ᾅδου πέμψειε»* (Od. *λ*, 634), *ποτὲ δὲ τὴν Ἀθηνᾶν ἔχειν ἐν τῇ αἰγίδι λέγων «βάλετ' αἰγίδα θυσανόεσσαν» καὶ ἐπάγει «ἐν δ' ἔρις, ἐν δ' ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκή, ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου». φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ὅτι μήποτε ἐν τῇ ἀσπίδι οὐκ αὐτὴν εἶχε τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος, ὥσπερ οὐδὲ τὴν Ἔριν οὐδὲ τὴν κρυόεσσαν ἰωκήν, ἀλλὰ τὸ ἐκ τῆς Γοργόνος γιγνόμενον τοῖς ἐνορῶσι πάθος* (cf. Aristophanes gramm. ap. Eustath. p. 603, Nauck fr. p. 271—73) *καταπληκτικόν.* [*καὶ μήποτε πάλιν ῥητέον ὅτι οὐκ αὐτὴν εἶχεν, ἀλλ' ὅτι γεγραμμένον* (ita cod. corr. *ἐγγεγραμμένην*, ut est ad Od.) *τῇ ἀσπίδι ὥσπερ σημεῖόν τι. ῥητέον δὲ . . .*

Idem scholium eisdem verbis (et novis quibusdam in fine additis) ad alterum locum apponitur Od. *λ*, 634 (B H Q ap. Dind. p. 527, item in Vindobon. f. 51[b]) *μή μοι Γοργείην κεφαλήν: καὶ πῶς ἐν τῷ ὅπλῳ τῆς Ἀθηνᾶς ἐγκεῖσθαί φησιν αὐτήν; λέγει γὰρ «λάβε δ' αἰγίδα* etc. et Porphyrio diserte tribuitur in Vindobonensi ubi ita incipit: *διὰ τί ποτὲ μὲν τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος ἐν ᾅδου εἶναι ὡς ἐνταῦθα, ποτὲ δὲ τὴν Ἀθηνᾶν ἐντὸς ἔχειν ἀσπίδος» λάβε δ' αἰγίδα* etc.

Porphyrii *ἐξήγησις τῆς αἰγίδος* quam promittit B ad Il. *β*, 447, etiam

nunc inedita extat in codice f. 38ᵇ (marg. ext.): *τῶν μεθ' Ὅμηρον ποιητῶν πολλοί τινες τὴν αἰγίδα παραδιδόασιν* . . . (des. f. 39ᵃ inf. *οὕτως ἂν ἔγγιστα δειχθείη*). eadem uti videtur Eustathius ubi l. c. Aristophanem (ex Porphyrio scil.) citat pro Porphyrio *ἐν τῷ περὶ αἰγίδος*.

13. (137)

Schol. B int. f. 78ᵇ (p. 150 Vill.), L (p. 278), V (Victor. ap. Bekk.) ad Il. ε, 778 *αἱ δὲ βάτην τρήρωσι πελείασιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι*: [*τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν πτῆσιν· ἄτοπον γὰρ τρυφερῶς βαδίζειν τὰς εἰς πόλεμον ἐσκευασμένας. — ἄλλως.*] *καλῶς τῶν βουλομένων λαθεῖν τὰ ἴχνη περιστεραῖς εἴκασεν· ἀφανῆ γὰρ αὐτῶν τὰ ἴχνη, ὡς Ἀριστοτέλης·* [*ἢ καὶ διὰ τὸ καθαρόν, ἢ διὰ τὸ ταχύ* (*ἀφανῆ γὰρ τῶν περιστερῶν τὰ ἴχνη καὶ Ἀρ. λέγει. ἄλλως. πρὸς τὸ καθαρὸν καὶ ταχύ* etc. L).

Haec quae in interiore margine leguntur (cf. fr. 24), ex Porphyrio sine dubio sumsit auctor commentarii.

14. (138)

Schol. B ext. (p. 164 Vill.) ad Il. ζ, 234 *ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς*: *εἰκότως* (cf. idem sch. in L V) . . . *διὰ τί ὁ μὲν Γλαῦκος προήχθη εἰς φιλοτιμίαν τοῦ ἀλλάσσειν τὰ ὅπλα χρυσᾶ ὄντα πρὸς Διομήδη, ὁ δὲ ποιητὴς ἐπιτιμᾷ ὡς οὐ δέον οὐδ' εἰ φίλος εἴη προίεσθαι πλείονος ἄξιον; . . . ὁ ποιητὴς δέ, φησὶν Ἀριστοτέλης, οὐχ ὅτι τὰ πλείονος ἄξια ὄντα προήκατο ἐπιτιμᾷ, ἀλλ' ὅτι ἐν πολέμῳ καὶ χρώμενος προίετο· οὐδὲν γὰρ ἀλλοιότερον ὥσπερ ἂν εἰ ἀπέβαλε τὰ ὅπλα. ἐπιτιμᾷ οὖν ὅτι κρείττω προίετο οὐκ εἰς τιμὴν ἀλλ' εἰς χρῆσιν· ἀναγκαῖον δὲ τοῦτο δηλῶσαι εἰπόντα τὴν ἀξίαν.* [*τινὲς δὲ* . . .

15. (139)

Schol. B ext. f. 94ᵇ (p. 179 Vill.) ad Il. η, 93: *διὰ τί προκαλουμένου Ἕκτορος εἰς μονομαχίαν οἱ μὲν ἄλλοι ἄριστοι αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι, Μενέλαος δὲ πρῶτος ἀνίσταται καὶ μεμψάμενος τοὺς ἄλλους κατεδύσατο τεύχεα καλά, μάχεσθαι προθυμούμενος· ὅτε δὲ προτραπέντες οἱ ἐννέα ἀνίσταντο, οὐδαμοῦ αὐτὸς ἐν τούτοις εὑρίσκεται, ἀλλ' Ἀγαμέμνων καὶ Διομήδης καὶ οἱ Αἴαντες καὶ Ἰδομενεὺς καὶ Μηριόνης καὶ Εὐρύπυλος καὶ Θόας καὶ Ὀδυσσεύς; φησὶ δὲ ὁ Ἀριστοτέλης ὅτι ἅπαξ ἀκούσας «μηδ' ἔθελ' ἐξ ἔριδος σεῦ ἀμείνονι φωτὶ μάχεσθαι Ἕκτορι»* (η, 111) *οὐκ ἔμελλεν αὖθις ἀνίστασθαι· καὶ ὅτι τὸ πρότερον ἐκ φιλονεικίας ἡ ἀνάστασις· καὶ ὅτι ἤδη μονο*

μαχήσας ἐτύγχανεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ οὐ καλῶς ἀπαλλάξας, καὶ νεωστὶ ἐτέτρωτο ὑπὸ Πανδάρου· καὶ ὅτι ἀποκινδυνεύειν τοῦτον οὐκ ἐχρῆν, ἐν ᾧ τὸ τέλος ἤρτητο τοῦ πολέμου· ἐπὶ γὰρ Ἀλεξάνδρου ἴσον ἦν τὸ τοῦ κινδύνου.

16. (140)

Schol. B ext. f. 97[b] (p. 183 Vill.) ad Il. *η*, 228: *διὰ τί ὁ Αἴας τῷ Ἕκτορι δεδήλωκε τὴν τοῦ Ἀχιλλέως μῆνιν; οὐδεμία γὰρ ἀνάγκη ἦν οὐδὲ φρονίμου ἀνδρὸς τὰ παρ' αὐτοῦ κακὰ τοῖς πολεμίοις ἐξαγγέλλειν. ἢ ὅτι . . . Ἀριστοτέλης δέ, ἵνα μὴ οἴηται τὸν Ἀχιλλέα ἀποδεδειλιακέναι, ἀλλὰ κἀκεῖνον καὶ ἄλλους αὐτοῦ εἶναι κρείττους. [εἶτα εἰπὼν...*

17. (141)

Schol. B ext. f. 114[b] (p. 211 Vill. quod falso a Bekkero tribuitur codici A) ad Il. *ι*, 17: *διὰ τί λέγοντα ποιεῖ ἐν δήμῳ «ὦ φίλοι Ἀργείων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες» τοὺς ἡγήτορας* (ita cod., *ἡγεμόνας* Vill.) *καὶ βασιλεῖς προσφωνῶν καίπερ πάντων παρόντων; φησὶν οὖν ὁ Ἀριστοτέλης ὅτι ὁ μὲν δῆμος μόνου τοῦ ἀκοῦσαι κύριος, οἱ δὲ ἡγεμόνες καὶ τοῦ πρᾶξαι.*

18. (142)

Schol. B ext. f. 131[a] (p. 245 Vill., Bekk. p. 282, 18 ad *κ*, 198) ad Il. *κ*, 98 *μή τοὶ μὲν καμάτῳ ἀδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ: ἠπόρησεν Ἀριστοτέλης, διὰ τί ἔξω τοῦ τείχους ἐποίησε τοὺς ἀριστέας βουλευομένους ἐν νυκτηγορίᾳ, ἐξὸν ἐντὸς τοῦ τείχους ἐν ἀσφαλεῖ. καί φησι· πρῶτον μὲν οὖν οὐκ εἰκὸς ἦν ἀποκινδυνεύειν τοὺς Τρῶας οὔτ' ἐπιτίθεσθαι νύκτωρ· οὐ γὰρ τῶν εὐτυχούντων ἦν ἀποκινδυνεύειν· ἔπειτα ἐν ἐρημίᾳ καὶ καθ' ἡσυχίαν βουλεύεσθαι περὶ τῶν τηλικούτων ἔθος. ἄτοπον* (cf. B ad *κ*, 194) *δ' ἂν ἦν, εἰ ἠξίουν μὲν πορευθῆναί τινας εἰς τοὺς Τρῶας, αὐτοὶ δὲ οὐδὲ μικρὸν προσελθεῖν ἐτόλμων. ἔπειτα* (cf. B ad *κ*, 194. 198) *στρατηγῶν ἂν εἴη τὸ φυλάσσεσθαι τοὺς νυκτερινοὺς θορύβους, τὸ δ' ἐν τῷ στρατεύματι νυκτὸς συνιόντας βουλεύεσθαι, νεωτερισμοῦ ὑποψίαν παρασχόν, φόβον ἐνεποίει. [ἅμα δὲ καὶ ἡ πρόθεσις ἦν τοὺς φύλακας θεάσασθαι ἐν οἷς ἦν ἡ σωτηρία τῶν καθευδόντων. γενόμενοι δ' ἐν τούτοις* etc. quae Porphyrii sunt.

Secundum et tertium argumentum redeunt in aliis scholiis Porphyrianis (B) ad *κ*, 194 et 198.

19. (143)

Schol. B ext. f. 132[b] (p. 247 Vill.) ad Il. *κ*, 153 *ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος* (*—τῆρας* Aristoph. sec. sch. A) *ἐλήλατο: φαύλη δοκεῖ εἶναι ἡ τῶν*

δοράτων ἐπὶ σαυρωτῆρας στάσις· καὶ δὴ πανταχοῦ (ita cod. *πολλαχοῦ* Bekk.) *θόρυβον ἤδη πεποίηκε νύκτωρ ἓν μόνον πεσόν. λύει δ' Ἀριστοτέλης λέγων ὅτι τοιαῦτα ἀεὶ ποιεῖ Ὅμηρος, οἷα ἦν τότε. ἦν δὲ τοιαῦτα τὰ παλαιά, οἷάπερ καὶ νῦν ἐν τοῖς βαρβάροις· πολλοὶ δὲ οὕτω χρῶνται τῶν βαρβάρων.*

20. (144)

Schol. B ext. f. 134b (p. 251 Vill.) ad Il. *κ*, 252: *ἡ συναγωγὴ τῶν ζητουμένων* (sequitur ipsum prooemium libri cuiusdam *ζητημάτων Ὁμηρικῶν* Porphyrii, e quo huc delatum est hoc scholium) ... *αὐτίκα τῶν παλαιῶν ζητημάτων ὡμολόγηται εἶναι τὸ τοιοῦτο* (quod *τὸ πολυθρύλλητον ζήτημα* vocatur in A cuiusque iam ipse Aristoteles mentionem fecit in Poet. 25 p. 1461, 26), *ἐν οἷς φησιν «ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε, παρῴχηκε δὲ πλέον νὺξ τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται». πῶς γὰρ εἰ αἱ δύο μοῖραι ἐξήκουσιν αὐταί τε καὶ ἔτι τούτων πλέον, ἡ τριτάτη μοῖρα λέλειπται, ἀλλ' οὐχὶ τῆς τρίτης μόριον* (sequuntur multorum *ἀποδόσεις*, Metrodori, Chrysippi, Aristotelis, Autochthonis, Apionis aliorumque qui non nominantur) ... *Ἀριστοτέλης δὲ οὕτως ἀξιοῖ λύειν, ἐν οἷς φησίν· ἡ εἰς δύο διαίρεσις εἰς ἴσην δύναται γενέσθαι ἐν τούτοις· ἐπεὶ δὲ* (*ἐπειδὴ* Vill. ex cod.) *τὸ πλέον τοῦ ἡμίσεος ἀόριστόν ἐστιν, ὅταν τοσοῦτον αὐξηθῇ ὡς τοῦ ὅλου τρίτον ἀπολείπεσθαι, ἀκριβῶς ἂν εἴη τὸ ἀφορίσαι τοῦτο καὶ δηλῶσαι ὅσον ἐστὶ τὸ καταλειφθέν, ἵνα ὅσον ηὐξήθη τοῦ ὅλου τὸ ἥμισυ δῆλον γένηται. οἷον τῶν ϛ ἥμισυ τὰ γ̄. εἴπερ διαιρεθείη τὰ ϛ̄ εἰς β̄ ἴσα, ἔσται γ̄. ἐὰν τὸ ἕτερον μέρος αὐξηθῇ, ἄδηλον πότερον μορίῳ ἀριθμοῦ ἢ ὅλῃ μονάδι. ἐὰν οὖν ὅλῃ μονάδι πλέον γένηται, τὸ μέρος τὸ ὑπολειπόμενον τρίτον ἔσται τοῦ ὅλου, ὥστε καὶ ὁ εἰπὼν τῶν δύο μερῶν θάτερον πλέον γενόμενον καταλέλοιπε τριτάτην μοῖραν, δεδήλωκεν ὅτι ἐν αὐξήσει τὸ πλέον μονάδι γέγονε, τεσσάρων γεγονότων τῶν τριῶν καὶ δύο ὑπολειπομένων, ὅπερ ἦν τῶν ἓξ τὸ τρίτον. ἐπεὶ οὖν καὶ τῆς νυκτὸς αἱ δώδεκα μοῖραι εἰς δύο ἴσας μερίδας μερίζεσθαι δύνανται εἰς ἕξ, ηὐξήθη δὲ καὶ πλέον γεγονὸς θάτερον μέρος, ἄδηλον δὲ τὸ πόσαις ὥραις· καὶ γὰρ μιᾷ καὶ δύο καὶ τρισὶ καὶ πλείοσιν ἡ αὔξησις δύναται γίνεσθαι· ἀφορίζει* (corr. *-ίσας*) *ὁ ποιητὴς τὸ ἀόριστον τοῦ πλείονος πόσον ἦν καὶ ὅτι δύο ὥραις ηὐξήθη, ἐπήγαγεν ὅτι τριτάτη μοῖρα λέλειπται, ὡς ὀκτὼ μὲν γενέσθαι τὰς παρῳχηκυίας ὥρας, καταλείπεσθαι δὲ τέσσαρας, αἵπερ εἰσὶ τοῦ ὅλου τρίτον.*

Haec aliis duobus exemplis amplius exsequitur Porphyrius, deinde Autochthonis et Apionis sententiae advocantur.

20a. (145)

Schol. A ad Il. λ, 385 (p. 277 Vill.) τοξότα, λωβητήρ, κέρᾳ ἀγλαέ, παρθενοπῖπα: ἡ διπλῆ ὅτι κέρᾳ οὐ τῇ τριχὶ ψιλῶς, ἀλλ' ἐμπλοκῆς τι γένος εἰς κέρατος τρόπον ἀνεπλέκοντο οἱ παλαιοί. Σώφρων «κορώνας ἀνδούμενοι»· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τέττιγας ἐνεπλέκοντο· καὶ παρ' Ὁμήρῳ «πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργυρῷ» (Il. ρ, 52). ἔνιοι δὲ τῷ τόξῳ ἀγαλλόμενε· προείρηκε δὲ τοξότα λωβητήρ. ex his haec tantum habet exile Schol. V quod idem legitur in Townleiano (nunc Burnei. 86), quem inspexi, fol. 114ª (κέρᾳ ἀγλαέ...) ἄλλως. τῇ τριχί, ὅθεν καὶ τὸ κείρειν. Ἀ ρ ι σ τ ο τ έ λ η ς δὲ ὦ τῷ τόξῳ σεμνυνόμενε.

Eustath. ad Il. p. 851: οἱ δὲ περὶ Ἡρόδωρον καὶ Ἀπίωνα (i. e. scholia vetera in Iliadem, eadem quae non satis integra reddidit codex A) καὶ τοιαῦτά φασιν· ἐμπλοκῆς τι γένος εἰς κέρατος τύπον ἀνεπλέκοντο οἱ παλαιοί, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ἐκάλουν αὐτό. καὶ ἄλλα δὲ ἦσαν τριχῶν κοσμήματα. ὁ γοῦν Σώφρων φησί που κορώνας ἀναδούμενοι· καὶ Ἀθηναῖοι τέττιγας ἀνεπλέκοντο· καὶ παρ' Ὁμήρῳ πλοχμοί τινες χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο. Ἀ ρ ι σ τ ο τ έ λ η ς δὲ φασὶ (corr. φησὶ) κέρᾳ ἀγλαὸν ἀντὶ τοῦ αἰδοίῳ σεμνυνόμενον, ἐπὶ τοιούτου σημαινομένου τὴν λέξιν ἐκεῖνος νοήσας. καὶ ἔοικεν ὁ σκορπιώδης τὴν γλῶσσαν Ἀρχίλοχος ἁπαλὸν κέρας τὸ αἰδοῖον εἰπὼν ἐντεῦθεν τὴν λέξιν πορίσασθαι.

In scholio Victoriano diversas explicationes ita confusas esse ut alterius ad alteram auctor adscriberetur, ex Eustathio patet, qui iam antea explicationem in V Aristoteli tributam memoraverat his verbis (p. 851): *τὸ δὲ κέρᾳ ἀγλαέ οἱ μὲν ἀντὶ τοῦ τόξοις ἀγλαιζόμενε, ἵνα λέγῃ κέρατα τοὺς προρρηθέντας πήχεις τοῦ τόξου, οἵ πέρ εἰσιν, ὡς ἐδηλώθη, συμβεβλημένα κέρατα· οἱ δὲ φασὶ τὸ κέρᾳ ἀγλαὲ παρθενοπῖπα ἀντὶ τοῦ κάλλιστε τὴν τρίχα ἐπὶ ἀπάτῃ παρθένων.* cf. Hesychius s. *κ έ ρ α ς*: *θρίξ, τόξον καὶ αἰδοῖον.* debilem autem codicis Victoriani fidem nomenque Aristotelis licet confirmet non solum Eustathius sed etiam codex Townleianus antiquissimus, ad Aristotelem illa minime pertinere puto. cuius nomen in scholiorum codicibus cum Aristophane saepe, rarius cum Aristarcho commutari notum est (cf. Nauck Aristoph. fr. p. 37), velut ad β, 447 schol. BL (p. 76ᵇ 36 Bekk. p. 125, 10 Bachm.), ad δ, 137 cod. Par. 2679. 2766 in Cramer Anecd. Par. III p. 9. 282, ad Il. ι, 21 Schol. Hornei. (Flor.) ed. Hehnst. 1620, ad φ, 122 cod. Par. 2766 in Crameri A. P. III p. 291 (p. 570ᵇ 49 Bekk.) etc. Aristoteles pro Aristarcho in sch. Par. 2679 (Cramer A. P. III p. 16) ad Il. λ, 636 (cf. Schol. A Didymi indeque sch. B Porphyrii p. 325, 14. 31 Bekk.). contra Aristophanes est pro Aristotele (ex

hist. an.) in cod. B ad υ, 252 p. 559b 37 Bekk. alia de causa in schol. vulg. D ad φ, 252 Aristoteles comparet (*μελανόστου Ἀριστοτέλης* p. 576b 9 Bekk.). etenim confusis ex Porphyrii scholio ad ω, 315 negligenter abbreviato Aristotelis (h. a. 9, 32) et Democriti testimoniis, Aristoteli tribuitur quod Democriti dicendum erat. nisi forte qui Democritum citavisse dicitur in sch. ω, 315 ipse fuit Aristophanes, quem Aristotelem scripserint et D et cuius idem vitium cernitur, B (576b 13 Bekk. ex int. marg.). videtur enim Aristophanem reprehendere Aristarchus quemadmodum cod. V ad ω, 340 (p. 640, 12 Bekk.) *πέδιλα: Ἀριστοτέλης* (corr. *Ἀριστοφάνης*) *αὐτὰ πτερωτὰ οἴεται, ψευδῶς* (cf. ad Od. α, 97). de quibus locis male iudicavit Lehrs de Aristarcho p. 50. atque in illo quoque loco de usu vocis *κέρας* fieri potest ut Aristophanem, qui *κέρας* voluerit significare *αἰδοῖον*, reprehenderit Aristarchus, qui *τόξον*. talem certe Aristarchi fuisse sententiam, ex scholiis ad verba *κέρας βοὸς* (Il. ω, 81) eadem grammaticorum disputatione illis coniuncta colligimus. in qua re eodem librariorum vitio Aristoteles pro Aristarcho scribitur apud Plutarchum de solertia animal. 24 eisdem (e Didymo?) copiis usum quas gerunt scholia Homerica.

Alter locus schol. in Arat. 1047 (*διοσ.* 315) p. 234 (cf. schol. Mosqu. p. 360), ubi in simili Plutarchi disputatione causam praesagii explicante Theophrastus citatur (*φησὶν οὖν καὶ Θεόφραστος ὅτι ἡ πρῖνος καὶ ἡ σχῖνος αὐχμηραὶ τῇ κράσει καὶ ξηρότεραι τῶν ἄλλων πεφύκασιν.* [*πολὺν οὖν κάρπον οὐ φέρει, ἐὰν μὴ εἰς βάθος ὑγρανθῇ. εἰκότως οὖν τῇ τούτων ἀφορίᾳ καταμαντεύονται περὶ τῶν σπερμάτων οἱ γεωργοί, μιᾶς αἰτίας οὔσης δι' ἧς ἀμφοτέρων ἡ πολυκαρπία ἐπέρχεται. εἰ δὲ ὑπερβάλλει τοῦ καρποῦ τὸ πλῆθος, οὐκ ἀγαθὸν σημεῖον· ἄμετρον γὰρ ἐπομβρίαν καὶ πλεονασμὸν ὑγρότητος ἡ περὶ τὸν ἀέρα ἄνεσις καὶ θηλύτης δηλοῖ. οὕτω καὶ Πλούταρχος*), ad hist. pl. 1, 6, 1. 2 simpliciter referendus videtur.

5. (235)

Aelianus de nat. anim. 7, 7 (p. 118 ed. R. Hercher. Par. 1858):

1. *Ἀριστοτέλους ἀκούω λέγοντος, ὅτι ἄρα γέρανοι ἐκ τοῦ πελάγους εἰς τὴν γῆν πετόμεναι χειμῶνος ἀπειλὴν ἰσχυροῦ ὑποσημαίνουσι τῷ συνιέντι· πετόμεναι δὲ ἄρα ἡσυχῇ αἱ αὐταὶ ὑπισχνοῦνται εὐημερίαν τινὰ καὶ εἰρήνην ἀέρος, καὶ σιωπῶσαι δὲ ὅτι ἔσται ὑπεύδια τοὺς οὐκ ἀπείρως ἔχοντας τῇ σιωπῇ ὑπομιμνήσκουσιν αἱ αὐταί· ἐὰν δὲ καταπέτωνται καὶ βοῶσιν καὶ ταράττωσί τε καὶ ταράττωνται, ἀπειλοῦσι κἀνταῦθα χειμῶνα ἰσχυρόν* (diff. Pseudar. 3, 1. 4, 3. Arat. 1075—81. 1031—32. 1010—12. Ael. 3, 14. cf. Plin. 18, 87: *grues in medi-*

terranea festinantes [ventum] ... grues silentio per sublime volantes serenitatem).

2. *ἐρωδιὸς δὲ κνεφαῖος βοῶν τὰ αὐτὰ ἔοικεν ὑποδηλοῦν, ὡς ὁ αὐτὸς Ἀριστοτέλης φυλάξας λέγει· πετόμενος δὲ ἐρωδιὸς τῆς θαλάττης εὐθὺ ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ ῥαγήσεσθαι αἰνίττει* (Pseudar. 1, 18. 2, 3. Arat. 913—15. 972).

3. *εἰ δὲ εἴη χειμέρια, ᾄσασα γλαὺξ εὐδίαν σημαίνει καὶ ἡμέραν φαιδράν* (Arat. 999 sq.)· *ἐὰν δὲ εὐδία μὲν ᾖ, η δὲ ὑποφθέγγηται, χειμῶνα δεῖ προσδέχεσθαι* (Pseudar. 4, 3. Plin. l. c. *sic noctua in imbre garrula [serenitatem], at sereno tempestatem)*.

4. *κόραξ δὲ ἐπιτρόχως φθεγγόμενος καὶ κρούων τὰς πτέρυγας καὶ κροτῶν αὐτάς, ὅτι χειμὼν ἔσται κατέγνω πρῶτος* (Pseudar. 1, 16. 3, 3. Arat. 968 sq. Plin. l. c.). *κόραξ δὲ αὖ καὶ κορώνη* (Ps. 4, 4) *καὶ κολοιὸς* (Arat. 1023) *δείλης ὀψίας εἰ φθέγγοιντο, χειμῶνος ἔσεσθαί τινα ἐπιδημίαν διδάσκουσιν* (Ps. 3, 2: *καὶ κορώνη καὶ κόραξ καὶ κολοιὸς ὀψὲ ᾄδοντες χειμέριοι*).

5. *κολοιοὶ δὲ ἱερακίζοντες, ὡς ἐκεῖνος λέγει, καὶ πετόμενοι πῇ μὲν ἀνωτέρω πῇ δὲ κατωτέρω, κρυμὸν καὶ ὑετὸν δηλοῦσιν* (Ps. 1, 16. Arat. 963—66).

6. *κορώνη δὲ ἐπὶ δείπνου ὑποφθεγγομένη ἡσυχῇ, ἐς τὴν ὑστεραίαν εὐδίαν παρακαλεῖ* (Arat. 1001 sq. cf. Ps. 4, 4).

7. *φανέντες δὲ ὄρνιθες πολλοὶ μὲν τὸν ἀριθμὸν λευκοὶ δὲ τὴν χρόαν* (ut *στρουθὸς ἢ χελιδὼν ἢ ἄλλο τι τῶν μὴ εἰωθότων λευκῶν* sec. Pseudar.), *χειμὼν ὅτι ἔσται πολὺς ἐκδιδάσκουσιν* (Ps. 3, 2. cf. 3, 10. Plin. l. c.).

8. *νῆτται δὲ καὶ αἴθυιαι πτερυγίζουσαι πνεῦμα δηλοῦσιν ἰσχυρόν* (Ps. 2, 3. Arat. 918 sq. Plin. l. c. cf. Ps. 1, 18. Arat. 970 sq.).

9. *ὄρνιθες δὲ ἐκ τοῦ πελάγους εἰς τὴν γῆν σὺν ὁρμῇ πετόμενοι μαρτύρονται χειμῶνα* (Ps. 3, 3. Arat. 1024).

10. *ἐρίθακος δὲ εἰς τὰ αὔλια καὶ τὰ οἰκούμενα παριὼν δῆλός ἐστι χειμῶνος ἐπιδημίαν ἀποδιδράσκων* (*ὄρχιλος* et *ἐριθεύς* Arat. 1024 et cum eo Ps. 3, 2. *ἐρίθακος* appellatur ab Arist. h. a. 9, 49).

11. *ἀλεκτρυόνες γε μὴν καὶ ὄρνιθες οἱ ἠθάδες πτερυσσόμενοι καὶ φρυαττόμενοι καὶ ὑποτρύζοντες χειμῶνα δηλοῦσιν* (diff. Ps. 1, 17. Arat. 960 sq.).

12. *ἀπειλοῦσι δὲ καὶ πνεῦμα λουόμενοί γε ὄρνιθες καὶ ἀνέμων τινὰς ἐμβολὰς ὑποφαίνουσι* (Ps. 1, 15. Arat. 942 sq.). *χειμῶνος δὲ ὄντος εἰς ἀλλήλους ὄρνιθες πετόμενοι καὶ δι' ἀλλήλων θέοντες σημαίνουσιν εὐδίαν. ὄρνιθες δὲ ἀθροιζόμενοι περί τε λίμνας καὶ ποταμῶν*

οχθας χειμῶνα ἐσόμενον οὐκ ἀγνοοῦσι. πάλιν τε ὄρνιθες οἱ μὲν θαλάττιοι καὶ οἱ λιμναῖοι ἐς τὴν γῆν ἰόντες, ὡς ἔσται χειμὼν πολὺς οὐκ ἀγνοοῦσιν (cf. supra §. 9), *οἱ δὲ χερσαῖοι σπεύδοντες ἐς τὰ νοτερὰ εὐδίας ἄγγελοί εἰσιν, ἐὰν μέντοι σιωπῶσιν* (haec omnia desunt apud Ps. et Arat.).

iam sequitur septimi libri c. 8, ubi primum ex alio fonte aliena affert, deinde ad fontem c. 7 exscriptum eandemque praesagiorum materiam redit Aelianus (cf. Plin. 18, 88 qui eadem ratione ab avibus transit ad pecora ceteraque animalia, usus quidem, ut puto, Varronis quodam de signis libro Graecos imitati, cf. Varro apud Plin. 18, 79).

13. *καὶ ἐκεῖνα δὲ προσακήκοα ἐκπλῆξαι ἱκανά. βοῦς ἐὰν βοᾷ καὶ ὀσφραίνηται [τῆς γῆς], ὕειν ἀνάγκη* (Ps. 1, 15. Arat. 954 sq. cf. 1118. Plin. l. c.)· *ἄδην δὲ βόες καὶ πέρα τοῦ ἔθους ἐσθίοντες δηλοῦσι χειμῶνα* (Ps. 3, 4. cf. Arat. 1118—21).

14. *πρόβατα δὲ ὀρύττοντα ταῖς ὁπλαῖς τὴν γῆν ἔοικε σημαίνειν χειμῶνα* (Ps. 3, 4. Arat. 1082 sq.), *ἀναβαινόμενα δὲ τὰ αὐτὰ πρωὶ* (*πώεα* codd.) *χειμῶνα ὁμολογεῖ* (cf. Ps. 1, 25 et 3, 3. Arat. 1068—71). *κοιμώμεναι δὲ ἀθρόαι αἱ αἶγες τὰ αὐτὰ ὁμολογοῦσιν* (cf. Ps. 3, 3).

15. *ὕες δὲ ἐν τοῖς ἀρώμασι φαινόμεναι ὑετοῦ φυγὴν διδάσκουσιν* (corr. *μύες*? his enim vel vermibus aptum est verbum *φαίνεσθαι* cf. Ps. 3, 5 *γῆς ἔντερα πολλὰ φαινόμενα χειμῶνα σημαίνει* = Plin. l. c. *vermes terreni erumpentes*. de porcis alia Ps. 3, 12. Arat. 1123. Plin. l. c.).

16. *ἄρνες δὲ ἄρα καὶ ἔριφοι ἀλλήλοις ἐμπηδῶντές τε καὶ ὑποσκιρτῶντες φαιδρὰν ἡμέραν ὁμολογοῦσιν* (diff. Arat. 1104 sqq. quae quidem non extant apud Pseudar.).

17. *γαλαῖ δὲ ὑποτρίζουσαι καὶ μύες ἐκείναις δρῶντες τὰ αὐτὰ χειμῶνα συμβάλλονται ἔσεσθαι ἰσχυρόν* (de muribus Ps. 3, 4. Arat. 1132 sq.).

18. *λύκοι δὲ φεύγοντες ἐρημίας καὶ εὐθὺ τῶν οἰκουμένων ἰόντες χειμῶνος ἐμβολὴν μέλλοντος ὅτι πεφρίκασιν, μαρτυροῦσι δι' ὧν δρῶσι* (Ps. 3, 9. Arat. 1125—28. cf. Ps. 3, 10).

19. *λέοντος* (de quo ne mireris cf. Rose de Ar. l. p. 208) *δὲ ἐν τοῖς καρπίμοις χωρίοις ἐπιδημία αὐχμὸν δηλοῖ.*

20. *σκιρτῶντά γε μὴν τὰ ὑποζύγια καὶ βοῶντα τοῦ ἔθους μᾶλλον νοτερὸν χειμῶνα ἐσόμενον δηλοῖ· εἰ δὲ καὶ ταῖς ὁπλαῖς κόνιν προσαναβάλλοι, ταὐτὰ ταῦτα δηλοῖ που* (cf. ad §. 16).

21. *λαγῴ δὲ ἐν τοῖς αὐτοῖς χωρίοις ὁρώμενοι πολλοὶ δηλοῦσιν εὐδίαν* (§ 19—21 desunt apud Ps. et Arat.).

quibus omnibus iam finem ponit rhetor his verbis: *πάντων δὲ τούτων ἀπολείπονται οἱ ἄνθρωποι καὶ ἴσασιν αὐτὰ ὅταν γένηται.* ex eodem tamen fonte alibi quoque apud Aelianum abscissas particulas habes, velut 9, 19 (= Plut. de sol. an. 34) de ranis (cf. Ps. 1, 15. Arat. 946 sq.):

22. *ὅταν δὲ βάτραχοι γεγωνότερον φθέγγωνται καὶ τῆς συνηθείας λαμπρότερον, ἐπιδημίαν δηλοῦσιν ὑετοῦ.*

XLIII.

(*Ἀστρονομικόν.*)

Sub hoc titulo (D. L. 5, 26) coniungi libet de siderum effectu lunaeque fragmenta haec duo, quorum plane incertus est locus.

1. (236)

Aelian. de nat. an. 9, 6: *κατὰ τὴν νουμηνίαν δὲ τὰ ζῷα, ὡς πυνθάνομαι* (i. e. ut scriptum reperio), *ἢ φθέγγεταί τι τῇ συντρόφῳ φωνῇ ἢ πίπτει, λέων δὲ ἄρα μόνος, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, οὐθέτερον αὐτοῖν δρᾷ.*

Cf. de simiis et novilunio Plin. 8, 80, 215. pro *πίπτει* corr. *τίκτει*? cf. Plin. 2, 102. Cic. de nat. deor. 2, 46 etc. item Ael. n. a. 9, 6. in universum autem de plantis et animalibus cum lunae lumine modo auctis modo minutis Procl. in Hes. opp. v. 763, Olympiod. in Alc. p. 18 Cr. et alia multa. quae praecedunt apud Aelianum similia sunt Plinio 2, 41.

2. (237)

Plinius n. h. II s. 101: *omnia plenilunio maria purgantur . . . his addit . . . Aristoteles nullum animal nisi aestu* (scil. propter lunae defectum cf. Posid. apud Priscian. qu. p. 571 etc.) *recedente exspirare. observatum id multum in Gallico oceano et duntaxat in homine compertum.*

XLIV.

Περὶ μετάλλων.

Librum de metallis, qui habetur in indice librorum Theophrasteorum (D. L. 5, 44: *περὶ μετάλλων α̅, β̅.*), non item in Aristotelicis, non minus quam libros de plantis clarissimos Theophrasti esse, qui magistri

consilium in fine meteorologicorum tertii nuntiatum exegerit, probe noverunt harum rerum periti (cf. Theophr. de lapid. 1 et praef. in fr. l. de plantis), dubitabant qui testimonia a lexicographis antiquitus tradita repetebant grammatici (Pollux). neque adeo veri dissimile est prima illa philologiae Alexandrinae Hermippique de Theophrasto scribentis aetate Aristotelis ipsius nomine hunc quoque librum inscriptum vidisse eum, qui quum Aristotelis aliorumque θαυμάσια ἀκούσματα colligeret, eosdem libros quos postea renascente philosophia Aristotelica omnes viderent esse Theophrasti, septem dico de animalibus dissertationes (D. L. 5, 43 —44), Aristotelis credidit cum Antigono Carystio (mir. 20. 25). quem ego quidem pro certo habeo ex ipso illo Theophrasti metallico hausisse quae post miracula ignium (c. 33—40) locumque singularem e libro Theophrasti de lapidibus ductum (c. 41 = de lap. 13) de metallis apponit (c. 42 —50. cf. 61. 62). nam quum ex duplici fontium genere opusculum illud consarcinatum sit, id quod eorundem fragmentorum ab aliis scriptoribus citatorum comparatio docet, altera pars (c. 1—77, exceptis fortasse c. 51 —60 quae alienam speciem habent ordinemque male hic intrusa turbare videntur) universa philosophis hoc est Peripateticis atque Theophrasto talibus rebus referto debetur, cuius quidem scripta (μονοβίβλους) cum Aristotele auctor confundit (ipsius enim Aristotelis nihil inesse videtur praeter initium i. e. c. 1—8. 11—15), historicis (Timaeo sc. et Theopompo) altera (c. 78—138, ita quidem ut restituta ex codicum ipsiusque scriptoris indiciis vera capitulorum serie, c. 78—114. 130—136 ex Timaeo uno tenore omnia excerpta sint, ex Theopompo quae deinde sequuntur 137. 115—129. 138), nisi quod in ipso fine (c. 139—151) redit Theophrastus (vel Aristoteles 149. 150). quae autem post illa vulgo adhaerent (c. 152 sqq.), plane aliena sunt, recentia, separata, nec nisi a librario quodam inconsulto cum Aristotelis qui ferebatur opusculo conglutinata.

Ceterum advertendum est metallici Theophrastei nullum vestigium extare apud Plinium (in l. de metallis 33 et 34) qui multa gerit libri de lapidibus. ad hunc enim pertinet Theophrasti mentio in indice auctorum l. 33 facta (cf. 33, 37. 43). de Arabicis Aristotelis libris (de quibus alibi agetur) *de lapidibus* et *de metallifodinis* v. Rose de Ar. I. p. 181 sq. 183. hoc tantum nunc addo eundem Aristotelis (i. e. anonymi Byzantini) librum apud Arabes celeberrimum de lapidibus (quem *per partes excerptum* translatumque medio aevo legebant Latini, velut Albertus Magnus in l. de mineralibus, Vincentius Bellovacensis, auctor *Phisonomiae regiae* impr. Mersborg 1473 et antea Arnoldus de Saxonia, qui in libro *de vir-*

tute universali cap. octavo interpretem eius Gerardum dicit sc. Cremonensem. cf. cod. Leod. 77 et quem ipse exscripsi Montispess. 277) fontem fuisse tractatus de lapidibus qui naturalium quintus est in encyclopaedia philosophica *fratrum sincerorum* seculo decimo composita (v. versionem Germ. a Fr. Dieterici editam hoc titulo: „Die Naturanschauung u. Naturphilosophie der Araber im zehnten Jahrh. Berl. 1861, ubi p. 118 idem Ar. liber sine nomine auctoris citatur, item p. 112 ubi docti illi qui 700 lapides numerant pro ipso iterum Aristotele inducuntur qui de septingentis lapidum speciebus disseruisse dicitur (S. de Sacy, Chrestom. Ar. III, 533. 447. cf. Rose l. c. p. 181). etenim quae de singulis lapidibus in hoc tractatu afferuntur, cum fragmentis quae habent Honein (sive Costa ben Luca), Ibn El-Beitar, Teifâschi, alii, ad verbum saepe conveniunt. cf. e. g. de smaragdo Diet. p. 127 = Ar. ap. Ibn El-Beitar I p. 537 Sonth., Honein de incantat. [sc. a Constantino Africano latine versus, vel potius Constantinus filius Lucae i. e. Costa ben luca de phisicis ligaturis secundum cod. Norimb. cent. V, 21. cf. cod. Amplon. qu. 395.] p. 318 opp. Const. Afr., Ar. de lap. exc. c. 2 cod. Mp. f. 127ª, Vinc. Bell. spec. nat. 8, 102. Phisonomia regia col. 29 cf. 91 (Albertus Magn. de mir. opp. t. II p. 236. cf. 210) etc.

1. (238)

Theophr. de lapid. init.: *Τῶν ἐν τῇ γῇ συνισταμένων τὰ μέν ἐστιν ὕδατος τὰ δὲ γῆς* (cf. Arist. meteor. 3 extr. 4, 10 p. 389, 7. 11. Galen. t. XII p. 166. 208)· *ὕδατος μὲν τὰ μεταλλευόμενα, καθάπερ ἄργυρος καὶ χρυσὸς καὶ τἆλλα, γῆς δὲ λίθος τε καὶ ὅσα λίθων εἴδη περιττότερα καὶ εἴ τινες δὴ τῆς γῆς αὐτῆς ἰδιώτεραι φύσεις εἰσὶν ἢ χρώμασιν ἢ λειότησιν ἢ πυκνότησιν ἢ ἄλλῃ τινὶ δυνάμει. περὶ μὲν οὖν τῶν μεταλλευομένων ἐν ἄλλοις τεθεώρηται, περὶ δὲ τούτων νῦν λέγωμεν.*

Scriptus est liber *περὶ λίθων* Ol. 116, 2 (Rose de Ar. libr. p. 178).

2. (239)

Hesych. s. *προσφανῆ*: *Θεόφραστος ἐν μεταλλικῷ χρυσίου συρροάς*. cf. fr. 7, 1.

3. (240)

Harpocr. lex. p. 108, 22 (ex quo Phot. et Suid. s. v.) s. *κεγχρεών*: *Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Πανταίνετον παραγραφῇ* (or. 37, 27) «*κἄπειτ' ἔπεισε τοὺς οἰκέτας τοὺς ἐμοὺς καθέζεσθαι εἰς τὸν κεγχρεῶνα*» *ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ καθαριστήριον, ὅπου τὴν ἐκ τῶν μετάλλων κέγχρον* (cf. Poll.

7, 99: *τὸν τῶν ἀργυρίων κονιορτὸν κέρχνον* sc. *ὠνόμαζον*. loquitur autem Demosthenes de argentifodina quadam Attica) *διέψυχον, ὡς ὑποσημαίνει Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ μετάλλων.*

Cf. Phot. lex. (= Lex. rhet. Seguer. p. 271, 23 Bekk.) p. 151, 26 s. *κεγχρεών: τόπος Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἡ ἀργυρῖτις ἐκαθαίρετο κέγχρος. καὶ ἡ ἀπὸ τῶν ἀργυρείων ἀναφερομένη ἄμμος* (Boeckh über die Laur. Silberbergwerke p. 106). Plin. 37, 15: *unum ex iis* (sc. ex adamantis generibus iis quibus pallor est argenti. cf. M. Pinder de adamante. Berol. 1820 p. 52) *vocant cenchron, quod est milii magnitudine. alterum Macedonicum in Philippico auro repertum, et hic est cucumis semini par.*

4. (241)

Hesych. s. *σύζωσμα: ἐν τῷ μεταλλικῷ τὸν ἐκρέοντα χαλκόν.*

5. (242)

Hesych. s. *σκαρφών: εἶδος καμίνου, ἐν τῷ μεταλλικῷ.*

Hesychii locos tres iam pridem monstravit Io. Meursius in Theophrasto L. B. 1640 p. 36 (no. 64).

6. (243)

Pollux 7, 97—99 (cf. 3, 87. 10, 149) ad *μεταλλέων* opus spectantia habet haec: *μεταλλεία, μέταλλα, μεταλλεύς, μεταλλεύειν, ὀρύττειν, γεωρυχεῖν, σκάπτειν καὶ ἀνασκάπτειν καὶ διασκάπτειν. χρυσοῦ μεταλλεῖς, χρυσουργοί, χρυσουργοῦντες, χρυσὸν ὀρύττοντες, τὰ χρυσεῖα, τὴν ὑπόχρυσον γῆν, τὴν κατάχρυσον ψάμμον, τὴν ἐπίχρυσον κόνιν, τὴν χρυσῖτιν γῆν μεταλλεύοντες, διασήθοντες, διηθοῦντες, διακρίνοντες, ἕψοντες, καθαίροντες, πυρὶ βασανίζοντες. ἄπεφθος χρυσός, ἀκριβής, εἰλικρινής, ἀκήρατος, ἀκραιφνής, Δαρεικός, Γυγάδας. ἀργύρια, ἀργυρῖτις γῆ, ὑπάργυρος, ἐπάργυρος, ἀργύρεια μέταλλα. καινοτομίαι μετάλλων. μεσοκρινεῖς κίονες οἱ ἐν τοῖς μετάλλοις ὑφεστηκότες ἀνέχειν τὰ ὀρύγματα* (cf. 3, 87: *οὓς δὲ κατέλιπον μέσους κίονας οἱ μεταλλεῖς ἀνέχειν τὴν γῆν, οὗτοι μεσοκρινεῖς ὠνομάζοντο.* Plut. vit. orat. 7. Lex. Seguer. p. 286, 33). *ἄργυρος καθαρός, διαφανής, Ἀρυανδικός. γῆ ὑπόχαλκος· οὐ γὰρ χαλκῖτις οὐδὲ χαλκεῖα μέταλλα, ὥσπερ καὶ σιδήρου μέταλλα καὶ γῆ σιδηρῖτις. ταύτης δὲ τὸ κάθαρμα σκωρίαν* (cf. Ar. meteor. 4, 6. 383, 34) *ὠνόμαζον, ὥσπερ τοῦ χρυσοῦ τὸ ἄνθος ἀδάμαντα* (cf. Plin. 37, 15. Pinder de adamante p. 21. 51) *καὶ τὸν ἀργυρίων κονιορτὸν κέρχνον* (fr. 3). *τὴν δὲ σκωρίαν καὶ κίβδον ἐκάλεσαν, ἀφ' ἧς καὶ οἱ μεταλλεῖς κίβδωνες. τὸ δὲ ἀγγεῖον ἐν ᾧ κατεκεράννυσαν*

τὸν σίδηρον, περίοδος καλεῖται ἐν τῷ περὶ μετάλλων εἴτε Ἀριστοτέλους ἐστὶ τὸ βιβλίον εἴτε Θεοφράστου.

Poll. 10, 149: *μεταλλέως σκεύη θύλακες, περίοδος, σάλαξ. καὶ θυλακοφορεῖν μὲν τοὺς μεταλλέας οἱ κωμῳδοὶ λέγουσι, περίοδον δὲ καὶ σάλακα Θεόφραστος ἐν τῷ μεταλλικῷ, περίοδον μὲν τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ κατακεραννύουσι τὸν σίδηρον, σάλακα δὲ τὸ τῶν μεταλλέων κόσκινον* (cf. Hes. s. *περίοδος, σάλαγξ*).

Cf. Boeckh über die Laurischen Silberbergwerke in Attica (h. phil. Abh. d. Berl. Acad. 1814—15) p. 101 sqq.

7. (244)

Pseudaristot. mir. 42—50. 61. 62.

1 (42). *περὶ Φιλίππους τῆς Μακεδονίας* (*τοὺς ἐν Μακεδονίᾳ* al.) *εἶναι λέγουσι μέταλλα, ἐξ ὧν τὰ ἐκβαλλόμενα ἀποσύρματα αὐξάνεσθαί φασι καὶ φύειν χρυσίον, καὶ τοῦτ' εἶναι φανερόν.*

Has scilicet *χρυσίου συρροὰς προσφανεῖς* (*καὶ τοῦτ' εἶναι φανερόν*) voce inusitata dixerat Theophrastus *ἐν μεταλλικῷ* (fr. 2). de Philippico auro cf. Plin. 37, 15 (supra fr. 3).

2 (43). *φασὶ δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ περὶ τὸν καλούμενον Τυρρίαν* (al. *τυρίαν. τὸ Κούριον* coniectura nimis incerta correxit Meursius) *χαλκὸν ὅμοιον γίγνεσθαι. κατακόψαντες γάρ, ὡς ἔοικεν, εἰς μικρὰ σπείρουσιν αὐτόν· εἶθ' ὑδάτων ἐπιγενομένων αὐξάνεται καὶ ἐξανίησι καὶ οὕτως συνάγεται.*

Cf. fr. 8 et Aristot. h. a. 5, 19. 552[b] 10: *ἐν δὲ Κύπρῳ, οὗ ἡ χαλκῖτις λίθος καίεται ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐμβαλλόντων* (Th. de lap. 25).

3 (44). *φασὶ δὲ καὶ ἐν Μήλῳ τῇ νήσῳ ἐν τοῖς ἐξορυσσομένοις τόποις τῆς γῆς* (*τὰ ἐν Μήλῳ μέταλλα* appellat Poll. 7, 99) *πάλιν ἀναπληρώματα γίγνεσθαι.*

Cf. Alexander Aphr. (in l. qui falso appellatur II de anima) f. 74[a] (post Themistii opera ed. Ald. 1534): *ἡ γὰρ τῶν λίθων αὔξησις ὁμώνυμος, ὅτι προσθήκη. ἢ εἴπερ καὶ οἱ λίθοι διόλου αὔξονται, εἴη ἂν καὶ ἐν τούτοις εἶδος ζωῆς, ἀλλὰ λίαν γε ἀμυδρᾶς· ἐπεὶ καὶ γεννᾶν τινὲς λίθοι λέγονται, ὡς Κλέαρχός φησιν* (qui locus in Clearchi Solensis fragmentis a C. Müllero Fr. h. Gr. t. II collectis omissus est). *ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τούτων ἢ ὁμώνυμος ἡ γένεσις ἢ ἄλλον τρόπον.*

4 (45). *περὶ Παιονίαν λέγουσιν ὅταν συνεχεῖς ὄμβροι γένωνται, εὑρίσκεσθαι περιτηκομένης τῆς γῆς χρυσὸν τὸν καλούμενον ἄπυρον. λέγουσι δ' ἐν τῇ Παιονίᾳ οὕτω χρυσίζειν τὴν γῆν, ὥστε πολλοὺς εὑρηκέναι καὶ ὑπὲρ μνᾶν χρυσίου ὁλκήν. τῷ δὲ βασιλεῖ τινά φασιν*

εὑρόντα ἀνενεγκεῖν δύο βώλους, τὸν μὲν τρεῖς μνᾶς ἄγοντα τὸν δὲ πέντε· οὓς φασιν ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτῷ παρακεῖσθαι καὶ ἐπ' ἐκείνων πρῶτον εἴ τι ἐσθίει ἀπάρχεσθαι.

5 (46). φασὶ δὲ καὶ ἐν Βάκτροις τὸν Ὦξον ποταμὸν καταφέρειν βώλια χρυσίου πλήθει πολλά· καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ δὲ τὸν καλούμενον Θεόδωρον ποταμὸν ἐκβράσσειν τε πολὺ περὶ τὰ χείλη χρυσίον, ὁμοίως δὲ καὶ καταφέρειν.

6 (47). λέγουσι δὲ καὶ ἐν Πιερίᾳ τῆς Μακεδονίας ἄσημόν τι χρυσίον κατορωρυγμένον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων βασιλέων, χασμάτων (τε add. Sylb.) τεττάρων ὄντων, ἐξ ἑνὸς αὐτῶν ἀναφῦναι χρυσίον τὸ μέγεθος σπιθαμιαῖον.

7 (48). λέγεται δὲ καὶ ἰδιαιτάτην εἶναι γένεσιν σιδήρου τοῦ Χαλυβικοῦ καὶ τοῦ Ἀμισηνοῦ. συμφύεται γάρ, ὥς γε λέγουσιν, ἐκ τῆς ἄμμου τῆς καταφερομένης ἐκ τῶν ποταμῶν. ταύτην δ' οἱ μὲν ἁπλῶς φασὶ πλύναντας (ita Sylb. codd. πλύναντες) καμινεύειν, οἱ δὲ τὴν ὑπόστασιν τὴν γενομένην ἐκ τῆς πλύσεως πολλάκις πλυθεῖσαν συγκαίειν, παρεμβάλλειν δὲ τὸν πυριμάχον (cf. Th. de lap. 9 ὡσαύτως καὶ οἱ πυρομάχοι καὶ οἱ μυλίαι ῥέουσιν οἷς ἐπιτιθέασιν οἱ καίοντες, sc. ὡσαύτως τοῖς μεταλλευτοῖς. cf. etiam Ar. meteor. 4, 6. 383 ᵇ 5) καλούμενον λίθον· εἶναι δ' ἐν τῇ χώρᾳ πολύν. οὗτος δ' ὁ σίδηρος πολὺ τῶν ἄλλων γίνεται καλλίων. εἰ δὲ μὴ ἐν μιᾷ καμίνῳ ἐκαίετο, οὐδὲν ἄν, ὡς ἔοικε, διέφερε τἀργυρίου. μόνον δέ φασιν αὐτὸν ἀνίωτον εἶναι, οὐ πολὺν δὲ γίνεσθαι.

8 (49). φασὶ δὲ καὶ ἐν Ἰνδοῖς τὸν χαλκὸν οὕτως εἶναι λαμπρὸν καὶ καθαρὸν καὶ ἀνίωτον, ὥστε μὴ διαγινώσκεσθαι τῇ χρόᾳ πρὸς τὸν χρυσόν, ἀλλ' ἐν τοῖς Δαρείου ποτηρίοις βατιακὰς εἶναί τινας καὶ πλείους, ἃς εἰ μὴ τῇ ὀσμῇ, ἄλλως οὐκ ἦν διαγνῶναι πότερόν εἰσι χαλκαῖ ἢ χρυσαῖ.

9 (50). τὸν κασσίτερον τὸν Κελτικὸν τήκεσθαί φασι πολὺ τάχιον μολύβδου. σημεῖον δὲ τῆς εὐτηξίας, ὅτι τήκεσθαι δοκεῖ καὶ ἐν τῷ ὕδατι· χρώζει γοῦν, ὡς ἔοικε, ταχύ. τήκεται δὲ καὶ ἐν τοῖς ψύχεσιν, ὅταν γένηται πάγη, ἐγκατακλειομένου ἐντός, ὥς φασι, καὶ συνωθουμένου τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ διὰ τὴν ἀσθένειαν.

Cf. Plut. qu. conv. 6, 8, 6.

10 (61). θαυμαστὸν δέ τί φασιν ἐν Ἰνδοῖς περὶ τὸν ἐκεῖ μόλυβδον συμβαίνειν· ὅταν γὰρ τακεὶς εἰς ὕδωρ καταχυθῇ ψυχρόν, ἐκπηδᾶν ἐκ τοῦ ὕδατος.

11 (62). φασὶ τὸν Μοσσύνοικον χαλκὸν λαμπρότατον καὶ λευκότατον εἶναι, οὐ παραμιγνυμένου αὐτῷ κασσιτέρου, ἀλλὰ γῆς τινὸς

αὐτοῦ γινομένης καὶ συνεψομένης αὐτῷ. λέγουσι δὲ τὸν εὑρόντα τὴν κρᾶσιν μηδένα διδάξαι· διὸ τὰ προγεγονότα ἐν τοῖς τόποις χαλκώματα διάφορα, τὰ δ' ἐπιγιγνόμενα οὐκέτι.

8. (245)

In codice gr. Paris. 1310 (chart. sec. 15), qui miscellanea continet rhetorica historica poetica admodum varia, post carmina Theodori Prodromi singularia quaedam capita sequuntur *περὶ τῶν τεσσάρων ποταμῶν τῶν ἐκφυομένων ἐκ τοῦ παραδείσου* (f. 442[a]), *περὶ τοῦ ῥωμαικοῦ βισέξστου* (f. 443[a]), *περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς ἀνθρωπίνων σωμάτων* (f. 443[b]), *περὶ τῶν δ̅ στοιχείων* (f. 444[a]), ultimum denique in ultima codicis pagina (f. 444[b]) hoc, quod cum omnibus scripturae vitiis mense Ianuario a. 1857 ita Parisiis descripsi:

Περὶ τῶν εὑρισκομένων μετάλλων ἐν τῇ νήσω κύπρω.
Ἰστέον ὅτι ἐν τοῖς βίβλοις τῶν περὶ γαληνὸν περὶ εἰδῶν, καὶ ἀριστοτέλους φυσιολογικῶν περὶ οὐσίας γῆς καὶ λίθων καὶ μετάλλων εὑρέσεις, εὑρέθη ἐν τῇ κύπρω νήσω ὅτι ἔστιν ὄρος μέγα καὶ ὑψηλὸν ὑπὲρ πάντων τῶν βουνῶν αὐτῆς, τρόγοδος καλούμενον. πολλὰ καὶ διάφορα εἴδη βοτανῶν τῆς ἰατρικῆς τέχνης χρήσιμα εὑρισκόμενα. ἅ τινα λέγειν ἐπιχειροῦντα καθ' ἕν, ἐπιλήψει με διηγούμενον ὁ χρόνος. Ὁμοίως καὶ περὶ μετάλλων γῆς, γέγραπταὶ ἐν τῷ περὶ λίθων διαφορᾶς ἀριστοτέλους. ὅτι χρυσίου μετάλλων ὄρος, Ἡ βούκασα. ἣ καὶ διακειμένη εἰς πόδοσιν τοῦ τρογόδου. καὶ ἐπιβλέπει ἐπὶ τὰ βορειότερα μέρη τῆς νήσου. κατὰ θάλατταν δὲ, γίνεται δυτικώτερον αὐτῆς. ἔχει δὲ διαφορὰς μετάλλων καθὼς διηγήσατο. φημή (sic pro *φημί*), *χρυσίου καὶ ἀργυρίου καὶ χαλκοῦ. στυπτηρίας σχιστῆς καὶ λευκῆς. καὶ ἀληθηνῆς στυπτηρίας. καὶ σωροῖ* (sic pro *σῶρυ*) *τὸ προζύμιον τοῦ χρυσαρίου. καὶ μίσσει* (sic pro *μίσυ*) *καὶ ὁ χαλκίτης. καὶ ἄλλα διάφορα μέταλλα. ἐν ἑτέροις δὲ ὄρεσι φασὶ τῆς κύπρου, γίνεται ὁ σίδηρος. ὁ ὕελος. καὶ πᾶσα ὕλη τιμία:* —

Summus Cypri mons et qui idem debet esse cum Trogodo illo, quo nomine recentiori sane nunc quoque appellatur (Throdos, Troodos apud Engel, Kypros I, 34), Olympus est, prope quem (*ἐν ποσίν*), ut Strabonis utar (14 p. 684), *μέταλλα χαλκοῦ ἐστὶν ἄφθονα τὰ ἐν Ταμασσῷ, ἐν οἷς τὸ χαλκανθὲς γίνεται καὶ ὁ ἰὸς τοῦ χαλκοῦ πρὸς τὰς ἰατρικὰς δυνάμεις χρήσιμα* (cf. Steph. Byz. s. *Ταμασός*: *πόλις Κύπρου διάφορον ἔχουσα χαλκόν, ἐν μεσογείᾳ.* Engel, Kypros I, 149). Galenus qui iuvenis adhuc ut *μεταλλικὰ φάρμακα* (de quibus v. Dioscor. l. 5, Gal. de simpl. l. 9, Oribas. l. 15) sibi compararet itinere facto in Cyprum insulam pro-

fectus est apud medicos (cf. Engel, Kypros II, 41 sqq.) famosam, *τὸ μέταλλον* visitavit prope Solos (ab eo igitur de quo agitur diversum, licet eiusdem montium iugi fuerit), de quo saepe memorat in opere de simplic. medicam. fac. (XII, 214. 219 sq. 226. 234. 238 sqq. cf. XIV, 7) aliisque fortasse deperditis, unde haec ducta sint.

XLV.

Περὶ φυτῶν.

Quot seculis, ait Quintilianus (XII, 11, 22), *Aristoteles didicit, ut non solum quae ad philosophos atque oratores pertinent scientia complecteretur, sed animalium satorumque naturas omnes perquireret? illis enim haec invenienda fuerunt, nobis cognoscenda sunt.* et sane plantarum quidem non minus quam animalium historiae peritissimum fuisse Aristotelem, immo utriusque doctrinae et Graecis et Latinis nobisque auctorem, opera declarant. atque eundem etiam postquam zoologica studia scriptis condidit aeternis, botanica diu exculta edere in animo habuisse, ipsius verbis constat ad libros de plantis postmodum edendos saepius lectorem ablegantis (cf. Prantl, de Ar. l. ad hist. an. pertin. ord. 1843 p. 47. Rose, de Ar. libr. ord. et auct. 1854 p. 177). attamen inter ipsas etiam litteras zoologicas (Rose p. 216) morte immatura abreptus est. quos ipse non scripsit libros de plantis, de lapidibus et metallis, scripsit Theophrastus Aristotelicae doctrinae famaeque heres, unius quasi corporis librorum Aristotelicorum scientiam universam posteris tradentium partes. atque ea quidem causa fuit (cf. Rose p. 178), cur recentiores Aristotelis commentatores, ubi in praefationibus scholiorum libros Aristotelis hoc est scientiarum orbem dividerent ordineque disponerent, non dubitarent et de animalibus et de plantis opera referre, Aristotelis scilicet et Theophrasti. cf. Simplic. in categ. Bas. 1551 f. 1[b]: *τῶν δὲ Ἀ. συγγραμμάτων τὰ μέν ἐστι μερικὰ . . . τὰ δὲ καθόλου· τὰ δὲ καὶ μεταξύ, ὡς αἱ περὶ ζώων καὶ φυτῶν ἱστορίαι.* David in categ. p. 25, 21 Br.: *καὶ εἰ μὲν μερικῶν, ἢ ἐμψύχων ἢ ἀψύχων . . . καὶ εἰ μὲν περὶ ἀναισθήτων ἐμψύχων, ὡς τὰ περὶ φυτῶν αὐτοῦ ζητήματα· εἰ δὲ αἰσθητῶν, καὶ τοῦτο πάλιν ἢ περὶ τῶν καθόλου, ὡς αἱ περὶ τῶν ζώων αὐτοῦ ἱστορίαι* . . . Simplic. in phys. Ven. 1526 f. 1[a]: *τῶν δὲ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς τόπῳ ἐπειδὴ τὰ μέν ἐστιν ἔμψυχα τὰ δὲ ἄψυχα. περὶ μὲν ἀψύχων ἐν ταῖς τῶν μετάλλων πραγματείαις*

διδάσκει· τῶν δὲ ἐμψύχων τὰ μέν ἐστι ζῷα, τὰ δὲ φυτά, τὰ δὲ ζωόφυτα. περὶ μὲν οὖν ζώων ἐν ταῖς περὶ ζώων παντοδαπαῖς πραγματείαις διελέχθη, πῇ μὲν ἱστορικῶς τὰ περὶ αὐτῶν ἀφηγούμενος ὡς ἐν ταῖς περὶ ζώων ἱστορίαις, πῇ δὲ αἰτιολογικῶς διδάσκων ὡς ἐν ταῖς περὶ ζώων γενέσεως καὶ μορίων καὶ κινήσεως καὶ ὕπνου καὶ τῶν τοιούτων. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ φυτῶν *κατὰ τὸν διττὸν τοῦτον ἐδίδαξε τρόπον* (scil. in Theophrasti libris *περὶ φυτῶν ἱστοριῶν* et *φυτικῶν αἰτιῶν*). Ioannes in phys. Ven. 1535 f. a, 1[a]: *γέγραπται οὖν αὐτῷ . . . καὶ περὶ τῶν κοινῇ πᾶσι τοῖς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ παρακολουθούντων ἐν τοῖς περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ἐν δὲ τοῖς μετεώροις περὶ τῶν ἰδίᾳ τούτοις. γέγραπται αὐτῷ καὶ περὶ* μετάλλων· *τοιοῦτο δέ ἐστι καὶ ὁ τῶν μετεώρων τέταρτος· ἐν οἷς περὶ τῶν τοῖς ἀψύχοις παρεπομένων ἐδίδαξεν. αἱ δὲ περὶ ζώων καὶ φυτῶν πᾶσαι πραγματεῖαι αἱ μὲν εἰσι περὶ τῶν ὡς ἐμψύχοις καὶ ἀναισθήτοις παρακολουθούντων ὡς αἱ περὶ* φυτῶν, *αἱ δὲ περὶ τῶν ὡς ἐμψύχοις καὶ αἰσθητικοῖς ὡς αἱ περὶ ζώων πᾶσαι πραγματεῖαι καὶ ἱστορίαι.* Damasc. de coelo p. 454, 22 Br.: *τὰ μὲν ἄψυχα διὰ τῶν περὶ* μετάλλων *συγγραμμάτων γνωρίζεται, τῶν δὲ ἐμψύχων τὰ μὲν αἰσθητικὰ καὶ κατὰ τόπον κινούμενα ὡς τὰ ζῷα· καὶ δὴ καὶ περὶ ζώων γέγραπται . . . τὰ δὲ ἀναίσθητα καὶ κατερριζωμένα ὡς τὰ φυτά· καὶ μέντοι καὶ περὶ* φυτῶν *τῷ Ἀριστοτέλει γέγραπται.* Simplic. de coelo p. 468[b]25 Br.: *καὶ περὶ μὲν τῶν ἀψύχων τὰ περὶ* μετάλλων *γεγραμμένα διδάσκει, τῶν δὲ ἐμψύχων τὰ μέν ἐστιν αἰσθητικὰ καὶ κατὰ τόπον κινούμενα ὡς τὰ ζῷα, τὰ δὲ ἀναίσθητα καὶ κατερριζωμένα ὡς τὰ φυτά· καὶ δὴ καὶ περὶ* φυτῶν *αὐτῷ γέγραπται καὶ περὶ ζώων.* Ioannes de gen. et corr. Ven. 1527 f. 1[a]: *ἐν δὲ ταῖς περὶ ζώων πραγματείαις περὶ τῶν ὡς ἐμψύχοις καὶ αἰσθητικοῖς (παρακολουθούντων διαλήψεται)· πλεῖσται δὲ αὗται διὰ τὸ πολυειδὲς τῆς τῶν ζώων φύσεως. ἐν δὲ τοῖς περὶ* φυτῶν *περὶ τῶν ἐμψύχων μὲν οὐκ αἰσθητικῶν δέ, περὶ δὲ τῶν ἀψύχων ἐν τοῖς περὶ* μετάλλων *καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν μετεωρολογικῶν.* id. f. 2[a]: *εἴρηται γὰρ καὶ κατ' ἀρχὰς ὅτι οὐ περὶ τῶνδέ τινων ἡ παροῦσα πραγματεία διαλαμβάνει, ἀλλὰ κοινῇ περὶ πάντων τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ· κατὰ μέρος γὰρ περὶ τούτων αἱ ἐφεξῆς πραγματεῖαι διδάσκουσιν, αἱ μὲν περὶ τῶν ἐν τῷ μετεώρῳ συμβαινόντων, ἄλλαι δὲ περὶ ζώων καὶ* φυτῶν (cf. f. 28[b] med. ad Ar. p. 322[b]1). Olympiodorus in meteor. Ven. 1551 f. 2[a] (ad ipsa prooemii verba quibus promittit Ar. *εἴ τι δυνάμεθα . . . ἀποδοῦναι περὶ ζώων καὶ φυτῶν*): *τὰ δὲ μέλλοντα προανακρούεται μεμνημένος τῶν ὑπολοίπων αὐτοῦ πραγματειῶν ὅσαι περὶ ἐμψύχων αὐτῷ εἰσὶ γεγραμμέναι, ἀλλὰ περὶ ἐμψύχων ἢ ἀναισθητῶν ὡς ἡ*

περὶ φυτῶν πραγματεία, ἢ αἰσθανομένων ὡς ἡ περὶ ζώων ἱστορία. id. f. 2^b: ἓξ γὰρ οὐσῶν τῶν πραγματειῶν συνισταςῶν τὴν πᾶσαν φυσιολογίαν, τρισὶ μὲν ἕπεται ἡ παροῦσα πραγματεία, τριῶν δὲ προηγεῖται· τῇ μὲν γὰρ φυσικῇ ἀκροάσει καὶ τῇ περὶ οὐρανοῦ καὶ τῇ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς ἕπεται, προηγεῖται δὲ τῶν περὶ ψυχῆς, τουτέστι τῆς περὶ φυτῶν καὶ τῆς περὶ ζώων. quibus locis videmus eadem ratione eosdem occupatos ἐν τῇ διαιρέσει τῶν φυσικῶν πραγμάτων καὶ τῶν εἰς ταῦτα πραγματειῶν τοῦ Ἀριστοτέλους (ut ait Ioannes) Aristoteli tribuere librum de metallis (Simpl. et Ioannes in phys., Dam. et Simpl. de coelo, Ioannes de gen. et corr.) neque nisi ad ipsa Aristotelis verba extrema libri tertii meteorologicorum metallica promittentia (sicut ad similia de phyticis verba extr. c. 4 l. de sensu p. 442^b25 Alexandro de sensu Ven. 1527 f. 109^a: τὰ γὰρ ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν . . . οἰκείας φησὶν εἶναι τῇ περὶ φυτῶν φυσιολογίᾳ. καὶ ἔστι περὶ φυτῶν Θεοφράστῳ πραγματεία γεγραμμένη· Ἀριστοτέλους γὰρ οὐ φέρεται. cf. Michael Ephes. de vita et morte f. 175^b, qui deperditum putat librum) plerisque in mentem venit auctorum nomina distinguere, quae specie quadam aequabili induta quasi e communi sectae Peripateticae bono accepissent, magistro et discipulo dividere, admonere non ipsum Aristotelem esse auctorem libri qui ferretur de metallis sed Theophrastum. ita Pseudalex. in meteor. Ven. 1527 f. 126^a (II, 161 Id.): ἰδίᾳ δὲ δεῖν φησὶν ἕκαστον τῶν εἰρημένων γενῶν προχειριζομένους τὰ οἰκεῖα αὐτοῖς ἐπισκοπεῖν· περὶ ὧν Θεόφραστος πεπραγμάτευται ἔν τε τῷ περὶ τῶν μεταλλευομένων καὶ ἐν ἄλλαις τισίν. Olymp. f. 59^b (II, 162 Id.): καὶ ταῦτα μὲν καθολικῶς περὶ μετάλλων παραδίδωσιν Ἀριστοτέλης, ὑπισχνούμενος καὶ ἰδίᾳ γράφειν. οὐκ ἔγραψε δὲ ὅσον ἡμᾶς καὶ τοὺς πρὸ ἡμῶν εἰδέναι· ὁ μέντοι τούτου μαθητὴς Θεόφραστος ἔγραψεν ἰδίᾳ περὶ ἑκάστου μετάλλου. contra idem in prooemio meteor. Olympiodorus argumenti divisioni intentus scriptores nominare negligit f. 3^a (I, 133 Id.): ἐν δὲ τῷ πέρατι τοῦ τρίτου βιβλίου περί τινων ἀψύχων διαλέγεται, οἷον περὶ τῶν μετάλλων . . . σύνθετα ὁμοιομερῆ ἄψυχα, ἅπερ διδάσκει ἐν τῷ πέρατι τοῦ τρίτου λόγου τῆς παρούσης πραγματείας καὶ ἐν τῇ μονοβίβλῳ περὶ μετάλλων γεγραμμένῃ. ib. Ioannes (ad Ar. p. 339^b7) f. 77^b: μετὰ γὰρ τὰ μετεωρολογικὰ ἡ περὶ ζώων καὶ φυτῶν λείπεται θεωρία· περὶ γὰρ μετάλλων ἐν τῷ τετάρτῳ (cf. Io. in phys. et de gen. et corr.) τῶν προκειμένων ἐδίδαξε (et in l. de metallis, ut alibi addit l. c.). καὶ οὕτω λοιπὸν ὁ προτεθεὶς ἡμῖν περὶ τῆς τῶν φυσικῶν θεωρίας σκοπὸς τέλος εἴληφε. ceterum inter auctores veteres qui de plantis egerunt, rustici quidem et medici (Varro, Plinius,

Plutarchus, Galenus cet.) nullius in his rebus Peripatetici antiqui auctoritatem noverunt nisi Theophrasti, grammatici dubitant. idem enim Athenaeus, cui uni Phaniae περὶ φυτῶν librorum (qui singulis fere historiae plantarum Theophrasteae respondisse videntur) fragmenta debemus, non solum falsi Aristotelis περὶ ζωικῶν effudit testimonia grammaticis propter verborum novitatem singulorumque animalium ad modum lexici enumerationem utilia, sed etiam περὶ φυτῶν, eiusdem scilicet opusculi quod duobus libris comprehensum ferebatur in indice Andronici (unde D. L. 5, 25. Ptolem. W. p. 150.). idem novere qui eisdem cum Athenaeo copiis Didymeis uti solent Harpocration, Pollux. quae autem in scholiis Nicandreis male habitis parumque doctis extare videbantur, ea huc non pertinent. locus enim περὶ ἠρύγγου sch. ther. 645 p. 51, 15 ed. Keil. Lips. 1856 (E. Meyer, Gesch. der Botanik I, 90) est historiae animalium (IX, 3. eadem in Theophrasti fr. de anim. invidis ap. Phot.) atque in sch. ther. 509, ubi optimus quidem cod. Vaticanus (cum Paris. et ed. Ald. 1499) ita habet ἀριστολόχεια . . . βοτάνη δέ ἐστιν, ἡ ἀριστολόχεια (Nic. 509—19. Theophr. h. pl. 9, 20, 4. Plin. 25, 54) ὠνόμασται. ταύτην δέ (sc. vires eius medicas nobilissimas) φησιν Ἀριστοτέλης γυναῖκα εὑρηκέναι, emendandum est sine dubio cum Gottingensi quem sequuntur Schneider et Bussemaker: ταύτην δὲ (φασιν Buss.) Ἀριστολόχην γυναῖκα εὑρηκέναι (nisi forte, quod parum verisimile, ταύτην δέ φησιν Ἀριστοτέλης Ἀριστολόχην γυναῖκα εὑρηκέναι). desideratur enim nomen eius qui invenit, quemadmodum *Gentianam invenit Gentius . . . invenit et Lysimachus herbam Lysimachiam* multaque eius modi apud Plinium libro XXV. Nicolaus autem Damascenus, philosophiae Aristotelis epitomator, cuius de plantis libellos duos quos ad mentem Aristotelis composuit ex Graeco conversos antiquiores Arabes legebant (Hadschi Khalfa V, 162: *Ar. libri duo de plantis, quos Nicolaus interpretatus est et Ishac ben Honein addita Thabiti ben Corra emendatione vertit*) — postea enim ipsius Aristotelis nomine vulgo inscribebantur (Rose p. 181. Meyer Gesch. d. Bot. I, 324. III, 143. interpres latinus de quo sine causa nunc dubitat Meyer, pleno nomine appellatur *Alvredus de Sareshel* [al. *Sarechel*] *Anglicus* ad *Rogerum de Herefordia* scribens in cod. Paris. lat. 478) — is num spurios illos duos Aristotelis usurpaverit necne, quaeri quidem potest et negari, at non diiudicari.

Quod ad librum Aristotelis περὶ χυμῶν, quem titulum exhibet Olympiodorus (cf. Rose p. 179), notandum est eodem plane modo, quum ad Theophrasti opus (D. L. 5, 46) quod respicit et ad Theophrasti nomen confugere deberet commentator ut Aristotelis verbis satisfactum esse

doceret talem disputationem (in l. scil. de plantis instituendam) promittentibus (meteor. 2, 3. 358ᵇ22. 359ᵇ20), Aristoteleum librum nuntiari, quo modo supra librum de metallis (*ἐν γὰρ τῷ περὶ χυμῶν αὐτοῦ μονοβίβλῳ λέγει περὶ τούτων* Olymp. in met. f. 36ᵃ, item 37ᵃ. cf. f. 3ᵃ *ἐν τῇ μονοβίβλῳ περὶ μετάλλων γεγραμμένῃ*). nam cautioribus verbis ad eosdem locos usos fuisse priores ostendit qualis quidem nunc fertur Alexander f. 97ᵇ. 98ᵇ (cf. etiam Mich. Ephes. in Ar. de vita et morte f. 175ᵇ). iuvabit ipsa commentatorum verba legere et comparare: ad Ar. meteor. 2, 3. 358ᵇ22 (*πάθη γὰρ τἆλλα διά τινα σύμμιξιν τοῦ ὕδατός ἐστιν καὶ οἷον ἄν τι ᾖ τὸ συμμιχθέν, τοιοῦτον ποιεῖ τὸν χυμόν· ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἄλλοις καιροῖς οἰκειοτέροις ποιητέον τὴν σκέψιν*):

Pseudoalex. f. 97ᵇ: *εἰπὼν δὲ τοὺς χυμοὺς μιγνυμένου τινὸς τῷ ὕδατι γίνεσθαι, καὶ τοιούτους ὁποῖον ἂν ᾖ τὸ μιγνύμενον, ὑπερτίθεται τὸν περὶ τούτων λόγον ὡς ὄντα ἄλλης πραγματείας· τῆς γὰρ περὶ χυμῶν ἴδιος ὁ περὶ τούτων λόγος.*

Olympiod. f. 36ᵃ: *ἐν γὰρ τῷ περὶ χυμῶν αὐτοῦ* (*χυμοῦ αὐτῶν* ed.) *μονοβίβλῳ λέγει περὶ τούτων.*

deinde ad Ar. meteor. 2, 3. 359ᵇ20 (*αἱ δὲ διαφοραὶ αὐτῶν ἐκεῖθεν δῆλαι. ποῖοι δὲ χυμοὶ ἐκ ποίων γίνονται κράσεων, εἴρηται* [= *εἰρήσεται* cf. Rose de Ar. l. p. 118] *περὶ αὐτῶν χωρὶς ἐν ἄλλοις. περὶ μὲν οὖν ὑδάτων . . . ἔτι δ' ὁπόσα πάθη κατὰ φύσιν αὐτοῖς συμβαίνει ποιεῖν ἢ πάσχειν, εἴρηται σχεδὸν ἡμῖν περὶ τῶν πλείστων*):

Pseudoalex. f. 98ᵇ: *τὰς δὲ διαφορὰς τῶν γινομένων ἐν τοῖς ὕδασι χυμῶν ἐκεῖθέν φησιν εἶναι δήλας, ἐκ τοῦ εἰδέναι ποῖοι χυμοὶ ἐκ ποίων γίνονται κράσεών τε καὶ μίξεων. εἰρῆσθαι δὲ περὶ αὐτῶν φησὶ κατ' ἰδίαν ἐν ἄλλοις· τῆς γὰρ περὶ χυμῶν πραγματείας ἡ περὶ τούτων οἰκεία θεωρία.*

Olympiod. f. 31ᵃ: *οὔτε γὰρ περὶ πάντων χυμῶν τοῦ ὕδατος εἴρηται, ἀλλὰ περί τινων· περὶ γὰρ πάντων ἐν τῷ περὶ χυμῶν αὐτοῦ μονοβίβλῳ εἴρηται.*

cf. Michael Ephesius in Ar. de vita et morte (de respir.) extr. f. 175ᵇ: *ταῦτα εἰπών, εἶτα φήσας ὅτι περὶ ὑγείας καὶ νόσου οἰκεῖόν ἐστιν εἰπεῖν τῷ φυσικῷ μέχρι του, καὶ ὅτι οὐ δεῖ λανθάνειν ᾗ διαφέρουσιν ἰατρική τε καὶ φυσικὴ καὶ πῶς διαφέρουσι ταὐτὰ τὴν ὑγείαν καὶ νόσον θεωροῦσαι, καὶ ὅτι σύνορός ἐστιν ἡ φυσικὴ τῇ ἰατρικῇ, τούτου μὲν πέπαυται τοῦ βιβλίου. τὰ δ' ἑξῆς ἔδει μὲν ἔχειν τὸν περὶ γάλακτος λόγον· πάλαι γὰρ ἐς ὕστερον ἐρεῖν ὑπερέθετο· ἐν ᾧ καὶ περὶ πέψεως καὶ ἀπεψίας εἰπεῖν ἁρμόττει* (Rose p. 175. cf. p. 167). *οὕτοις δ' οἰκεῖος καὶ ὁ περὶ ὑγείας καὶ νόσου· τῆς γὰρ τροφῆς κρα-*

τουμένης μὲν εἰκὸς ὑγείαν, ἀπέπτου δὲ γινομένης τὰς νόσους γεννᾶσθαι. ταῦτα δὴ καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς, ὄντα δὲ περὶ φυτῶν καὶ χυλῶν, Ἀριστοτέλους μὲν οὐχ εὑρίσκομεν, διὰ τὸ τὰς συντάξεις ἀπολωλέναι (hoc quidem putat Ephesius), *ἐκ δὲ τῶν Θεοφράστου δεῖ λαμβάνειν μέχρι ἂν εὑρεθῇ τὰ ὑπ' Ἀριστοτέλους γραφέντα.*

1. (246)

Athen. XIV p. 652[a] (s. *φοίνικες*): *καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ φυτῶν οὕτως «φοινίκων ἀνόρχων, οὓς τινες εὐνούχους καλοῦσι, οἱ δὲ ἀπυρήνους».*

Ad rem cf. Theophr. h. pl. 2, 6, 6, ubi nihil de spadonum nomine, quod tamen addit qui eodem de palmis Theophrasti capite utitur Plinius 13, 8: *quaedam ferunt statim in trimatu, in Cypro vero Syria Aegypto quadrimae, aliae quinquennes altitudine hominis* (haec e Th. 2, 6, 7), *nullo intus pomi ligno quamdiu sunt novellae, ob id spadonum accepto nomine.* aliunde igitur ultima haec addidit is quem repetit Plinius. hic enim neque Theophrasto ipse neque Aristotele unquam usus est. ceterum ut palmarum illic ita calamorum quorundam apud Theophrastum mentio est anthela carentium, *οὓς καὶ προσαγορεύουσιν εὐνουχίας* (h. pl. 4, 11, 4).

2. (247)

Athen. XIV p. 653[d] (unde Eustath. in Od. p. 1405 et in Il. p. 545): *γενναῖα (σῦκα) λέγει τὰ εὐγενῆ ὁ φιλόσοφος (Πλάτων) . . . ἢ τὰ ἐπιγεγεννημένα, οἷον τὰ ἐπεμβεβλημένα. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης καὶ ἐπεμβολάδας ἀπίους ὀνομάζει τὰς ἐγκεκεντρισμένας.*

Ex eodem fonte Harpocr. lex. p. 71, 8 s. *ἐμβεβλημένα: ἀντὶ τοῦ ἐγκεκεντρισμένα. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Νικόστρατον. καὶ Ἀριστοτέλης* (in epit. male *Ἀριστοφάνης*) *δ' ἐμβολάδας ἀπίους λέγει τὰς τοιαύτας.*

De piris insiticiis cf. Plut. qu. conv. 2, 6, 1. Theophr. h. pl. 2, 2, 5. Geopon. 10, 24. 10, 76, 2 etc.

3. (248)

Pollux 10, 170: *τάχα δὲ κἂν ὄροφόν τις ὀνομάσειεν, ὅς ἐστι στεγαστὴρ κάλαμος, ὃν καὶ Ὅμηρος* (Il. ω, 451) *ὀνομάζειν ἔοικεν ἐπὶ τῆς Ἀχιλλέως σκηνῆς· καὶ ἐν Ἀριστοτέλους δὲ ἢ Θεοφράστου φυτικοῖς* (codd. et edd. *φυσικοῖς*) *γέγραπται «καλάμου, ὀρόφου, θρυαλλίδος, στροβίλου, πίτυος».*

Nescio an *εὐκαύστων* et *δυσκάπνων* (cf. Theophr. de igne 72) exempla haec fuerint.

4. (249)

Antigonus mirab. 169 [129: *πεποίηται δέ τινα καὶ ὁ Κυρηναῖος Καλλίμαχος ἐκλογὴν τῶν παραδόξων, ἧς ἀναγράφομεν ὅσα ποτὲ ἡμῖν ἐφαίνετο εἶναι ἀκοῆς ἄξια. φησὶν Εὔδοξον ἱστορεῖν* . . . (133) *περὶ δὲ τῶν ποταμῶν καὶ κρηνῶν* (ita etiam in seqq. *περὶ* — *περὶ* —) *Λύκον* . . . (166) *περὶ δὲ πυρὸς Κτησίαν φησὶν ἱστορεῖν* . . . (168) *περὶ δὲ λίθων τὸν αὐτὸν τοῦτον λέγειν* . . .]: *περὶ δὲ φυτῶν τῆς ἀκάνθου εἶδος* (*περὶ δὲ τούτων τῆς ἀκανθείσας* cod., corr. Bentl.) *Ἀριστοτέλην φάσκειν περὶ τὴν Ἐρύθηναν* (corr. *Ἐρύθειαν*) *εὑρίσκεσθαι διαποίκιλον τὴν χρόαν, ἐξ οὗ πλῆκτρα γίνεσθαι. Τίμων δὲ ὁ κιθαρῳδὸς εἶχεν καὶ ἐπεδείκνυεν πολλοῖς, φάσκων αὐτῷ τὸν διδάσκαλον Ἀρτοκλῆν δεδωρῆσθαι, εἶναι δ' αὐτῶν τὴν ἁφὴν ἐν τῇ χρείᾳ σκληράν.*

Cf. Theophr. h. pl. 4, 4, 12: *ἐν δὲ τῇ Ἀρίᾳ χώρᾳ καλουμένῃ ἄκανθά ἐστιν, ἐφ' ἧς γίνεται δάκρυον ὅμοιον τῇ σμύρνῃ καὶ τῇ ὄψει καὶ τῇ ὀσμῇ. τοῦτο δὲ ὅταν ἐπιλάμψῃ ὁ ἥλιος καταρρεῖ. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα παρὰ τὰ ἐνταῦθα καὶ ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς γίνεται. ἐν ἑτέροις δὲ τόποις ἐστὶν ἄκανθα λευκὴ τρίοζος, ἐξ ἧς καὶ σκυτάλια καὶ βακτηρίας ποιοῦσιν· ὀπώδης δὲ καὶ μανή. ταύτην δὲ καλοῦσι Ἡρακλείαν* (ex Erythea sc. insula propter Herculis in Iberiam *στρατείαν* famosa: eadem igitur est Theophrasti spina Herculea quae Pseudaristotelis).

5. (250)

Eustath. in Il. *ν*, 289 (*ἐν αὐχένι*) p. 932: *σημείωσαι δὲ ὅτι αὐχὴν οὐ μόνον ἐπὶ ζώων λέγεται ἀλλὰ καὶ ἐπὶ καρπῶν, ὡς δηλοῖ ὁ οὕτω γράψας* (i. e. lexici cuiusdam auctor eademque plane verba habet Photius in lex. s. *ἔσμα*) «*ἔσμα φησὶν Ἀριστοτέλης, Θεόφραστος δὲ μίσχον. ἔστι δὲ ὁ αὐχὴν τοῦ καρποῦ τῶν ἀκροδρύων*» (Phot. *ἔσμα: Ἀριστοτέλης ὅπερ Θεόφραστος μίσχον· ἔστι δὲ ὁ αὐχὴν τοῦ καρποῦ τῶν ἀκροδρύων*).

Cf. Theophr. h. pl. 1, 2, 1: *μίσχος· τοῦτο δ' ἐστὶν ᾧ συνήρτηται πρὸς τὸ φυτὸν τὸ φύλλον καὶ ὁ καρπός.* quo ipso loco utebantur lexica, v. Hesyph. s. v. qui alteram addit glossam *μίσχος: ὁ παρὰ τῷ φύλλῳ κόκκος.* pro *ἔσμα* autem *πέσμα* occurrit in lex. Hesychii s. *πέσμα: πεῖσμα* (cf. Geopon. 10, 56, 4) *ἢ μίσχος. ἔστι δὲ ἐξ οὗ τὸ φύλλον ἤρτηται.* cf. s. *πάσμα: ᾧ συνήρτηται πρὸς τὸ τοῦ φυτοῦ φύλλον. ἔνιοι μαλλὸν ἐρίου.* quae ad unam eandemque glossam omnia pertinent. cf. Schneider ad Theophr. t. III p. 143.

XLVI.

Γεωργικά.

Agricultura quanquam de plantis doctrinae pars sit secundum Peripateticos (Theophr. c. pl. 3, 1, 1. Rose de Ar. l. p. 179) nec nisi περὶ φυτῶν libri duo in Androniceis Diogenis Laertii nominentur, quos licet georgica quaedam habuisse non minus quam Nicolai opusculum (cf. I, 16, 17) concedas, minime quidem ipsos decebat inscribere georgicos, sub hoc tamen georgicorum titulo proprium Aristotelis opus ferebatur, quod inter ψευδεπίγραφα commemorat index Hesychii habuitque secundum Arabes index Ptolemaei (Wenrich de auct. Gr. vers. p. 154. Hadschi Khalfa V, 132 Fl.). atque eodem nomine georgica Aristotelis citabantur in Quintiliorum fratrum illustrium, quos necavit Commodus (cf. Needham et Niclas proleg. ad Geop. p. 67), georgicis post medium seculum secundum graece scriptis, unde idem quoddam Aristotelis testimonium postea traxerunt et Gargilius Martialis et Anatolius Berytius. ille quidem Alexandri Severi, cuius vitam edidit, aequalis in celeberrimi tractatus de hortis, quae operis maioris, ut docent curae boum, de re rustica pars erat, libro tertio de pomis, si fides inscriptioni codicis Vaticani. ante quem tertium de oleribus (περὶ λαχάνων) Gargilius (cf. Cassiodor. de inst. div. scr. 28) egerat, ut docet *physicae* vel *medicinae Plinii secundi* (ita cod. Pragensis. *liber Plinii iunioris* legitur in cod. Dresdensi sec. XII tres tantum primos libros satisque diversos continentis) i. e. collectionis cuiusdam medicamentorum Salernitanae (et quasi viatici peregrinantium cf. praef.) liber quartus, qui (ut recte iam vidit E. Meyer Gesch. d. Bot. t. II p. 233) nihil nisi Gargilii excerpti medicinas continet ex oleribus (c. 1—38) et pomis (c. 39—58), id quod probat medicina ex cydoniis (Garg. in Maii auct. class. I p. 393 = Plin. c. 42. cf. medicinarum ex pomis epitoma Vaticana apud Maium ib. III p. 419). fuerit igitur librorum de hortis secundus de oleribus, de floribus odoratis primus (fere ut in Geopon. l. X—XII). Quintiliorum autem operi, quo saepe (p. 392. 394. 396. 405. 410. 412) usus est, Aristotelis quoque mentionem Gargilium debere suadent Geoponica hoc est Vindanius (vel Vindanionius sec. Geop.) Anatolius Berytius, amicus Iuliani eodemque proelio a Persis interfectus a. 364 (Ammian. 25, 3. Niclas prol. in Geopon. p. 49), auctor συναγωγῆς γεωργικῶν ἐπιτηδευμάτων (Phot. bibl. cod. 163), e quo uno fonte auctor ἐκλογῶν περὶ γεωργίας, quas, etsi non integras, nunc tenemus, sua omnia simpliciter excerpsit. fuit is secundum codices Graecos Cassianus

Bassus scholasticus, qui Constantino cuidam imperatori opus suum in praefatione commendavit, Pogonatae († 685) fortasse, ut credidit I. Cornarius, vel Copronymo († 775). nam Porphyrogenneta certe, quem volunt, antiquiorem fuisse illum docent Arabes. sub tribus enim nominibus Geoponica e Graeco conversa apud Arabes ferebantur triumque diversorum auctorum fragmenta se apponere credidit Abu Omar Ibn Hadschâdsch (a. 1073 scribens sec. Ibn El-Awwâm I p. 8 in.), quem in suo de agricultura opere imitatus compilavit Ibn El-Awwâm (cf. I p. 8. 9. cf. p. 416. 406), Iunii, Costi, Casii vel Casiani. quae nomina multis modis in codicibus scribuntur. Iûnîûs (Kunius vel Niunius incerta codicis scriptura legitur pro Viunius apud Ibn El-Beitar I, 114 Sonth. cf. Meyer Gesch. d. Bot. III, 154 = Bonyos, Bonoset in Rasis Contin. l. XXV, 1 f. 498, 4. I, 4 f. 8, 4 ed. Ven. 1515. idem est Tritus Rasis XXI, 143 et Barbios Serapionis de simpl. med. in cap. de faba Meyer III, 157, id est Berytius) i. e. Vindanius (V-nd-niûs = V-iû-niûs), et Costus (Kosthûs, Kosthas etc. apud Rasim Costa, Costes, Castes, Fastes etc.) i. e. Constantinus iam in Rasis (qui mortuus est a. 923) Continente citantur, ingenti illo scriptorum Graecorum et Arabicorum thesauro, e quo qui eosdem duo auctores nominant Serapion et Ibn El-Beitar, locos omnes transtulerunt. atque Vindanium sine dubio, non Costum iam sexto seculo in Syriacam linguam transtulit Sergius Eliae filius Resainensis, interpretum eius seculi clarissimus (cf. Renan de phil. peripat. apud Syros p. 23), cui e quatuor Costi versionibus Arabicis antiquissima et perfectissima tribuitur (Hadschi Khalfa V, 132 Fl. Wenrich p. 292 quae continebat *duodecim capita*, i. e. libros, sicut opus Anatolii. et revera apud Ibn El-Awwâm inde a Part. II c. 31, ubi de re pecuaria = Geopon. l. XIII sqq., desinunt Iunii testimonia, non item Costi et Casii). Costo qui Christianus fuit (cf. de Davide apud Ibn El-Awwâm I, 564 = Geopon. X, 87, 8) ab Ibn El-Awwâm fere coniungitur Casius (v. l. Csiûs, Csînûs, Csniûs, Cstnûs, Ctsnûns sec. Banq. I p. 42) i. e. Cassianus, cuius liber non nisi titulo in aliis versionibus alio adscripto a Costo (i. e. Cassiano ad Constantinum) differre videtur similisque fuerit versioni Syriacae inter codices Londinenses repertae, de qua nuper dixit P. Böttcher de la Garde (de Geoponicon versione Syriaca. Lips. 1855: cuius ipsum textum nunc idem edidit. Persicoarabicae versionis, quam commemoravit Hadschi-Khalfa l. c., vestigia habes apud Ibn El-Awwâm II, 388. 420). cum Graecis autem Geoponicis quae a tertia quadam manu Cassianum mutilante profecta sunt (atque ea est quae in tres auctores discerpsit unum hominem Vindanium Anatolium Berytium scriptorumque nominibus in excerptorum titulo inepte

additis quasi unius omnia essent quae deinceps sequuntur, uberrimam errorum segetem genuit, quam sedulo metentem nuper vidimus E. Meyerum botanicae historicum) neque Iunius neque Costus neque Casius plane conveniunt, ut qui de eadem re modo ampliora habeant modo pauciora, modo eadem verba modo in brevius contracta. et Iunius quidem, ubi eadem extant in Geoponicis, ipsa plerumque verba exprimit, Costus et Casius liberius saepe commutant, contrahunt (cf. e. gr. Iunius II, 333 et Costus 334 cum Geopon. II, 27. Iunius II, 205 et Costus II, 207 cum Geop. II, 29. Iunius I, 362 et Costus 361 et 363 cum Geop. V, 8. Casius II, 460 et Costus II, 461 cum Geop. XVII, 2 etc. ceterum quem unum locum sub ipsius collectoris *Κασσιανοῦ* nomine falso intellecto — cf. Geop. X, 2 — habent Geop. V, 6 ubi illud *ἐν τῷ Μαρατωνύμῳ χωρίῳ*, eundem e Costo habet Ibn El-Awwâm I, 352, Graeco tamen nomine illo alienoque pro more omisso, ut in vers. Syr. Lond. secundum P. de la Garde p. 7). atque ex his Georgicorum Graecorum versionibus et ex Iunio quidem, ut patet — ceteri enim auctorum nomina singulis capitulis addita fere omisisse nec nisi ea quae in medio textu occurrerent, servasse videntur, cf. de la Garde p. 16 — id est ex Anatolio, ceterorum quoque Graecorum de re rustica auctorum fragmenta habent Arabes, velut Florentini et Didymi (apud Geop. X, 76, 8—9 = Ibn El-Awwâm I, 418. Didymus enim est qui Sadihames apud Banquerium scribitur I, 203. 266. 269. 275 etc., Florentinus i. e. Flor-entinus qui Karur-Anthos I, 418. 419. Karur Aafantâaus I, 230, Carur Atifo I, 232, Karur Athikos I, 260. 289, Barur Akthos I, 293 etc.). ex Anatolio (Costo) item, quum unus nunc in Graecis supersit locus Aristotelis e Quintiliis sumtus, plures eiusdem habet Ibn El-Awwâm, quos sicut in Hispanicam linguam transtulit Banqueri, infra placet adscribere.

Praeterea georgica Aristotelis non memorantur. nam quod in eorum scriptorum recensu, quos in re rustica consulendos Graecum quendam secutus exhibet Varro (de re rust. 1, 1, 8) — quem recensum secundum litterarum ordinem propositum simpliciter qui id ipsum confitetur (18, 5) expresserat Plinius in auctorum externorum indicibus l. XIV. XV. XVII. XVIII, ubi tamen nonnulla nomina nunc exciderunt, eundemque non nisi mutato ordine ex eodem Varrone descripserat Columella (de re rust. 1, 1, 7) — citabantur Aristoteles et Theophrastus Peripatetici, id manifestum est spectare ad libros de animalibus et de plantis, qui iidem ex parte sunt georgici (cf. ibid. Xenophon Socraticus propter Oeconomicum advocatus etc.). nec nisi plantarum historiae Theophrasteae in georgicis Plinii libris, ut apud Varronem (quem cf. de Th. phyticis 1, 5), usus reperitur, Aristo-

teles semel citatur meteorologicus de ventis (18, 77, 1), semel et apud Varronem et apud Columellam de animalibus.

1. (251)

Gargil. c. V de amygdalis p. 407 Mai (e Gargilio eadem citat Palladius II, 15, 9—10. cf. Colum. de arbor. 25. de re rust. 5, 10, 20): *Si ferax non erit, terebrari in radicibus debet, et taxillus e taeda in foramen aptari vel in locum taedae cuneus, qui esset ex robore. quidam radicibus perforatis silicem adiciunt et ita arboris librum patiuntur inolescere.* (ultima haec e Columella 5, 10, 20: *amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito et ita librum arboris inolescere sinito.*)

Cf. Theophr. h. pl. 2, 7, 6 (unde Plin. 17, 43): *ἐὰν δέ τι μὴ φέρῃ καρπόν, ἀλλ' εἰς βλάστησιν τρέπηται, σχίζουσι τοῦ στελέχους τὸ κατὰ γῆν καὶ λίθον ἐντιθέασιν ὅπως ἂν ῥαγῇ, καί φασι φέρειν ... ἀμυγδαλῇ δὲ καὶ πάτταλον ἐγκόψαντες σιδηροῦν, ὅταν τετράνωσιν, ἄλλον ἀντεμβάλλουσι δρύινον καὶ τῇ γῇ κρύπτουσιν· ὃ καλοῦσί τινες κολάζειν, ὡς ὑβρίζον τὸ δένδρον* (cf. Geopon. X, 61).

Ibn El-Awwâm I p. 551 Banq.: *Es maxima de Aristoteles que introduciendo una piedra en la hendidura executada en el pie del arbol, le hace esto fructificar; la qual ha de quedar descubierta, segun Kastos.*

2. (252)

Gargil. c. V p. 408 Mai. (= Pallad. II, 15, 11): (1) *Ut teneras nuces procreent, utile erit,* [*si*] *ablaqueatis radicibus antequam floreant, aqua calida per aliquos dies irrigetur* (Pall. *ingeratur.* cod. qui supra omittit *si,*

Geopon. X, 59 (ubi eadem plane, licet non eodem ordine, leguntur ex communi cum Garg. fonte sumta et *Ἀφρικανοῦ*, al. *τοῦ αὐτοῦ* i. e. Florentini, inscripta) s. 3: *ἁπαλὴν δὲ καὶ γλυκεῖαν ἐκ σκληρᾶς καὶ πικρᾶς ποιήσεις, εἰ*

sec. Maium habet *irrigata* pro irrigatur i. e. irrigetur).

τὰ περὶ τὸ στέλεχος ἕως τῶν ἐπιπολῆς ῥιζῶν γυμνάσειας καὶ ἀρδεύσειας συνεχῶς ὕδατι θερμῷ πρὸ τῆς ἀνθοβολήσεως.

(2) *fiunt dulcia ex amaris, si circumfosso stipite tribus a radice digitis latior caverna ponatur* (ap. Maium *ponitur*), *qua pruina decurrat. post media trunci parte terebrata cuneum, qui esset ex arboris quidem radicibus, simplici delibutum melle fixerunt* (*si ... fiat caverna ... vel medius truncus terebretur et cuneus ligni melle oblitus imprimatur* Pall.).

Theophr. h. pl. 2, 7, 7 (unde Plin. 17, 43): ἀμυγδαλῆν δὲ καὶ ἐκ πικρᾶς γίνεσθαι γλυκεῖαν, ἐάν τις περιορύξας τὸ στέλεχος καὶ τιτράνας ὅσον τε παλαιστιαῖον πανταχόθεν τὸ ἀπορρέον δάκρυον ἐπὶ ταὐτὸ ἐᾷ καταρρεῖν (cf. id. 2, 2, 11. c. pl. 1, 17. 10.). e Theophrasto Nicol. de plantis I, 17, *amygdalae quoque et mala granata mutantur e malitia sua per culturam. sed mala granata* (cf. Th. h. pl. 2, 2, 11. Pallad. 4, 10 in. Geop. X, 34) *stercore porcino fimata et aqua dulci frigida rigata meliorantur. sed amygdali quoque clavis confixae gummi per multum tempus emittunt, multaeque plantae silvestres per hoc artificium fiunt hortenses.*

Geopon. ib. s. 1: γλυκεῖαν δὲ ἐκ πικρᾶς ποιήσεις, εἰ ἐκτρυπήσας τὸ πρέμνον ἐπὶ παλαιστὴν ἐν τετραγώνῳ, τὸ δάκρυον ἐκδέξῃ τὸ κατ' ἐνιαυτόν, ἕως ἂν γλυκανθῇ.

(3) *nec minus utile est, si affundatur* (*effundatur* Mai.) *stercus*

Geopon. III, 3 (ἐκ τοῦ Βάρωνος καὶ τῶν Κυντιλίων, id est, e Quin-

perg. ib. s. 2: κάλλιον δέ τινες ποιοῦντες, περιορύττουσι καὶ

suillum humano lolio resolutum et radicibus superfusum.

tiliis qui citant Varronem): *τούτῳ τῷ μηνὶ* (*Μαρτίῳ* sc.) *ταῖς ῥίζαις τῶν ἀμυγδαλῶν κόπρον χοιρείαν ἐπιθήσομεν· τάς τε γὰρ πικρὰς γλυκείας ποιεῖ καὶ μείζους καὶ τρυφεράς, ὡς Ἀριστοτέλης φησί. Θεόφραστος δὲ οὖρον ταῖς ῥίζαις ἐπιχέειν φησί* (c. pl. 3, 9, 3. 3, 17, 5—6).

περιβάλλουσι κόπρον ὑείαν, ἐπιχέοντες καὶ οὖρον, εἶτα προσχώσαντες ἀρδεύουσι κατ᾽ ἐνιαυτόν, ἕως οὗ γλυκεῖα γένηται.

3. (253)

Curae illae supra descriptae neque amygdalis solis punicisque sed aliis multis pomiferis adhibitae (cf. Theophr. Pallad. et Geopon. multis locis, Ibn El-Awwâm I, 556 sqq.) eam habent causam generalem, ut coctionem (*πέψιν*) fructuum adiuvent fructusque et largiores et meliores efficiant, ita quidem ut humore superfluo detracto nimiaque alimenti copia sublata magis valeat calor insitus. ita enim docet Theophrastus c. pl. 1, 17. 2, 14. 5, 9. unde haec appono (c. pl. 1, 17, 9:) *οὐ μόνον δὲ τὸ πλῆθος ὀψικαρπεῖν ποιεῖ τῆς τροφῆς* (i. e. *τῆς ὑγρότητος*), *ἀλλὰ καὶ ἀκαρπεῖν ἔνια, καθάπερ ἐπί τε τῶν ἀμπέλων εἴρηται καὶ ἐπὶ τῶν ἀμυγδαλῶν καὶ ὅλως τῶν διατιτραινομένων καὶ κολαζομένων.* (ib. 2, 14, 1:) *ἀφαιρεθέντος γὰρ τοῦ πλήθους τῆς τροφῆς ἰσχύει μᾶλλον τὸ σύμφυτον θερμὸν εἰς τὸ κατάλοιπον.* (ib. 2, 14, 4:) *ἀπορρεούσης γὰρ τῆς ὑγρότητος ἡ καταλειπομένη ῥᾷον ἐκπέττεται γλυκύτης.* sicut autem fructus parum cocti acidi sunt, ita nimis cocti atque desiccati fiunt amari, de qua re exposuit Nicolaus in secundo de plantis (2, 16. 17). atque ita cohaeret quod post ea quae supra adscripsi pergens addit Gargilius (l. c. p. 408 M. post verba . . . *et radicibus superfusum*):

Aristoteles in georgicis amaritudinem amygdali flagranti soli adsignat, quum crebrius exustae dulcior sucus hauriatur (i. e. *ἀπάγηται τὸ γλυκύ*).

Cf. Nicol. de pl. 2, 16 ed. Meyer: *Fructus vero erit amarus* (immo acidus, quod male intellexerunt interpretes), *quia calor et humor non sunt completi in digestione. frigus quoque et siccitas impediunt ut compleantur. convertuntur ergo ad amaritudinem . . . cumque perfecta*

fuerit maturatio, erit amarus. et hoc est propter superfluum calorem cum pauco humore (cf. 2, 17 extr. de causa amaritudinis etiam Pseudar. probl. 20, 25).

4. (254)

Ibn El-Awwâm (Libro de agricultura, traducido al Castellano por Don Iosef Antonio Banqueri. Madrid 1802):

1. T. I p. 551 (c. XII) — vid. supra fr. 1.

2. T. I p. 657 (c. XV): *En quanto a las lechugas y las acelgas dice* ***Aristoteles*** *que, si quieres que en un solo pie de qualquiera de ellas haya dos especies de hortaliza, tomes excremento de camello* (? cf. Graeca) *u otro igual, y horadandole hasta dexarle hueco, pongas en el dos o tres granos de cada una de las simientes de lechugas, apio o semejantes, y sepultandolas en tierra labrada, y cubriendolas con polvo de buena calidad y estiercol podrido bien desmenuzado en cantidad suficiente, segun lo expresado en la siembra de las hortalizas, les des con frequencia los acostumbrados riegos, pues asi quando nacen se forman un solo pie; y lo mismo sucede, si en lugar de las lechugas se ponen acelgas.*

Similia in Geopon. XII, 14 s. tit. *Ὥστε θρίδακα ἔχειν ἐν ἑαυτῇ σέλινον καὶ εὔζωμον καὶ ὤκιμον καὶ τὰ τοιαῦτα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης. Διδύμου: Αἰγὸς ἢ προβάτου λαβὼν τὴν κόπρον, καίτοι μικρὰν οὖσαν τρυπήσας, κένωσον εὐφυῶς καὶ ἔνθες τὰ σπέρματα εἰς τὸ κενωθὲν πυκνῶς τῶν προειρημένων ἢ ὧν βούλει σπερμάτων καὶ εἰς βάθος μὴ ἔλαττον παλαιστῶν δύο κατάθου, προυποπάσας ἁπαλὴν κόπρον καὶ ἀραιὰν διαθεὶς, ἔπειτα λεπτὴν γῆν ἐπιχώσας ἄρδευε ἠρεμαίως ὕδατι καὶ ἐκφυὲν τὸ σπέρμα κατάρραινε, συνεχῶς ἐπιπάσσων κόπρον· καὶ ὅταν εἰς καυλὸν αὐξηθῇ, ἐπιμελοῦ πολλῷ μᾶλλον, καὶ ἔσται θρίδαξ τῶν συνεμβληθέντων σπερμάτων συμφυής* (cf. Pallad. 2, 14, 3).

3. T. I p. 671 (c. XVI): *Si quieres, dice* ***Aristoteles****, conservar manzanas, guardalas metidas en barro de alfahares el tiempo que te pareciere, y las hallaras buenas y sanas. Y si te agradare, pon el mismo barro en vaso de igual materia, lodo seco, o cosa semejante, y alli occulta las manzanas sin juntar unas con otras; las quales guardando las en el vaso despues de seco, las sacaras xugosas siempre y quando quisieres; y si las pones en tinajas, embarrando le a estas un poco, se conservan frescas mucho tiempo.*

Similia quidem sed artificiosiora habent Geopon. X, 21. cf. Pallad. (e Gargilio) 3, 25, 17.

4. T. I p. 673 (c. XVI): *Maxima es de Aristoteles, que el que quiera conservar los membrillos, los tenga en barro de alfahareros.*

Cf. Geopon. X, 28. Gargil. (c. 1 de cydoniis) p. 392 M., e quo Pallad. 3, 25, 25.

5. T. II p. 226 (c. XXV): *citando a Aristoteles se dice, sobra las cosas que echan a perder los melones, que si se rocian con algun vinagre, se pudren enteramente; que si en el melonar o cohombral entra muger menstruada, daña esto a uno y otro, pues les corrompe el fruto haciendo le amargo; y tambien se dice, que enferma y se pudre.*

De mulieris accessu cf. Colum. 11, 3, 50. Geopon. XII, 20, 5 (ubi *περὶ μηλοπεπόνων*): *γυνὴ ἔμμηνος μὴ εἰσίτω εἰς σικυήλατα· μαραίνει γὰρ τοὺς καρποὺς καὶ τὰ φυόμενα πικρὰ ἔσται.*

6. T. II p. 242 (c. XXV): *Si quieres, dice Aristoteles, que fructifiquen mucho las calabazas, los cohombros y los pepinos, y que ademas de esto no necessiten aquellas (segun Kastos) mucho riego, cava en la tierra donde quieras sembrar aquellas pepitas unos hoyos hondos y anchos, y habiendoles rehinchido la mitad de paya y herba seca, acabalos de llenar con mezcla de polvo xugoso y estiercol repodrido quanto un codo en alto; y sembrando alli aquella simiente riegala con agua, pues de este modo viendra bien y su fruto sera muy abundante. Añade el mismo Kasto* etc.

VII. ZOICA.

XLVII.

Ζωικά

(= ἀνατομαί).

Novem περὶ ζώων libros in indice numeravit Andronicus, ἀνατομῶν septem (cf. ad ind. no. 102. 103), quibus duobus singulares quosdam libellos (no. 104—7) idem addit. ex his semel apud Apollonium memoratur ἡ ἐκλογὴ ἀνατομῶν, cuius originem maiori illi quod praecedit ἀνατομῶν operi deberi manifestum est. ultimus autem ὑπὲρ (= περὶ) τοῦ μὴ γεννᾶν idem est cum eo qui post historiam animalium vulgo et legitur in manuscriptis et legebatur, decimus a librario quodam inepte olim numeratus (Rose p. 171). de reliquis duobus nihil notum est nisi quod alterius titulus, cuius argumentum ex variis historiae animalium locis facile suspiceris (Rose p. 209), redit inter libros Stratonis (περὶ τῶν μυθολογουμένων ζώων D. L. 5, 59). iam vero sicut duo quae maioris ambitus fuerint de animalibus opera posuit Andronicus, duas item περὶ ζώων πραγματείας titulo distinguit Apollonius is cuius ἱστορίαι θαυμάσιαι cum reliquis mirabilium scriptoribus in unico nobis traduntur codice Palatino 398, ubi citatur c. 27 Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς ζωικοῖς· δύο γάρ εἰσιν αὐτῷ πραγματεῖαι ἡ μὲν περὶ ζώων ἡ δὲ περὶ τῶν ζωικῶν (i. e. cuius inscriptio fertur haec: ζωικά). quum vero historia animalium, quorum revera simpliciter vulgo titulus citatur περὶ ζώων (apud Athenaeum quidem περὶ ζώων μορίων, quo de partibus historici significantur, hoc est historia animalium, non qui nunc vocantur de partibus animalium libri philosophici), per aevum antiquum omne tantopere celebrata fuerit et certatim a grammaticis (sicut scholiorum quae servata sunt et lexica testantur) physicisque inde ab Alexandrinis in usum vocata (velut ab Aristophane Byzantio qui epitomam scripsit, cf. Nauck Arist. fr. p. 280, sicut inter scripta Theophrasto tributa memorantur ἐπιτομῶν Ἀριστοτέλους περὶ ζώων libri sex, atque ab ipso Callimacho qui sicut

postea περὶ ζώων Trypho, cf. A. von Velsen Tryph. fr. p. 89, περὶ ὀρνέων vocabulorum causa scripsit singula καταριθμούμενος, ut ait Athen. IX p. 388[d]. cf. ἀναγράφειν illud in fragmentis apud schol. Aristoph. repetitum ed. Blomfield. Lond. 1815 p. 218 sq.), alterius operis, scil. Zoicorum (cuius neque Philo in l. de animalibus armeniace servato ed. Ven. 1822 neque Plutarchus in l. de solertia animalium notitiam habuerunt neque qui Plutarcheo illo utitur Porphyrius in eis quae scripsit de abstinentia ab esu animalium: qui omnes ex historia animalium multa transtulerunt. cf. etiam de antiquioribus Porphyr. de abst. p. 238. 276.*), praeter pauca illa Apollonii et praeter vestigia apud Aelianum et Oppianum (et Plutarchum?) apparentia, apud unum Athenaeum, qui et ipse ut eorum mentionem faceret lexicologico quodam studio adductus est, fragmenta reperiuntur plurima quidem numero at ita comparata ut spurii cuiusdam operis et Aristoteli falso adscripti ea fuisse nullatenus dubites (cit. ἐν τῷ περὶ ζωικῶν = ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ζωικῷ: nam sicut ἐν τῷ ᾱ περὶ ζώων ἱστορίας non raro dicitur pro ἐν τῷ ᾱ ζώων ἱστορίας, ita ἐν τῷ περὶ ζωικῶν idem est apud Athenaeum atque ἐν τῷ ζωικῷ, ἐν τοῖς ζωικοῖς. quod autem in his fragmentis interdum legitur περὶ ζώων, ubique emendandum est et scribendum περὶ ζωικῶν). neque praeterea locus extat, ubi perditum hoc alterum de animalibus opus adhiberi videas, nisi unus Apuleii, qui talis est ut quum de asello pisci ex Aristotelis quas vocat anatomis (qui titulus praeter indicem D. L. nusquam memoratur) idem plane afferat et eodem errore insigne mirumque quod inter reliqua zoicorum fragmenta habet Athenaeus (fr. 41), eiusdem operis, alterius scil. de animalibus pragmatiae, duos diversosque titulos fuisse sine ulla dubitatione intelligas, Anatomarum alterum, quo utitur Andronicus, alterum Zoicorum, quem parum certum et definitum qui ex antiquioribus ut videtur fontibus testimonia promunt, adhibent Athenaeus et Apollonius. neque enim aliud est titulorum illorum (περὶ ζώων et περὶ

---

* quanquam sane in tanta Plutarchi aliorumque auctorum praeter Athenaeum brevitate quippe qui ipsa nunquam testimoniorum nescio unde arreptorum verba afferant, difficillime sit diiudicatu, utrum ex ipsa *historia animalium* ea derivata habeant repetantque an ex compendio quodam in usum faciliorem edito ipsisque adeo *Zoicis*, quorum eadem plerumque materia fuit. cf. de Plutarcho ad fr. 1 et 52. quibus addas locum Plut. qu. conv. 8, 7, 3 de hirundine: σαρκοφάγος γάρ ἐστι — cf. Ar. h. a. 8, 3. 592b16 — καὶ μάλιστα τοὺς τέττιγας ἱεροὺς καὶ μουσικοὺς ὄντας ἀποκτίννυσι καὶ σιτεῖται· καὶ πρόσγειος αὐτῆς ἡ κτῆσίς ἐστι τὰ μικρὰ καὶ λεπτὰ τῶν ζώων ἀγρευούσης, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης.

ζωικῶν) discrimen quam *περὶ ἠθῶν* Theophrasti eiusdemque *ἠθικῶν*: utrique enim librariorum antiquissimorum et bibliothecariorum arbitrio debentur eiusdem auctoris de eodem argumento libros titulo paulisper mutato distinguentium (cf. Anonymi, qui neque Eustratius est neque Ephesius, nedum Aspasius, comm. in quintum Ar. ethicorum — ad p. 1129b29 — cod. Paris. 1926 f. 115b inf.: *τοῦτο Θεόγνιδος . . . τόπον, μὲν παροιμίας ἐπέχει καὶ μέμνηται αὐτῆς ὡς παροιμίας Θεόφραστος ἐν πρώτῳ τῷ περὶ τῶν ἠθῶν· ἐν τῷ πρώτῳ δὲ τῶν ἠθικῶν ὡς Φωκυλίδης αὐτοῦ* — sic cod., corr. *Φωκυλίδου αὐτῆς — μέμνηται*). has igitur anatomas vel animalium secundum partes et exteriores et interiores descriptiones Aristotelis, cuius nomine inscriptae ferebantur (utpote excerptae ex Aristotele), revera esse eo libentius librarii antiqui concedebant, quia ipse eas auctor citare eis locis videretur quibus non nisi tabulas anatomicas significavit historiae animalium olim additas (Rose p. 188 sq. ceterum non dubito quin quod in Razis Elhavi sive Continente hic illic citatur Galeni opus tribus libris editum *de Aristotelis scientia anatomica* interpretis Arabici errore ortum sit ex tribus libris nunc deperditis de anatomia Erasistrati: cf. Wenrich p. 252. Raz. Cont. ed. Ven. 1515 lib. V, 1 f. 103, 1: *de anathomia aristotelis dixit* sc. Galienus. cf. VII, 2 f. 143, 3. eiusdem confusionis exemplum praebet Abd-Allatif, Relation de l'Egypte trad. par de Sacy Par. 1810 p. 33 cf. p. 121. similes quidem libros suos de Hippocratis anatomia ipse saepius citat Galenus, velut t. XVII, 2, 841. VII, 851. utrumque opus idem memoravit in l. de libris propriis c. 1 t. XIX, 14. cf. c. 7 p. 37). reliquos autem libellos qui de animalibus scripti in bibliothecis Peripateticis ferebantur, non iam universam aut historiam aut philosophiam sed singula tantum rerum zoologicarum capita tractavisse reperiuntur. qui discipulorum sane studiis ad singularia confugientium convenientes, discipulorum optimo Theophrasto maximam partem tribuuntur, quo quidem nemo saepius praeter Aristotelem de rebus zoicis testis appellatur. iam vero si quas solas fere spectant qui Theophrastum citant septem *περὶ ζώων* dissertationes (D. L. 5, 43—44. cf. Rose p. 47. 87) communi titulo coniunctas in Theophrasteorum indice recte ferri facile censebimus, eo gravius atque memorabilius illud videbitur quod non solum paucos illos libellos, quorum supra memini, sed hos ipsos septem in Photii bibliotheca partim excerptos (cod. 278), quos Theophrasti fuisse cum Andronico posteriorum iudicium cognovit, sub ipsius Aristotelis falso nomine antea extitisse et pro Aristoteleis habitos esse constat apud Alexandrinos ipsiusque Callimachi et Hermippi tempore, a quibus indicis Laertiani origines quidam repetunt.

etenim Antigonus Carystius (hic enim a Stephano Byzantio citatur), qui c. ol. 140 edidit *ἐκλογὴν τῶν παραδόξων*, in qua non solum ex Aristotelis animalium historia (c. 26, cf. 60: *ἐκ τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους συναγωγῆς*, ex ea praecipue quae *περὶ ζώων ἠθῶν καὶ βίων* habetur h. a. l. 8 et 9. cf. *περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἤθους ᾱ* Theophrasti D. L. 5, 49) multa excerpsit, sed ex consimili neque incelebri Callimachi opusculo (Antig. c. 129) eodemque quod Varro postea imitatus est in *admirandis* a Plinio mirabilia tradente (cf. e. g. Varronis fr. ex Sosipatro post l. de L. L. ed. Bipont. p. 253 *in silva mea est glis nullus*, in quo — cf. not. p. 317 — corrigas *in silva Mesia* ex Plin. 8, s. 83 qui hoc ipso Varronis loco utitur. cf. Plin. 8, 43), item a Vitruvio (8, 3), Seneca (qu. nat. l. III), Solino (c. 7, 12. 27) exscriptis, magnam partem repetiit, is igitur ex Aristotele citavit (mir. c. 20 et 25 ed. Westerm.) quae ad Theophrasti libellos pertinent *περὶ τῶν ζώων ὅσα λέγεται φθονεῖν* et *περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας* (cf. ib. c. 19, ubi Aristoteles qui citatur est auctor libri *περὶ τῶν ἀθρόως φαινομένων*), quanquam idem ubi ex Callimachi libro mirabilium auctores affert, aliorum librorum (*περὶ θαλάττης* Ant. 130—31 cum Ar. mir. 58—59, *περὶ ὑδάτων* Ant. 158) qui argumentum habent meteorologicum, Theophrastum auctorem et ipse agnovit. ex qua re satis intelligitur, si librorum Aristotelis de animalibus fere septuaginta admirabundus alibi mentionem facit Antigonus (c. 60), in eo numero comprehensos fuisse Theophrasti omnes aliosque fortasse aliorum etiam Peripateticorum antiquorum varios, universum itaque scholae Peripateticae corpus quoddam zoologicum significari. quem numerum, postquam accuratius recentiorum iudicium ab Aristoteleis Theophrasteos separavit (licet etiam Ptolemaei index inter Aristoteleos habuisse videatur librum *περὶ τῶν φωλευόντων*, v. Wenrich p. 146 et ib. add. p. 300), fortasse non sine certa ratione apud eum cuius auctoritatem Plinius sequitur, ita deminutum legimus, ut *quinquaginta ferme volumina illa praeclara de animalibus* Aristoteles condiderit (nunc quadraginta fere numeramus, scil. praeter 26 genuinos sub no. 9—11 apud Rosam p. 241, anatomicorum septem vel octo cum libro Pseudaristotelico *περὶ ζώων κινήσεως* quatuorque vel quinque aliis monobiblis). neque iam causa est cur valde miremur quod sub Aristotelis nomine ferri videmus librum *θαυμασίων ἀκουσμάτων*, cuius magna pars non solum ex historia animalium, e qua ipsum principium sumitur, sed ex eisdem illis dissertationibus zoologicis rerum singularium memoria plenis ducta est, quae quo tempore mirabilium farraginem auctor ignotus composuit, Aristotelis nomine vulgo inscribebantur. nam, ut brevibus nunc comprehendam

quae peculiari commentatione accuratius demonstranda sunt, si extremam collectionis particulam (152—178 λέγεται περὶ τὰ Τύανα etc.), cuius longe recentiores pessimique (qualis Pseudoplutarchus de fluviis) fontes sunt, recideris a Peripatetico libello prorsus alienam nec nisi fortuita quadam librarii cuiusdam recentioris negligentia cum maiore collectione, cui argumenti causa in codice adnectebatur, olim conglutinatam, si porro ordinem capitulorum antiquo errore turbatum ita restituas ut deinceps se excipiant c. 1—114. 130—137. 115—129. 138—151 (fere ut in cod. Vindobon.), omnis mirabilium Aristotelicorum liber (quanquam non integer nunc extare videtur, cf. etiam Steph. Byz. s. Γέρμαρα, non magis quam problematum libri) ex trium auctorum eclogis seorsim exhibitis eisque partim historicis partim physicis compositus est editusque ab aequali quodam Callimachi (c. ol. 130—35. cf. Rose p. 55). quo tempore quum non minori studio etiam historici Isocratei mirabilia libris inseruissent, non mirum est si post eclogas sive Aristotelis (c. 1—15 ex h. a. l. IX, exceptis c. 9. 10) sive eorum librorum qui Aristotelis tunc nomine (Theophrasti postea) ferrentur (c. 1—77, praeter c. 51—60 quae aut omnino aliena sunt et aliunde postea inserta aut alieno loco posita: videntur autem ex historicis desumta esse), primum Timaei (c. 78—114. 130—136) sequuntur, deinde Theopompi (137. 115—129. 138) fragmenta, post quae rursus agmen Aristotelea claudunt i. e. Theophrastea (139—151). atque in his quidem eclogis philosophicis praeter aliorum libellorum Theophrasteorum vestigia ut περὶ μελίτων c. 16—22, περὶ τῶν αἰθομένων c. 33—40 (ita enim in indice Th. D. L. 5, 42 legendum est pro λιθουμένων, neque vero cum Usenero anal. Theophr. p. 4 ἀπολελιθωμένων: cf. de lap. 22, de igne 76 et miracula ignium apud Plin. 2, 107—11, ubi s. 110 *quae loca semper ardeant*. cf. e. g. Xen. anab. 6, 3, 19: πᾶσα ἡ χώρα αἴθεσθαι ἐδόκει), περὶ λίθων c. 41, περὶ μετάλλων (de quo cf. praef. in fr. Ar. π. μετ.) c. 42—50. 61. 62 etc., haec reperiuntur Theophrastea de animalibus: c. 63—67 περὶ τῶν φωλευόντων (VII), c. 68—70 περὶ ἑτεροφωνίας τῶν ὁμογενῶν (I), c. 71—74 περὶ τῶν ἐν ξηρῷ διαμενόντων (V), c. 75—77 περὶ τῶν λεγομένων φθονεῖν (IV), c. 139—151 περὶ τῶν δακετῶν καὶ βλητικῶν (III), c. 23—28 περὶ τῶν ἀθρόως φαινομένων (II), c. 30 περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας (VI). haec igitur *mirabilium Aristotelis et Timaei et Theopompi* collectio in unum postea brevioremque Aristotelis titulum abiit, atque Aristotelem quidem iam citavit qui eisdem illis mirabilibus manifesto usus est, Isigonus (Nicaeensis), auctor et Varrone et Plinio antiquior (cf. Isig. c. 24—26 = Vitruv. 8, 3 p. 240 Bip. qui ex Varrone sua sicut alia plurima transtulit, = Varro

apud Plin. 31, s. 11—13), recentior autem Aristone Ceo (et ut credo Posidonii fere aequalis), ex cuius ἀπίστων libro secundo excerpta esse omnia deprehendas quae leguntur in codice Florentino ab Henrico Stephano, qui Photii male comparati memor fuit, sub falso fictoque Sotionis nomine olim edita. iam vero quum sicut ex antiqua illa librorum Aristotelis et Theophrasti confusione efficitur, quo antiquiore quis testimoniorum zoologicorum fonte utatur, eo iustior sit causa cur si quidem Aristotelem testem afferat, Aristotelem ei pro eodem auctore esse iudicemus qui recentioribus nobisque sit Theophrastus, facile mira illa Aeliani inconstantia explicatur, qui eiusdem plane generis argumenta modo Theophrasto modo Aristoteli se debere fateatur. atque propter hanc ipsam inconstantiam mihi fragmenta Aristotelis zoologica collecturo necessitas imposita fuit, ut Theophrasteas reliquias Aristoteleis adderem, ipsa quam solam in hoc omni negotio me secuturum esse praefatus sum, titulorum antiquorum ratione commotus. scilicet rei naturam, non titulos fortuito fere inscriptos si secutus fuissem, non in hoc solo argumento sed in omnibus confundenda atque coniungenda fuissent Aristotelis et Theophrasti hoc est antiquissimae Peripateticorum stirpis quae reliqua sunt: omnium enim eadem sors est neque ad Aristotelem ulla pertinent.

Zoicorum libros non ipse manu versavit Athenaeus, qui una cum historiae animalium locis fragmenta eorum affert ex certis quibusdam libris petita, libri de piscibus (ἐν τῷ περὶ ζωικῶν ἢ ἰχθύων) plurima (in quo simul etiam περὶ μαλακίων agebatur, scil. περὶ τῶν ἐνύδρων, qualem Clearchi liber titulum gerit), pauciora libri de avibus, quem sine titulo (ὡς ἐν ἄλλοις) simpliciter citare solet (adde fr. περὶ ἐντόμων apud Apollonium). Athenaeus enim, cuius sermones convivales neglecta disputatione in lexicum passim abeunt (velut ubi pisces recenset et aves), cuius adeo universa opera, utpote philologi vel grammatici, nihil fere nisi lexici naturam mutata specie refert atque lexicologorum fundamento priorumque auctorum copiis ubique nititur, quo denique in omni antiquitate vix est cuius in uberrimae doctrinae specie minor exiliorque fuerit propria doctrina, is ne Aristotelis quidem illa testimonia ex diversis et περὶ ζώων μορίων et περὶ ζωικῶν operibus passim confusa et cum simillimis Alexandri Myndii (περὶ ζώων) coniuncta (itaque apposita ut communem antiquioris cuiusdam laboris fontem inter se comparati testentur ipse, Aelianus, Oppianus, qui eiusdem operis frusta repetunt), ne ea quidem igitur non debere videtur Pamphili thesauro Didymeo, qui ut piscium nomina in Archippi maxime fabula quae ἰχθῦς inscripta erat coacervata (Meineke fr. com. II, 2, 718. hist. com. p. 205) illustraret, phy-

sicorum libros zoologicos merito adhiberet, eos praecipue quorum facilior usus esset eaque conformatio ut lexicorum mori fere respondentes, incuriosi autem philosophiae singulas animalium classes seorsim singulis libris tractarent singulorumque animalium plenam quandam et enumerationem et descriptionem offerrent. atque tales quidem erant non solum grammaticorum libri, velut Callimachi, sed eorum qui eodem litterarum Alexandrinarum aevo Aristotelis operibus zoicis operam darent et excerpendis et novo modo ita redigendis ut coniuncta legerentur quae ille, sicut comparationis ratio inaequabilis ferebat, sparsim diversisque locis protulisset. sic quidem etiam Alexander Myndius egerat, auctor Marii tempore non antiquior (cf. Athen. V, 221), cuius (ex libro de avibus praecipue) adeo similia fragmenta (cum Aeliano, Porphyrio, Schol. Theocriti) Athenaeus habet, ut pseudaristotelicos zoicorum libros et imitatus esse et in usum convertisse intelligatur (v. fr. 10 a—g). etenim Pseudaristoteles iste, non sicut philosophus sed ut philologus i. e. qui rei ipsius imperitus esset, singula animalia ita descripserat, ut quae multis communes differentiae essent, eas quum in unoquoque semper repeteret et quaecunque ad eandem speciem pertinerent ex diversis historiae animalium locis in unam descriptionem non sine errore atque confusione colligeret, ex altero quidem ignotoque fonte passim adauctam et in externis potissimum magnitudinis et figurae colorisque notationihus curiosam, sic igitur utilitatem quandam grammaticis aptam venatus esse videatur, ordinem autem aut plane nullum aut eum qui primas vocabulorum litteras spectaret pro more lexicographi. atque hanc quidem operis rationem singulis capitibus singula recensentis titulus alter exprimere videtur ἀνατομαί. librorum autem septem singulorum (septem etiam Ptolemaeus numeravit secundum Arabes W. p. 148. cf. Hadschi Khalfa V, 73: *septem libri de motu et anatomia animalium*: ubi intelligas *de genitu*, π. γενέσεως, non περὶ κινήσεως) argumenta recte aestimabimus, si περὶ τετραπόδων: ζωοτοκούντων, ᾠοτοκούντων, περὶ ὀρνίθων, περὶ ἰχθύων (in quo etiam — ut docet fr. 23 — περὶ μαλακίων, item περὶ μαλακοστράκων et περὶ ὀστρακοδέρμων, sicut apud Plinium in nono nat. hist.), περὶ ἐντόμων deinceps eos exposuisse statuamus. ita certe egerat Aristophanes Byzantius (quem Didymus etiam usurpavit, ut consona de trigla secundum Aristophanem Athenaei Aeliani Oppiani verba docent, v. fr. 47), cuius de animalibus secundum Aristotelem epitoma librum primum habuisse videtur generalem de divisione animalium communibusque eorum et differentiis et actionibus, victu scil. et generatione, secundum autem περὶ τῶν ζωοτοκούντων, deinde tertium περὶ τῶν ᾠοτοκούντων et

περὶ ὀρνίθων quartum, si quidem ex inedita quadam collectione in usum gratiamque imperatoris Constantini (Porphyrogeniti) adornata licet coniecturam facere. huic enim pro fundamento fuit Aristophanis epitoma, dispositio autem ea quam modo dixi. extat enim inter novitios bibliothecae Parisiensis codices (gr. suppl. 495, foliorum XVI bombyc. in 4° sec. 14) qui sic describitur in catalogo: *Histoire naturelle par l'empereur Constantin livre premier déterré de la tour de pantocrator* (scil. e monasterio *τοῦ Παντοκράτορος* in monte Atho, de cuius bibliotheca in turri condita cf. Curzon, Visits to monasteries in the Levant. L. 1849 p. 360). hunc mense Ianuario a. 1857 ipse Parisiis perlustravi. habet autem post prima quinque folia variis excerptis occupata primi illius libri hoc initium f. 6ᵃ:

Συλλογὴ τῆς περὶ ζώων ἱστορίας, χερσαίων πτηνῶν τε καὶ θαλαττίων, Κωνσταντίνῳ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ καὶ αὐτοκράτορι φιλοπονηθεῖσα. Ἀριστοφάνους τῶν Ἀριστοτέλους περὶ ζώων ἐπιτομή, ὑποτεθέντων ἑκάστῳ ζώῳ καὶ τῶν Αἰλιανῷ καὶ Τιμοθέῳ (sc. Timotheo Gazaeo qui scripsit *περὶ ζώων τετραπόδων*: cf. excerpta cod. Baroc. 50 in Crameri Anecd. Ox. IV p. 263—69) *καὶ ἑτέροις τισὶ περὶ αὐτῶν εἰρημένων*: —

Ζώων ἔθη νομάς τε καὶ φύσεις ἅμα
τῶν γηγενῶν πτηνῶν τε καὶ θαλαττίων
ἄναξ ὁ πιστὸς καὶ σοφὸς Κωνσταντῖνος
συνῆξε λεπταῖς ᾧδε τοῦ νοῦ φροντίσιν: —

Ταῦτά ἐστιν ἐν τῇ νῦν γραφομένῃ ὑφ' ἡμῶν συντάξει, ἃ δεήσει σε ἐπιγνῶναι, (f. 6ᵇ:) *τίνι λέγει ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ περὶ ζώων πραγματείᾳ σελάχια ζῶα καὶ τίνα μαλάκια, ομοίως δὲ καὶ τίνα μαλακόστρακα κατονομάζει καὶ τίνα οστρακόδερμα, ποῖά τε λέγει καρχαρόδοντα καὶ τίνα χαυλιόδοντα καὶ ἀμφώδοντα καὶ συνόδοντα, ποῖά τε ἔντομα πέφυκε καὶ τίνα ἐστὶν ἀμφίβια καὶ λεπιδωτὰ καὶ φολιδωτὰ καὶ ποῖα μώνυχα καὶ δίχηλα καὶ πολυσχιδῆ καὶ στεγανόποδα καὶ κολοιόπτερα καὶ πτιλωτὰ καὶ πτερωτὰ καὶ γαμψώνυχα καὶ ὁλόσφυρα* (cf. Aelian. n. a. XI, 37). *τοιαύτης γὰρ τῆς ὑποτυπώσεως γενομένης, εὐεπίγνωστος μᾶλλον καὶ ἡ τῶν κατὰ μέρος γενήσεταί σοι ἱστορία.* sequuntur definitiones et divisiones: deinde de victu et generatione (et praecipue de hominis generatione) inde a f. 8ᵃ, ubi sic: *ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς διαιρέσεως ἐπὶ τοσοῦτον. ἐπεὶ δὲ δύο πράξεις τοῖς ζώοις, ἡ μὲν περὶ τὴν εὐπορίαν τῆς τροφῆς, ἡ δὲ περὶ τὴν κύησιν καὶ ἔκτεξιν αὐτῶν, ἀναγκαῖον τὰ περὶ τὴν κύησιν αὐτῶν πρότερον ἐπιδραμεῖν, ἐπειδὴ καὶ περὶ τῆς γενέσεως αὐτῶν τὸν πλεῖστον*

υπεσχόμην λόγον ποιήσασθαι. desinit autem ita cum ipso codice primus liber f. 16[b]: *ὅσα μὲν οὖν δυνατὸν ἀναλεξάμενον ὡς ἐν ἐπιδρομῆς μέρει καθολικώτερον εἰπεῖν σχεδὸν εἴρηται. ἐν δὲ τῷ ἐχομένῳ ὡς προεῖπον κατ' εἶδος ἑκάστου ζώου τάς τε πράξεις καὶ τοὺς βίους, ἔτι δὲ τὰ ἔθη, καὶ* (cf. Aristoph. de anim. fr. 3) *πόσα δύναται ἕκαστον ζῆν ἔτη, ἀναγραφῆς ἀξιώσαντι ἀναθήσομαί σοι*: — reliquorum autem librorum qui desunt argumenta tamen his locis tanguntur: f. 7[b]: *ὑπὲρ δὲ τοῦ βίου τούτων καὶ τῆς μορφῆς καὶ καθόλου τῶν ἄλλων ὀρνίθων ἐν τῷ τετάρτῳ δηλώσω.* — f. 8[a]: *ἀκριβέστερον δὲ περὶ αὐτοῦ (τοῦ γυπός) ἐν τῷ τρίτῳ* (?) *διασαφήσω ... ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῶν ᾠοτοκούντων πάντων τίς ὁ βίος καὶ ὁ τόκος αὐτῶν, ἐν τῷ τρίτῳ μοι δηλωθήσεται.* — f. 10[a]: *ῥηθήσεται δὲ καὶ περὶ τῆς ἐκτέξεως αὐτῶν καὶ ἐκτροφῆς καὶ τῆς ποσότητος τῶν γεννωμένων καὶ τὸ ὅλον τοῦ βίου αὐτῶν ἐπ' ἀκριβείας κατὰ προγραφὴν ἐν τῷ δευτέρῳ, ἐπιγραφησομένῳ δὲ περὶ τῶν ζωοτοκούντων. νῦν δὲ ὑπομνήσεως χάριν ἐπιτετροχάσθω.*

Iam restat, ut animalium quae in fragmentis describuntur brevem recensum subiiciamus:

Περὶ ὀρνίθων: 1 *γέρανος* (?). (*κίχλη*? cf. ad fr. 7). 2 *κύκνος*. 3 *ὄρτυξ*. 4 *πέρδιξ*. 5 *περιστερά*. 6 *πορφυρίων*. 7 *στρουθός*. 8 *ταώς*. 9 *ὠτίς*. 10 *ὦτος*.

Περὶ ἰχθύων: 11—23 de communibus piscium (aquatilium) differentiis (11 *σελάχη*. 12 diff. variae. 13—17 colorum diff. 18 quae vocem habeant. 20. 21 morum diff. 22. 23 *ὀστρακόδερμα* 23 *μαλάκια*). 24 *ἀλφηστικός*. 25 *ἀμία*. 26 *ἀφύη*. 27 *γαλεός*. 28 *ἔγχελυς*. 29 *ἐρυθρῖνος*. 30 *ἥπατος*. 31 *καλλίχθυς*. 32 *καλλιώνυμος*. 33 *κεστρεύς*. 34 *κίθαρος*. 35 *κορδύλος*. 36 *κυπρῖνος*. 37 *λάβραξ*. 38 *μύραινα*. 39 *νάρκη*. 40 *ξιφίας*. 41 *ὄνος*. 42 *ὀρφώς*. 43 *σάλπη*. 44 *σαρδῖνος*. 45 *σκάρος*. 46 *σκορπίος*. 47 *τρίγλη*. 48 *φάγρος*.

περὶ μαλακίων: 49 *πολύπους*. 50 a *ἐλεδώνη*. b *ὀσμύλη*. 51 *ναυτίλος*. 52 *σηπία*. 53 *τευθίς*. 54 *τεῦθος*.

(*Περὶ ἐντόμων*:) 55. (56) *φθείρ*. — (57 *μάργος*?).

Ceterum cum ipsa horum librorum ratione animalium proprietates moresque quasi enumerante novorum vocabulorum (adiectivorum scil.) multitudo congruit (cf. maxime fr. 12—23), quibus proprietates illae in singulis repetitae breviter exprimantur, velut *λιθοκέφαλα, ἀκανθοστεφῆ, μονάκανθος* (24), *δίραβδα, πολύραβδα, γραμμοποικίλα, ποικιλόγραμμος, ἐρυθρόγραμμα, μελανόγραμμοι, ποικιλερυθρομέλαινος, νωτόγραπτα, σκολιόγραπτα, ὀρροπυγόστικτα, μελανόστικτα, ποικιλόστικτα,*

λεπτόστομον, παχύστομον, συμφυές, μονοφυές, τρεψίχρως, σχιδανόπους (3 sqq.), *μονήρη* (19 etc.), *συναγελαστικά, ποιολόγος* (8), *ἀμφίβιος* (35) etc.

(*Περὶ ὀρνίθων*.)

1. (255?)

γέρανος.

Cicero de nat. deor. 2, 49 (ubi de providentia deorum Stoicus disputat ex Panaetio *περὶ προνοίας* ut videtur, quem librum eodem fere tempore quo haec scriberet in manibus ei fuisse docet ep. ad Att. 13, 8): *legi etiam scriptum esse avem quandam quae platalea* (*platea* Plin., *ἐρωδιός* Plut. Ael.) *nominaretur* (cf. eadem apud Plin. 10, 56. Plut. de sol. an. 10. Ael. 5, 35) . . . *illud vero ab Aristotele animadversum, a quo pleraque, quis potest non mirari, grues quum loca calidiora petentes maria transmittant, trianguli efficere formam. eius autem summo angulo aer ab iis adversus pellitur, deinde sensim ab utroque latere tanquam remis ita pennis cursus avium levatur. basis autem trianguli quem grues efficiunt, ea tanquam a puppi ventis adiuvatur, eaeque in tergo praevolantium colla et capita reponunt. quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet cui innitatur, revolat ut ipse quoque quiescat. in eius locum una succedit ex iis quae acquierunt eaque vicissitudo in omni cursu conservatur. multa eius modi proferre possum, sed genus ipsum videtis.*

Ex eodem fonte utriusque avis artes gruumque triangulum narrant Plutarchus de solert. anim. c. 10 et Aelian. n. a. 3, 13 (cf. 5, 35). Plinius autem qui Aristotelem potius sequitur de duce gruum aliud quid memorantem (h. a. 9, 10, ubi eodem modo avium quarundam quos pelecanos dicit conchas devorantium mentio adnectitur), duos diversosque testes miscuit confuditque (id quod lapilli mentio docet 10, 30. cf. 56). cf. etiam Schneider ad Ar. h. a. comm. t. II p. 75.

2. (256)

κύκνος.

Athen. IX, 393ᵈ: *φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης «ὁ κύκνος εὔτεκνός ἐστι καὶ μάχιμος. ἀλληλοκτονεῖ*

Ar. h. a. 9, 1. 610, 1: *μάχεται δὲ καὶ ἀετῷ αἰγυπιὸς καὶ κύκνος· κρατεῖ δ' ὁ κύκνος πολλάκις· εἰσὶ*

γοῦν ὁ μάχιμος. μάχεται δὲ καὶ τῷ ἀετῷ αὐτὸς μάχης μὴ προαρξάμενος. εἰσὶ δ' ᾠδικοί, καὶ μάλιστα περὶ τὰς τελευτάς. διαίρουσι δὲ καὶ τὸ πέλαγος ᾄδοντες. ἔστι δὲ τῶν στεγανοπόδων καὶ ποιηφάγων».

δ' οἱ κύκνοι καὶ ἀλληλοφάγοι (sic iam Plinius legit 10, 32. cf. h. a. 8, 3. 593^{b}27. Ar. scripsit ἀλληλοφόνοι, non quod volebat Gloger de avibus ab Arist. commemor. p. 50, ἀλληλομάχοι) μάλιστα τῶν ὀρνέων. — 9, 12. 615, 31: καὶ οἱ κύκνοι δ' εἰσὶ μὲν τῶν στεγανοπόδων καὶ βιοτεύουσι περὶ λίμνας καὶ ἕλη (cf. 8, 3. 593^{b}16), εὐβίοτοι δὲ καὶ εὐήθεις καὶ εὔτεκνοι καὶ εὔγηροι, καὶ τὸν ἀετὸν ἐὰν ἄρξηται ἀμυνόμενοι νικῶσιν, αὐτοὶ δ' οὐκ ἄρχουσι μάχης. ᾠδικοὶ δέ, καὶ περὶ τὰς τελευτὰς μάλιστα ᾄδουσιν· ἀναπέτονται γὰρ καὶ εἰς τὸ πέλαγος καί τινες ἤδη πλέοντες παρὰ τὴν Λιβύην περιέτυχον ἐν τῇ θαλάττῃ πολλοῖς ᾄδουσι φωνῇ γοώδει καὶ τούτων ἑώρων ἀποθνήσκοντας ἐνίους.

Fragmentum hoc ex eodem fonte quo Athenaeus eodemque rerum ordine reddidit Aelianus var. hist. 1, 14: *Λέγει Ἀριστοτέλης τὸν κύκνον καλλίπαιδα εἶναι καὶ πολύπαιδα, ἔχειν γε μὴν καὶ θυμόν. πολλάκις γοῦν εἰς ὀργὴν καὶ μάχην προελθόντες καὶ ἀλλήλους ἀπέκτειναν οἱ κύκνοι. λέγει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ μάχεσθαι τοὺς κύκνους τοῖς ἀετοῖς· ἀμύνεσθαί γε μὴν αὐτοὺς ἀλλ' οὐκ ἄρχειν ἀδίκων. ὅτι δέ εἰσι φιλῳδοί, τοῦτο μὲν ἤδη τεθρύληται· ἐγὼ δὲ ᾄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα, ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλος* (quae respondent verbis apud Athenaeum proxime sequentibus: *ὁ δὲ Μύνδιός φησιν Ἀλέξανδρος πολλοῖς τελευτῶσι παρακολουθήσας οὐκ ἀκοῦσαι ᾀδόντων.* ipsum Aristotelis locum respexit Alexander, quo quidem is fabulam vulgarem, ut historiae animalium ratio ferebat, sine iudicio suo simpliciter retulerat)· *πεπίστευται δ' οὖν ὅτι ᾄδει. καὶ λέγουσί γε αὐτὸν μάλιστα κατ' ἐκεῖνον εἶναι τὸν χρόνον εὐφωνότατόν τε καὶ ᾠδικώτατον, ὅταν ᾖ περὶ τὴν καταστροφὴν τοῦ βίου. διαβαίνουσι δὲ καὶ πέλαγος καὶ πέτονται καὶ κατὰ θαλάσσης καὶ αὐτοῖς οὐ κάμνει τὸ πτερόν.*

3. (257)

ὄ ρ τ υ ξ.

Athen. IX, 392^b: Ἀριστοτέλης δέ φησιν «ὁ ὄρτυξ ἐστὶ μὲν τῶν ἐκτοπιζόντων καὶ σχιδανοπόδων· νεοττιὰν δ' οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ κονίστραν· καὶ ταύτην σκεπάζει φρυγάνοις διὰ τοὺς ἱέρακας, ἐν ᾗ ἐπωάζει» (sequitur partium descriptio ex Alexandro Myndio, qui et ipse Pseudaristotelis zoicis usus esse videtur).

ἐκτοπίζοντα cf. Ar. h. a. 8, 12 (quorum sunt ὄρτυγες 597, 23. 26). — σχιδανόποδα cf. Ar. h. a. 2, 12. 504, 5: ἔτι δὲ πολυσχιδεῖς τρόπον τινὰ πάντες (οἱ ὄρνιθες)· τῶν μὲν γὰρ πλείστων διῄρηνται οἱ δάκτυλοι, τὰ δὲ πλωτὰ στεγανόποδά ἐστι. — Ar. h. a. 9, 8. 613^{b}6: οἱ δὲ βαρεῖς τῶν ὀρνίθων οὐ ποιοῦνται νεοττιάς . . . οἷον ὄρτυγες καὶ πέρδικες καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα τῶν ὀρνέων· ἀλλ' ὅταν ποιήσωνται ἐν τῷ λείῳ κονίστραν· ἐν ἄλλῳ γὰρ τόπῳ οὐδενὶ τίκτει· ἐπηλυγασάμενοι ἄκανθάν τινα καὶ ὕλην τῆς περὶ τοὺς ἱέρακας ἕνεκα καὶ τοὺς ἀετοὺς ἀλεώρας ἐνταῦθα τίκτουσι καὶ ἐπωάζουσιν.

4. (258)

π έ ρ δ ι ξ.

Athen. IX, 389^a: φησὶ δ' Ἀριστοτέλης περὶ τοῦ ζώου τάδε «ὁ πέρδιξ ἐστὶ μὲν χερσαῖος, σχιδανόπους. ζῇ δὲ ἔτη πεντεκαίδεκα, ἡ δὲ θήλεια καὶ πλείονα· πολυχρονιώτερα γὰρ ἐν τοῖς ὄρνισι τῶν ἀρρένων τὰ θήλεα. ἐπωάζει δὲ καὶ ἐκτρέφει, καθάπερ ἡ ἀλεκτορίς. ὅταν δὲ γνῷ ὅτι θηρεύεται, προελθὼν τῆς νεοττιᾶς κυλινδεῖται παρὰ τὰ σκέλη τοῦ θηρεύοντος ἐλπίδα ἐμποιῶν τοῦ συλληφθήσεσθαι ἐξαπατᾷ τε ἕως ἂν ἀποπτῶσιν οἱ νεοττοί, εἶτα καὶ αὐτὸς ἐξίπταται. ἔστι δὲ τὸ ζῶον κακόηθες καὶ πανοῦργον, ἔτι δὲ ἀφροδισιαστικόν·

Ar. h. a. 9, 7. 613, 23 (cf. 6, 4. 563, 2, unde Plin. 10, 51): ζῶσι δὲ καὶ οἱ πέρδικες περὶ πεντεκαίδεκ' ἔτη . . . πολυχρονιώτερα δ' ὅλως μέν ἐστι τὰ ἄρρενα τῶν θηλέων. — 9, 8. 613^{b}11: ἐνταῦθα τίκτουσιν καὶ ἐπωάζουσιν. ἔπειτα . . . ἐξάγουσι . . . ἀναπαύονται δ' ὑφ' ἑαυτοὺς ἀγόμενοι τοὺς νεοττοὺς καὶ αἱ ὄρτυγες καὶ οἱ πέρδικες, ὥσπερ αἱ ἀλεκτορίδες. — ib. 17: ὅταν δέ τις θηρεύῃ περιπεσὼν τῇ νεοττιᾷ, προκυλινδεῖται ἡ πέρδιξ τοῦ θηρεύοντος ὡς ἐπίληπτος οὖσα καὶ

διὸ καὶ τὰ ᾠὰ τῆς θηλείας συντρίβει, ἵνα ἀπολαύῃ τῶν ἀφροδισίων. ὅθεν ἡ θήλεια γιγνώσκουσα ἀποδιδράσκουσα τίκτει». [τὰ αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ ὀρνέων. sequuntur deinde p. 389 c —e excerpta ipsius Ar. verba ex h. a. 9, 8. 613^b33—614, 28. 5, 5. 543, 26—31 (cf. Ael. 3, 16), Alexandri Myndii partim testimonio confirmata.

ἐπισπᾶται ὡς ληψόμενον ἐφ' ἑαυτήν, ἕως ἂν διαδράσῃ τῶν νεοττῶν ἕκαστος· μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπτᾶσα αὐτὴ ἀνακαλεῖται πάλιν. — 23: κακόηθες τὸ ὄρνεόν ἐστι καὶ πανοῦργον. — 25: διὰ δὲ τὸ εἶναι ἀφροδισιαστικοί, ὅπως μὴ ἐπωάζῃ ἡ θήλεια, οἱ ἄρρενες τὰ ᾠὰ διακυλινδοῦσι καὶ συντρίβουσιν ἐὰν εὕρωσιν, ἡ δὲ θήλεια ἀντιμηχανωμένη ἀποδιδράσκουσα τίκτει.

Pseudaristotelem, sicut in fragmento praecedente, praeter concisum dicendi genus prima statim verba produnt ἐστὶ μὲν χερσαῖος σχιδανόπους (cf. infra ἔστι δὲ τὸ ζῷον κακόηθες etc.), quorum hoc Pseudaristoteli proprium est et in fragmentis frequens. σχιδανόποδα enim sunt quae Aristoteli σχιζόποδα (opp. στεγανόποδα cf. J. B. Meyer Arist. Thierk. p. 295). de moribus cetera ex h. a. conscripta sunt non sine errore atque confusione. diutius enim quod affirmat vivere feminas, contrarium plane est eius quod Aristoteles (cf. etiam h. a. 7, 3. 583^b26. de long. et brev. vit. 5. 466^b14).

5. (259)

π ε ρ ι σ τ ε ρ ά.

Athen. IX, 393^f: Ἀ ρ ι σ τ ο τ έ λ η ς φησὶ π ε ρ ι σ τ ε ρ ῶ ν μὲν εἶναι ἓν γένος, εἴδη δὲ πέντε, γράφων οὕτως «περιστερά, οἰνάς, φάψ, φάσσα, τρυγών». [ἐν δὲ πέμπτῳ ζώων μορίων (h. a. 5, 13) τὴν φάβα οὐκ ὀνομάζει . . .] ἡ μὲν οὖν οἰνάς, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, μείζων ἐστὶ τῆς περιστερᾶς, χρῶμα δ' ἔχει οἰνωπόν, ἡ δὲ φὰψ μέσον περιστερᾶς καὶ οἰνάδος, ἡ δὲ φάσσα ἀλέκτορος τὸ μέγεθος, χρῶμα δὲ σποδιόν, ἡ δὲ τρυγὼν πάντων ἐλάττων, χρῶμα δὲ τεφρόν. αὕτη δὲ θέρους φαίνεται, τὸν δὲ χειμῶνα φωλεύει. ἡ δὲ φὰψ καὶ ἡ περιστερὰ ἀεὶ φαίνονται, ἡ δ' οἰνὰς φθινο-

Ar. h. a. 8, 3. 593, 15: ἄλλα δ' ἔστιν ἃ ζῇ καρποφαγοῦντα καὶ ποιοφαγοῦντα, οἷον φάψ, φάττα, περιστερά, οἰνάς, τρυγών.

pergit ib. Ar. 593, 16: φάττα μὲν οὖν καὶ περιστερὰ ἀεὶ φαίνονται, τρυγὼν δὲ τοῦ θέρους· τοῦ γὰρ χειμῶνος ἀφανίζεται· φωλεῖ γάρ. οἰνὰς δὲ τοῦ φθινοπώρου καὶ φαίνεται μάλιστα καὶ ἁλίσκεται. ἔστι δὲ τὸ μέγεθος ἡ οἰνὰς μείζων μὲν περιστερᾶς, ἐλάττων δὲ φαβός. cf. 5, 13: μέγιστον μὲν τούτων ἡ φάττα ἐστί, δεύτερον δὲ ἡ οἰνάς, αὕτη δὲ μικρῷ μείζων ἐστὶ τῆς περιστερᾶς, ἐλάχιστον δὲ τῶν τοιούτων ἡ τρυγών.

πώρῳ μόνῳ. πολυχρονιωτέρα δὲ εἶναι λέγεται τούτων ἡ φάσσα· καὶ γὰρ τριάκοντα καὶ τεσσαράκοντα ζῇ ἔτη. οὐκ ἀπολείπουσι δ' ἕως θανάτου οὔτε οἱ ἄρρενες τὰς θηλείας οὔτε αἱ θήλειαι τοὺς ἄρρενας, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντος χηρεύει ὁ ὑπολειπόμενος. τὸ δ' αὐτὸ ποιοῦσι καὶ κόρακες καὶ κορῶναι καὶ κολοιοί. ἐπωάζει δ' ἐκ διαδοχῆς πᾶν τὸ περιστεροειδὲς γένος, καὶ γενομένων τῶν νεοττῶν ὁ ἄρρην ἐμπτύει αὐτοῖς, ὡς μὴ βασκανθῶσι. τίκτει δὲ ᾠὰ δύο, ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἄρρεν ποιεῖ, τὸ δὲ δεύτερον θῆλυ. τίκτουσι δὲ πᾶσαν ὥραν τοῦ ἔτους· διὸ δὴ καὶ δεκάκις τοῦ ἐνιαυτοῦ τιθέασιν, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ δωδεκάκις· τεκοῦσα γὰρ τῇ ἐχομένῃ ἡμέρᾳ συλλαμβάνει». [ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ (errat Athenaeus titulos in fonte citatos confundens. debebat scribere ἐν δ' ἄλλοις) φησὶν Ἀριστοτέλης (h. a. 5, 13. 544b1—5) . . . ἴδιον δὲ λέγει (h. a. 6, 2. 560b 25—561, 2).

h. a. 6, 4. 563, 1: βιοῖ δὲ φάττα, ὥς φασι, καὶ τετταράκοντα ἔτη. cf. 9, 7. 613, 17: ζῶσι δ' αἱ φάτται πολὺν χρόνον· καὶ γὰρ εἴκοσιν ἔτη καὶ πέντε καὶ τριάκοντα ὠμμέναι εἰσίν, ἔνιαι δὲ καὶ τετταράκοντα ἔτη. — 9, 7. 612b32: οὔτε γὰρ συνδυάζεσθαι θέλουσι πλείοσιν οὔτε προαπολείπουσι τὴν κοινωνίαν, πλὴν ἐὰν χῆρος ἢ χήρα γένηται. — 6, 4. 562b17: ἐπωάζει δὲ καὶ ὁ ἄρρην ἐν τῷ μέρει τῆς ἡμέρας, τὴν δὲ νύκτα ἡ θήλεια. — 9, 7. 613, 2: γενομένων δὲ τῶν νεοττῶν τῆς ἁλμυριζούσης μάλιστα γῆς διαμασησάμενος εἰσπτύει τοῖς νεοττοῖς διοιγνὺς τὸ στόμα, προπαρασκευάζων πρὸς τὴν τροφήν. — 6, 4. 562b3: τίκτουσι δὲ πάντα μὲν τὰ περιστεροειδῆ δύο ... τίκτει δ' ἡ μὲν περιστερά, ὥσπερ εἴρηται (5, 13. 544b7 τίκτουσι δ' αἱ περιστεραὶ πᾶσαν ὥραν), πᾶσαν ὥραν . . . (14:) ἡ δὲ περιστερὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἄρρεν καὶ θῆλυ, καὶ τούτων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πρότερον τὸ ἄρρεν τίκτει· καὶ τεκοῦσα μίαν ἡμέραν διαλείπει τὰ πολλά, εἶτα πάλιν τίκτει θάτερον. ... (24:) τίκτουσι δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ δεκάκις, ἤδη δέ τινες καὶ ἑνδεκάκις, αἱ δ' ἐν Αἰγύπτῳ καὶ δωδεκάκις.

Pseudaristoteles igitur sua collegit ex Aristotelis h. a. 8, 3. 6, 4. 9, 7. quaedam male confudit velut specierum magnitudines, quaedam mire pervertit, sicut ἐμπτύειν illud (cf. Ael.) quod ex ipsius etiam Aristotelis verbis (p. 613, 2—5) paulo post repetitur ab Athenaeo p. 394f, paucula quaedam addidit, velut colores quibus aeque studet ac postea Alexander Myndius (quem de phassae coloribus agentem habes apud Schol. Theocr. 5, 96). fragmenti pseudaristotelici partem cum ceteris quae sequuntur

apud Athenaeum, reddit Aelianus var. hist. 1, 15. — ad rem cf. Gloger de avibus ab Arist. comm. p. 42—48.

6. (260)

πορφυρίων.

Athen. IX, 388[c]: *πορφυρίων ... Ἀριστοτέλης δὲ σχιδανόποδά φησιν αὐτὸν εἶναι ἔχειν τε χρῶμα κυάνεον, σκέλη μακρά, ῥύγχος ἠργμένον ἐκ τῆς κεφαλῆς φοινικοῦν, μέγεθος ἀλεκτρυόνος. στόμαχον δ' ἔχει λεπτόν, διὸ τῶν λαμβανομένων εἰς τὸν πόδα ταμιεύεται μικρὰς τὰς ψωμίδας. κάπτων δὲ πίνει, πενταδάκτυλός τε ὢν τὸν μέσον ἔχει μέγιστον.*

De ventriculo Arist. h. a. 2, 17. 509, 9: *ὀλίγοι δ' οὔτε τὸν πρόλοβον ἔχουσιν οὔτε τὸν στόμαχον εὐρὺν ἀλλὰ σφόδρα μακρόν, ὅσοι τὸν αὐχένα μακρὸν ἔχουσιν, οἷον πορφυρίων* (*quibus praelonga colla et angusta, ut porphyrioni.* Plin. 11, 79). — *κάπτων πίνει*: Ar. h. a. 8, 6. 595, 10: *καὶ τῶν ὀρνέων δὲ τὰ μὲν ἄλλα σπάσει (πίνει) ..., ὁ δὲ πορφυρίων μόνος κάψει* (*morsu.* Plin. 10, 63). — *σκέλη μακρά* cf. Ar. de incessu an. 10. 710, 12. cetera nova. *πενταδάκτυλος* corruptum est sine dubio pro *τετραδάκτυλος*, si quidem Aristotelem audias h. a. 2, 12. 504, 8: *εἰσὶ δ' ὅσοι αὐτῶν μετεωρίζονται πάντες τετραδάκτυλοι· τρεῖς μὲν γὰρ εἰς τὸ ἔμπροσθεν ἕνα δ' εἰς τὸ ὄπισθεν κείμενον ἔχουσιν οἱ πλεῖστοι ἀντὶ πτέρνης.* cf. p. a. 4, 12. 695, 15: *τετραδάκτυλοι δ' εἰσὶ πάντες οἱ ὄρνιθες ὁμοίως οἱ στεγανόποδες τοῖς σχιζόποσιν.* nobis autem haec avis nunc vocatur Porphyrio hyacinthinus (Sultanshuhn) neque erat cur dubitaret Camus, Notes sur l'hist. des animaux d'Arist. Par. 1783 p. 695.

Huius fragmenti particula subest eis quae praebet Eutecnius ixeut. 1, 25: *ἔστι δὲ καὶ πορφυρίων ἀπὸ τῆς χροιᾶς καλούμενον ὄρνεον. ἐρυθρὸν αὐτῷ τὸ ῥάμφος ἐστὶ καὶ κατὰ κεφαλῆς ἔχει ὥσπερ τινὰ πῖλον, ὁποίους οἱ τοξόται Περσικοὶ φοροῦσιν. τοῖς κατοικιδίοις ὄρνισιν ἴσος εἰς μέγεθος, πλὴν ὅτι χρῆται σκέλεσι μακροτέροις. οὗτος οὐκ ἄν ποτε εἰς μίξιν ἔλθοι ὁρῶντος καὶ παρόντος ἀνδρός, φύσει δὲ σώφρων ἐστὶν ὡς μηδὲ ὁρᾶν ἄνδρα θέλειν ἑαυτοῦ γαμετῇ συνόντα· εἰ δὲ μοιχείας αἴσθοιτο, ἀθυμεῖ τοσοῦτον ὡς διαφθείρεσθαι* (Polemo ap. Athen. p. 388[c]). cf. Tzetzes hist. (chil. 9, 111):

ὁ πορφυρίων ὄρνεον ἄγαν ὑπάρχει σῶφρον,
ὡς εἰ καὶ μόνην ὄψοιτο πόρνην, εὐθέως θνήσκειν.
Ἀριστοτέλης, σὺν αὐτῷ Αἰλιανὸς (n. a. 3, 42 = Athen.) *καὶ ἄλλοι τὰ περὶ πορφυρίωνος γράφουσι τοῦ ὀρνέου.*

7. (261)

σ τ ρ ο υ θ ό ς.

Athen. IX, 391[f]: *καὶ γὰρ ὀχευτικὸν τὸ ζῶον καὶ πολύγονον. τίκτει γοῦν ὁ στρουθός, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, καὶ μέχρι ὀκτώ.* [*Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιος* . . .] *Ἀριστοτέλης δέ φησι τοὺς ἄρρενας τῷ χειμῶνι ἀφανίζεσθαι, διαμένειν δὲ τὰς θηλείας, τεκμαιρόμενος ἐκ τῆς χρόας τὴν πιθανότητα· ἀλλάττεσθαι γὰρ ὡς τῶν κοσσύφων* (de his cf. h. a. 9, 49. 632[b]15) *καὶ φαλαρίδων ἀπολευκαινομένων κατὰ καιρούς.*

Cf. Ar. h. a. 9, 7. 613, 29: *λέγουσι δέ τινες καὶ τῶν στρουθίων ἐνιαυτὸν μόνον ζῆν τοὺς ἄρρενας, ποιούμενοι σημεῖον ὅτι τοῦ ἔαρος οὐ φαίνονται ἔχοντες εὐθὺς τὰ περὶ τὸν πώγωνα μέλανα, ὕστερον δ' ἴσχουσιν, ὡς οὐδενὸς σωζομένου τῶν προτέρων· τὰς δὲ θηλείας μακροβιωτέρας εἶναι τῶν στρουθίων· ταύτας γὰρ ἁλίσκεσθαι ἐν τοῖς νέοις καὶ διαδήλας εἶναι τῷ ἔχειν τὰ περὶ τὰ χείλη σκληρά.* ad quem quidem locum si pertineret Athenaei testimonium, pressius ipsa verba reddita fuisse ex ceterorum historiae animalium (*πέμπτου μορίων*) fragmentorum ratione concluditur. neque tamen quae 'paulo ante apud Athenaeum ex Aristotele leguntur de alectryone (IX, 391[d]) utrum ex ipso Aristotele (h. a. 9, 8. 614, 6), id quod magis credo, an ex epitomatore eius Pseudaristotele derivata sint (neutrius certe sunt verba *ἱστορεῖται δὲ καί*, quibus eandem rem denuo Athenaeus testatur), pro certo affirmaverim. similisque dubitatio oritur de loco epit. Athenaei II p. 65[a], ubi de turdo (quae Graece *κίχλη*) agens postquam Aristotelem (h. a. 9, 20) citavit et Alexandrum Myndium, haec addit: *ἣν* (*κίχλην*) *καὶ συναγελαστικὴν* (voce Pseudaristotelica) *εἶναι καὶ νεοττεύειν, ὡς καὶ τὰς χελιδόνας* (ex h. a. 6, 1. 559, 5).

8. (262)

τ α ώ ς.

Athen. IX, 397[b]: *ὁ ταώς, φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, σχιδανόπους ἐστὶ καὶ ποιολόγος, καὶ τίκτει τριετὴς γενόμενος, ἐν οἷς* (*χρόνοις* add. codd. i. e. annis, ex glossa Byzantina) *καὶ τὴν ποικιλίαν τῶν πτερῶν λαμβάνει. ἐπωάζει δὲ πρὸς ἡμέρας τριάκοντα. τίκτει δὲ ἅπαξ τοῦ ἔτους ᾠὰ δώδεκα* (de mutato in codicibus horum verborum loco v.

Ar. h. a. 6, 9. 564, 25: *ὁ δὲ ταὼς ζῇ μὲν περὶ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη, γεννᾷ δὲ τριέτης μάλιστα, ἐν οἷς καὶ τὴν ποικιλίαν τῶν πτερῶν ἀπολαμβάνει. ἐκλέπει δ' ἐν τριάκονθ' ἡμέραις ἢ μικρῷ πλείοσιν. ἅπαξ δὲ τοῦ ἔτους μόνον τίκτει, τίκτει δ' ᾠὰ δώδεκα ἢ μικρῷ ἔλαττω·*

Schweigh. animadv. t. V p. 193)· ταῦτα δὲ οὐκ εἰς ἅπαξ ἀλλὰ παρ' ἡμέρας δύο· αἱ δὲ πρωτοτόκοι ὀκτώ. τίκτει δὲ καὶ ὑπηνέμια ᾠὰ ὡς ἡ ἀλεκτορίς, οὐ πλείω δὲ τῶν δύο. ἐκλέπει δὲ καὶ ἐπωάζει καθάπερ ἡ ἀλεκτορίς (de qua Ar. h. a. 6, 2. cf. 559b29).

τίκτει δὲ διαλείπων δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας καὶ οὐκ ἐφεξῆς· αἱ δὲ πρωτοτόκοι μάλιστα περὶ ὀκτὼ ᾠά. τίκτουσι δ' οἱ ταῴ ὑπηνέμια. ὀχεύονται δὲ περὶ τὸ ἔαρ· γίνεται δὲ καὶ ὁ τόκος εὐθέως μετὰ τὴν ὀχείαν. ... ἀλεκτορίδι δ' ὑποτιθέασιν αὐτῶν τὰ ᾠὰ ἐπωάζειν οἱ τρέφοντες ... ὑποτίθεται δὲ τοῖς ὄρνισι μάλιστα δύο ᾠά· τοσαῦτα γὰρ μόνα δύναται ἐπωάζουσα ἐξάγειν.

9. (263)

ὠτίς.

Athen. IX, 390e: γράφει δὲ περὶ αὐτῶν (sc. περὶ τῶν ὤτων. vult autem ὠτίδας Pseudaristoteles, non ὤτους, quae duo diversarum avium genera in omni hac disputatione confundit Athenaeus *vel aliorum potius confundentium verba citat* secundum C. Gesnerum, de avium natura. Tig. 1555 p. 466. 610. cf. Schweigh. animadv. t. V p. 147. confundit etiam Oppianus cyn. 2, 406 sq. cf. ed. Schneider Arg. 1776 p. 434. ὦτος enim est Strix otus L. cf. Gluger de avib. Ar. p. 20, ὠτίς autem avis tarda Plin. 10, 29. Isidor. orig. 12, 7, 13. gall. outarde) Ἀριστοτέλης οὕτως ὅτι «ἔστι μὲν τῶν ἐκτοπιζόντων καὶ σχιδανοπόδων καὶ τριδακτύλων, μέγεθος ἀλεκτρυόνος μεγάλου, χρῶμα ὄρτυγος, κεφαλὴ προμήκης, ῥύγχος ὀξύ, τράχηλος λεπτός, ὀφθαλμοὶ μεγάλοι, γλῶσσα ὀστώδης, πρόλοβον δ' οὐκ ἔχει». [Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιος καὶ προσαγορεύεσθαί φησιν αὐτὸν (otum sc. sec. Gesner. ll. cc.) λαγωδίαν.] φασὶ δ' αὐτὸν καὶ τὴν τροφὴν ἀναμηρυκᾶσθαι ἥδεσθαί τε ἵππῳ. εἰ γοῦν τις δορὰν ἵππων περιθοῖτο, θηρεύσει ὅσους ἂν θέλῃ· προσίασι γάρ.

πρόλοβον δ' οὐκ ἔχει: Ar. h. a. 2, 17. 504b33: οἱ δὲ πρόλοβον μὲν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ἀντὶ τούτου τὸν στόμαχον εὐρὺν καὶ πλατὺν ἢ δι' ὅλου ἢ τὸ πρὸς τὴν κοιλίαν τεῖνον ... νῆττα δὲ καὶ χὴν ... καὶ ὠτὶς τὸν στόμαχον εὐρὺν καὶ πλατὺν ὅλον. cetera nova. de lingua cf. Cuvier, Leçons d'anat. comp. t. IV, 1 p. 565 (ed. 2. 1835). — ἥδεσθαι ἵππῳ: hunc amorem ad otidas pertinere consentiunt auctores, Aristotele quidem teste secundum Plutarchum de solert. an. c. 31:

ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ φιλίας ἀλωπέκων καὶ ὄφεων διὰ τὸ κοινὸν αὐτοῖς (de vulpe cf. h. a. 9, 32. 619b10) πολέμιον εἶναι τὸν ἀετόν, καὶ τὰς ὠτίδων πρὸς ἵππους ὅτι χαίρουσι προσπελάζουσαι καὶ διασκάλλουσαι τὸν ὄνθον.

Cf. Ael. n. a. 2, 28. Oppian. cyneg. 2, 406. 431. Eutecnius ixeut. 3, 8 (cf. 3, 7).

10. (264)

ὦτος.

Pergit Athen. IX, 390 f: *ἐν ἄλλοις δὲ πάλιν φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης «ὁ ὦτος ἐστὶ μὲν παρόμοιος τῇ γλαυκί, οὐκ* (ita codd. at delenda est negationis particula falso illata. cf. Schweigh. animadv. t. V p. 149) *ἔστι δὲ νυκτερινός. ἔχει τε περὶ τὰ ὦτα πτερύγια, διὸ καὶ ὦτος καλεῖται· μέγεθος περιστερᾶς, μιμητὴς ἀνθρώπων* (cf. 390 b. 391 a)· *ἀντορχούμενος γοῦν ἁλίσκεται».*

Cf. Ar. h. a. 8, 12. 597 b 21: *ὁ δ' ὦτος ὅμοιος ταῖς γλαυξὶ καὶ περὶ τὰ ὦτα πτερύγια ἔχων· ἔνιοι δ' αὐτὸν νυκτικόρακα καλοῦσιν. ἔστι δὲ κόβαλος καὶ μιμητής, καὶ ἀντορχούμενος ἁλίσκεται περιελθόντος θατέρου τῶν θηρευτῶν, καθάπερ ἡ γλαύξ.* quae ita reddit Plinius 10, 33, 68: *otus bubone minor est, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus, unde et nomen illi. quidam latine asionem* (al. l. *actionem* cf. *asioni* s. *axioni* Plin. 29, 38, 117) *vocant. imitatrix alias avis ac parasita et quodam genere saltatrix capitur haut difficulter, ut noctuae, intentam in aliquo circumeunte alio.*

Appendix fragmentorum de avibus ex Alexandro Myndio, quibus hic Zoicorum Aristotelis nomine inscriptorum testimonia vel retulisse videtur vel in usum convertisse.

10 a.

ἀτταγᾶς.

Athen. IX, 387 f: *Ἀλέξανδρος δ' ὁ Μύνδιός φησιν ὅτι μικρῷ μὲν μείζων ἐστὶ πέρδικος, ὅλος δὲ κατάγραφος τὰ περὶ τὸ νῶτον, κεραμεοῦς τὴν χρόαν, ὑποπυρρίζων μᾶλλον. θηρεύεται δ' ὑπὸ τῶν κυνηγῶν διὰ τὸ βάρος καὶ τὴν τῶν πτερῶν βραχύτητα. ἔστι δὲ κονιστικὸς πολύτεκνός τε καὶ σπερμολόγος.*

10 b.

νῆττα.

Athen. IX, 395 c: *νῆτται. τούτων, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος, ἄρρην μείζων καὶ ποικιλώτερος. τὸ δὲ λεγόμενον γλαυκίον διὰ τὴν τῶν ὀμμάτων χρόαν μικρῷ ἔλαττόν ἐστι νήττης. τῶν δὲ βοσκάδων καλουμένων ὁ μὲν ἄρρην κατάγραφος· ἔστι δὲ ἧττον νήττης. ἔχουσι δὲ οἱ ἄρρενες σιμά τε καὶ ἐλάττονα τῇ συμμετρίᾳ τὰ ῥύγχη. ἡ δὲ μικρὰ κολυμβὶς πάντων ἐλαχίστη τῶν ἐνύδρων, ῥυπαρομέλαινα τὴν χροιὰν*

καὶ τὸ ῥύγχος ὀξὺ ἔχει σκέπον τε τὰ ὄμματα, τὰ δὲ πολλὰ καταδύεται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο γένος βοσκάδων μεῖζον μὲν νήττης ἔλαττον δὲ χηναλώπεκος. αἱ δὲ λεγόμεναι φασκάδες μικρῷ μείζονες οὖσαι τῶν μικρῶν κολυμβίδων τὰ λοιπὰ νήτταις εἰσὶ παραπλήσιοι. ἡ δὲ λεγομένη οὐρία οὐ πολὺ λείπεται νήττης, τῷ χρώματι δὲ ῥυπαροκέραμός ἐστι, τὸ δὲ ῥύγχος μακρόν τε καὶ στενὸν ἔχει. ἡ δὲ φαλαρὶς καὶ αὐτὴ στενὸν ἔχουσα τὸ ῥύγχος, στρογγυλωτέρα τὴν ὄψιν οὖσα, ἔντεφρος τὴν γαστέρα, μικρῷ μελαντέρα τὸ νῶτον.

10 c.

ὀ ρ τ υ γ ο μ ή τ ρ α.

Athen. IX, 393[a]: *λέγει δὲ περὶ αὐτῆς ὁ Μύνδιος Ἀλέξανδρος ὅτι ἐστὶ τὸ μέγεθος ἡλίκη τρυγών, σκέλη δὲ μακρά, δυσθαλὴς καὶ δειλή.*

10 d.

ὄ ρ τ υ ξ.

Athen. IX, 392[c]: *Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιος ἐν δευτέρῳ περὶ ζώων «ὁ θῆλυς, φησίν, ὄ ρ τ υ ξ λεπτοτράχηλός ἐστι τοῦ ἄρρενος οὐκ ἔχων τὰ ὑπὸ τῷ γενείῳ μέλανα. ἀνατμηθεὶς δὲ πρόλοβον οὐχ ὁρᾶται μέγαν ἔχων, καρδίαν δ' ἔχει μεγάλην καὶ ταύτην τρίλοβον. ἔχει δὲ καὶ ἧπαρ καὶ τὴν χολὴν ἐν τοῖς ἐντέροις κεκολλημένην, σπλῆνα μικρὸν καὶ δυσθεώρητον, ὄρχεις δὲ ὑπὸ τῷ ἥπατι, ὡς ἀλεκτρυόνες».*

10 e.

σ κ ώ ψ.

Athen. IX, 391[b]: *ὁ δὲ σ κ ώ ψ, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος, μικρότερός ἐστι γλαυκὸς καὶ ἐπὶ μολυβδοφανεῖ τῷ χρώματι ὑπόλευκα στίγματα ἔχει δύο τε ἀπὸ τῶν ὀφρύων παρ' ἑκάτερον κρόταφον ἀναφέρει πτερά.*

De scope quae Aristoteli tribuit Aelianus n. a. 15, 28 auctorum citatorum nominibus errore commutatis, Alexandri sunt apud Athen. IX, 391[c].

10 f.

σ τ ρ ο υ θ ό ς.

Athen. IX, 391[f]: *Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιος δύο γένη φησὶν εἶναι τῶν σ τ ρ ο υ θ ῶ ν, τὸ μὲν ἥμερον τὸ δὲ ἄγριον· τὰς δὲ θηλείας αὐτῶν ἀσθενεστέρας τά τ' ἄλλα εἶναι καὶ τὸ ῥύγχος κερατοειδὲς μᾶλλον τὴν χρόαν, τὸ δὲ πρόσωπον οὔτε λίαν λευκὸν ἐχούσας οὔτε μέλαν.*

10 g.

τέτραξ.

Athen. IX, 398c: Ἀλέξανδρος γὰρ ὁ Μύνδιος ἐν δευτέρῳ περὶ πτηνῶν ζώων οὐ τοῦ ὄρνιθος τοῦ μεγάλου μνημονεύει ἀλλά τινος τῶν σμικροτάτων. λέγει γὰρ οὕτως «τέτραξ, τὸ μέγεθος ἴσος σπερμολόγῳ, τὸ χρῶμα κεραμεοῦς, ῥυπαραῖς στιγμαῖς καὶ μεγάλαις γραμμαῖς ποικίλος, καρποφάγος. ὅταν ᾠοτοκῇ δέ, τετράζει τῇ φωνῇ».

Περὶ ἰχθύων.

(i. e. Περὶ τῶν ἐνύδρων.)

Cf. Gulielmi Rondeletii Libri de piscibus marinis. Lugd. 1554. ei. Universae aquatilium historiae pars altera. Lugd. 1555. Joh. Gottl. Schneider, Historia piscium naturalis et literaria ab Aristotelis usque aevo ad sec. XIII deducta. Lips. 1789.

11. (265)

Athen. VII, 330a: ψῆτται... Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων (h. a. 5, 9. 542b32)...] ἐν δὲ τῷ περὶ ζωικῶν «σελάχη φησὶ βοῦς, τρυγών, νάρκη, βατίς, βάτραχος* βούγλωττος (βούγλωττα cod. Marc. quem inspexi), ψῆττα* μῦς».

Quem locum corruptum esse aiunt Rondelet de pisc. p. 321, Schneider hist. pisc. p. 323. ultima enim βούγλωττος ψῆττα μῦς quum ad ea quae σελάχη vocat Aristoteles vel σελαχώδη (de quibus J. B. Meyer, Aristoteles Thierkunde. Berl. 1855 p. 280. de bove cf. p. 290) non possint referri, aut eum qui primus hos locos collegit atque excerpsit aut Athenaeum qui descripsit manifestum est non solum, sicut in ipso qui praecedit historiae loco factum est, exempla multa neglexisse sed ipsam divisionem auctoris ad summum genus piscium alterum (Meyer p. 284) transeuntis, cuius sunt βούγλωττος ψῆττα, deinde autem τὰ κήτη vel κητώδη adiungentis, quorum est μῦς (i. e. ὁ μῦς τὸ κῆτος Ar. 3, 12. 519, 23, ubi olim falso legebatur ὁ μυστίκητος. idem *musculus marinus* apud Plin. 11, s. 62, 165). similis in contrahendo confusio exemplorum apud Aelianum cernitur n. a. 11, 37 (cf. Constantini imper. syll. hist. an. fol. 6b. Suid. s. σελάχια. Artemidor. oneirocrit. 2, 14 p. 167 Reiff.), ubi quum eadem plane ratione qua falsus apud Athenaeum Aristoteles, diversa animalium genera exemplis additis breviter describat, de cartilagineis ita incipit: καλεῖται δὲ

σελάχια ὅσα οὐκ ἔχει λεπίδας· εἶεν δ' ἂν μύραινα, γόγγρος, νάρκη, τρυγών, βοῦς, γαλεός δελφίς, φάλαινα, φώκη*, quae ultima tria sunt *κήτη*.

Ceterum eandem cartilagineorum enumerationem supra iam tetigit Athen. VII, 286^b: *τῆς μὲν οὖν βατίδος καὶ τοῦ βατράχου μνημονεύει Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων* (corr. *ζωικῶν*) *καταριθμῶν αὐτὰ ἐν τοῖς σελάχεσιν.* [... *Ἀρ. δ' ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων σελάχη φησὶν εἶναι βάτον, τρυγόνα, βοῦν, λάμιαν* (*ἀμίαν* cod. M.), *ἀετόν, νάρκην, βάτραχον καὶ πάντα τὰ γαλεώδη* (*γαλοειδῆ* cod. M.) = h. a. 5, 5. 540^b 8. 17—19].

12. (266)

Athen. VII, 305^d: *κάπρος καὶ κρέμυς. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων* (corr. *ζωικῶν*) *φησί «τὰ δὲ ἀνόδοντα* (*φησὶ τάδε. ἀνόδ. κ. λ.* cod. Marc.) *καὶ λεῖα ὡς ῥαφίς. καὶ τὰ μὲν λιθοκέφαλα* (i. e. *ἔχοντα λίθον ἐν τῇ κεφαλῇ* h. a. 601^b 29, unde Plin. 9, 24 et Ael. 9, 7) *ὡς κρέμυς* (immo *χρέμυς* Hes., *χρόμις* Ar. cum v. l. *χρέμις* 534, 9. cf. Schneider hist. pisc. p. 98. *chromis* Plin. Ovid. *χρέμης* Opp. hal. 1, 112. Ael. 15, 11), *τὰ δὲ σκληρόδερμα* (codd. *σκληρότατα τραχύδερμα*, fort. gl. *ἢ τραχύδερμα*) *ὡς κάπρος. καὶ τὰ μὲν δίραβδα ὥσπερ σεσερῖνος, τὰ δὲ πολύραβδα καὶ ἐρυθρόγραμμα ὡς σάλπη».*

In quibus et exempla multa et alia omissa sunt, ut in fr. sup. et in seqq.

Eundem locum tangit Athen. VII, 319^d: [*Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων βελόνην αὐτὴν καλεῖ* = h. a. 5, 11. 543^b11]. *ἐν δὲ τῷ περὶ ζωικῶν ἢ ἰχθύων* (*ἐν δὲ τῶι περὶ ζωικῶν ἰχθύων* cod. Marc. om. *ἢ*) *ῥαφίδα αὐτὴν ὀνομάσας ἀνόδουν φησὶν εἶναι* (*φ. αὐτὴν εἶναι* codd.).

Cf. Hesych. s. *χρέμυς*: *ὁ ὀνίσκος. ἰχθύς* (inter *λιθοκέφαλα* autem est *ὄνος* sec. Athen. 7, 312^e = *ὀνίσκος* Hes. s. v.).

13. (267)

Athen. VI, 319^c: *φυκίς ... Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζωικῶν «ἀκανθοστεφῆ φησὶν εἶναι καὶ ποικιλόχροα φυκίδα* (...). *τῶν δὲ γραμμοποικίλων πλαγίαις τε ταῖς ῥάβδοις κεχρημένων πέρκη* (...).

Singula fere exempla adscribere solet qui haec excerpsit.

Cf. Ar. 8, 30. 607^b18: *ἡ φυκίς ... τοῦ δ' ἔαρος ποικίλη.*

14. (268)

Athen. VII, 327^f: *χάνναι ... Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ζωικῶν ποικιλερυθρομέλαιναν* (*ποικιλέρυθρον μέλαιναν* male cod. Marc. et

edd. praeter Meinek.) *αὐτὴν ὀνομάζει καὶ ποικιλόγραμμον, διὰ τὸ μελαίναις γραμμαῖς πεποικίλθαι.*

15. (269)

Athen. VII, 286[f]: *βῶκες. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ζωικῷ ἢ περὶ ἰχθύων «νωτόγραπτα* (*νοτόγρ.* cod. M.), *φησί, λέγεται βῶξ* (. . .), *σκολιόγραπτα δὲ κολίας* (. . .).

Exempla reliqua quae inutilia essent lexicographo, hic quoque omissa sunt.

16. (270)

Athen. VII, 313[d]: *μελάνουρος ... Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ ζωικῶν γράφει οὕτως «ὀρροπυγόστικτοι δὲ τῶν ἰχθύων μελάνουρος καὶ σαργός* (*σάργος* cod. M.) *πολύγραμμοί τε καὶ μελανόγραμμοι».*

17. (271)

Athen. VII, 305[c]: *κίχλαι καὶ κόσσυφοι ... Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ζωικῶν «καὶ τὰ μὲν μελανόστικτα ὥσπερ κόσσυφος, τὰ δὲ ποικιλόστικτα ὥσπερ κίχλη».*

De his colorum differentiis nihil apud Aristotelem.

18. (272)

Athen. VIII, 331[d]: [*Μνασέας* (cf. Clearch. 332[e], Philosteph. 331[d]) *δ' ὁ Πατρεὺς ἐν τῷ περίπλῳ τοὺς ἐν τῷ Κλείτορι ποταμῷ φησὶν ἰχθῦς φθέγγεσθαι, καίτοι*] *μόνους εἰρηκότος Ἀριστοτέλους φθέγγεσθαι σκάρον καὶ τὸν ποτάμιον χοῖρον* (ex Ath. Eust. Od. p. 1720: *καίτοι Ἀρ. εἰπόντος μόνον σκάρον φθέγγεσθαι καὶ τὸν ποτάμιον χοῖρον*).

Inter pisces Aristotelis vocales (h. a. 4, 9. 535[b]14) hi duo non memorantur neque meminit qui in illum locum commentatus est Io. Müller (über die fische welche töne von sich geben. Archiv für Anat. u. Phys. 1857 p. 249). reliqua igitur vocalium exempla, sicut alibi factum esse vidimus, omissa crederem a grammatico qui hunc locum excerpsit, mutilumque esse locum censerem cum Hippolyto Salviano (aquatil. anim. hist. f. 208[c] Rom. 1554), nisi omnino dubium esset quomodo huc accesserit porcus ille fluviatilis (cf. Schneider hist. pisc. p. 174. Müller l. c. p. 269 cf. 262) neque cum porco marino Plinii (32, 9) vel orthagorisco neque cum apro (Plin. 11, 112. quem *κάπρον* Aristoteles, qui omnino non habet *χοῖρον*) Acheloi amnis confundendus, quorum uterque grunnitum habet. nam de uno tantum pisce, non de multorum exemplis Pseudaristotelem dixisse ostendit qui hoc idem testimonium reddit Oppianus hal. 1, 134:

καὶ σκάρον, ὃς δὴ μοῦνος ἐν ἰχθύσι πᾶσιν ἀναύδοις
φθέγγεται ἰκμαλέην λαλαγὴν καὶ μοῦνος ἐδητὺν
ἄψορρον προΐησιν ἀνὰ στόμα, δεύτερον αὖθις
δαινύμενος, μήλοισιν ἀναπτύσσων ἴσα φορβήν.

ubi alterum illud de ruminatione (cf. Cuvier et Valenciennes, hist. nat. des poissons t. XIV p. 113) Aristotelis est (h. a. 2, 17. 8, 2. p. a. 3, 14). itaque *μόνος φθέγγεται, μόνος δοκεῖ μηρυκάζειν*, denique *μόνος καθεύδει* Seleuco auctore apud Athen. VII, 320 (Opp. hal. 2, 661). de sono unus praeterea nescio unde testatur Io. Philoponus q. f. ad Ar. de anima (2, 8. 420 ^{b}12 *ψοφοῦσι τοῖς βραγχίοις ἤ τινι ἑτέρῳ τοιούτῳ*) f. L 8^{b} sup. qui de Acheloi piscibus locutus postquam *τῇ πληγῇ τοῦ ὕδατος* rem explicavit, haec addit: *ὥστε εἰ καὶ οἱ σκάροι λέγονται φωνεῖν, τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπ' αὐτῶν ὑποληπτέον.* quae accuratius ex alia commentarii recensione ita Suidas exprimit (sc. *πνεύμων*): *καὶ οἱ σκάροι τῷ στόματι τὸ ὕδωρ ἐξωθοῦντες μετὰ ῥοίζου τὸν ἦχον ἀποτελοῦσιν· ἀμέλει ἐν τῷ βάθει ὄντες οὐ φωνοῦσιν.* Oppianum repetit Tzetzes in historiis (chil. 6, 338).

19. (273)

Athen. VII, 328^{d}: *χαλκίδες καὶ τὰ ὅμοια* (cf. 355^{f}), *θρίσσαι, τριχίδες, ἐρίτιμοι ... θρισσῶν δὲ μέμνηται Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων καὶ ἰχθύων* (ita cod. corr. *ζωικῶν ἢ ἰχθύων*) *ἐν τούτοις «μόνιμα* θρίσσα, ἐγκρασίχολος, μεμβράς, κορακῖνος, ἐρυθρῖνος* (corr. *ἐρίτιμος*?), *τριχίς».* cf. mox p. 328^{f}: *ὁμοίως δὲ τριχίαν καὶ Ἀρ. ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων, ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ ζωικῷ* (non *ζωικῶι* habet cod. Marc. sed *ζωικῶν.* itaque corr. *ἐν τ. ἐπιγρ. περὶ ζωικῶν*) *τριχίδα.*

Festinante excerptoris brevitate illa quoque mutilata, oppositarum differentiarum exempla inter se commutata esse patet. *μόνιμα* enim inter aquatilia sunt quae *τῷ προσπεφυκέναι ζῇ οἷον γένη ὀστρέων πολλά* (Ar. 487^{b}8). quibus opponuntur *τὰ ματαβλητικά* (487^{b}6) id est quod ad pisces *τὰ πλωτά* (621^{b}3. aliter Schneider hist. pisc. p. 104. 204. comm. ad hist. an. t. III p. 455). iam vero quum species illae omnes (cf. Ar. h. a. 9, 2. Opp. hal. 4, 472. id. 1, 244 *χαλκίδες αὖ θρίσσαι τε καὶ ἀβραμίδες φορέονται ἀθρόαι ... ἠῦτ' ἀλῆται.* ubi corrigas *μεμβράδες ἐμφορέονται*, item apud Athen. VII, 312^{b}) censeantur inter ea quae *ἀγελαῖα* Aristoteles appellat, Pseudaristoteles *ἀγελαῖα* vel *συναγελαστικά*, quibusque Aristoteles opponit *τὰ μοναδικά* (487^{b}34), Pseudaristoteles *τὰ μονήρη* (e cuius ipsius Pseudaristotelis Anatomis i. e. Zoicis etiam Apuleius de magia c. 38 inter communes animalium differentias recenset *μονήρη, συναγελαστικά*), de hac ipsa differentia hoc loco sermonem fuisse puto: *μο-*

νήρη (μὲν ..., συναγελαστικὰ δὲ) θρίσσα etc. neque enim hoc loco idem est *μόνιμα* quod *ἐπιδημητικά* p. 488, 13 (cf. de trichia Ar. 8, 13. 598^{b}12).

20. (274)

Athen. VII, 303^{d} *θυννίς*. [*τοῦ ἄρρενος ταύτην φησὶ διαφέρειν ὁ Ἀριστοτέλης* (h. a. 5, 9. 543, 12—13. cf. Schweigh. animadv. t. IV p. 245. 246) ... *ἐν δὲ τῷ περὶ ζώων μορίων* (ib. 5, 11. 543^{b}11—12) ... *καὶ Σπεύσιππος* ...] *Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ἰχθύων ἀγελαῖον καὶ ἐκτοπιστικὸν εἶναι τὴν θυννίδα.*

Cf. Ar. h. a. 1, 1. 488, 14: *καὶ τὰ μὲν ἐπιδημητικὰ καὶ τῶν ἀγελαίων καὶ τῶν μοναδικῶν, τὰ δὲ ἐκτοπιστικά.* ex his *θυννίδες* Ar. 9, 2. 610^{b}4 cf. 8, 13.

21. (275)

(*Περὶ ὀστρακοδέρμων.*)

Athen. III, 88^{b}: *Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ζώων* (corr. *ζωικῶν*) «*ὄστρεα, φησί, πίννη, ὄστρεον, μῦς, κτείς, σωλήν, κόγχη, λεπάς, τῆθος, βάλανος.* * *πορευτικὰ δὲ κῆρυξ, πορφύρα, ἡδυπορφύρα, ἐχῖνος, στράβηλος. ἔστι δ' ὁ μὲν κτεὶς τραχυόστρακος ῥαβδωτός, τὸ δὲ τῆθος ἀρράβδωτον λειόστρακον, ἡ δὲ πίννη λεπτόστομον, τὸ δὲ ὄστρεον παχύστομον δίθυρον δὲ καὶ λειόστρακον, λεπὰς δὲ μονόθυρον καὶ λειόστρακον, συμφυὲς δὲ μῦς, μονοφυὲς δὲ καὶ λειόστρακον σωλὴν καὶ βάλανος, κοινὸν δ' ἐξ ἀμφοῖν κόγχη*».

Praecedunt ostreorum i. e. ostracodermorum (1, 6. 490^{b} 9 *ἄλλο δὲ γένος — ζώων* sc. — *ἐστὶ τὸ τῶν ὀστρακοδέρμων, ὃ καλεῖται ὄστρεον.* est autem et *γένος ὀστρέων* peculiare, cf. Meyer, Ar. Thierk. p. 189) exempla, quae partim sunt *κινητικά*, ut *κτείς* (528, 30), *λεπάς* (528^{b}1), partim *ἀκίνητα*, ut *πίννη* (528, 33. 548, 4), *σωλήν* et *κόγχη* (548, 5), *τήθυα* et *βάλανοι* (535, 24), pertinent autem omnia ad summum genus alterum (528, 11. cf. 529, 25) sc. *τὰ μονόθυρα καὶ δίθυρα*, quo latiore fortasse sensu comprehenduntur etiam *τήθυα* et *βάλανοι* (cf. Ar. 528, 11—20), sicut in altero genere *τῶν στρομβωδῶν* echinus (de part. an 4, 7. 683^{b}14. cf. Meyer p. 180). *στρομβώδη* autem sunt quae sequuntur exempla tamquam *πορευτικά* (*τὰ δὲ στρομβώδη πάντα κινεῖται καὶ ἕρπει* 528, 33). quorum alibi non occurrit *ἡδυπορφύρα* (cf. Ar. 547, 4 *εἰσὶ δὲ τῶν πορφυρῶν γένη πλείω* etc.), *στράβηλος* apud Soph. Ath. III, 86^{d} = *στρόμβος* Ar. ceterum differentiarum termini iidem sunt apud Ar. h. a. 4, 4 *λειόστρακα τραχυόστρακα* (528, 21—24), *ῥαβδωτὰ ἀρράβδωτα* (528, 25—26), similes *λεπτοχειλῆ παχυχειλῆ* (528, 29 = Pseudar. *λεπτόστομα παχύ-*

στομα). συμφυές autem et μονοφυές ipse invenit auctor ex Aristotelis hac descriptione (528, 14—18 cf. 683, 14—17): τῶν δὲ διθύρων τὰ μέν ἐστιν ἀναπτυκτά, οἷον οἱ κτένες καὶ οἱ μύες· ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα τῇ μὲν συμπέφυκε τῇ δὲ διαλέλυται, ὥστε συγκλείεσθαι καὶ ἀνοίγεσθαι (= συμφυῆ)· τὰ δὲ δίθυρα μέν ἐστιν, ὁμοίως δὲ συγκέκλεισται ἐπ' ἀμφότερα, οἷον οἱ σωλῆνες (= μονοφυῆ). ipse philosophus eodem semel termino utitur de testa nautili, quae pectini similis sit et concava aeque, nisi quod συμφυής sit κτείς, simplex autem testa nautili: τὸ δ' ὄστρακον αὐτοῦ ἐστὶν οἷον κτεὶς κοῖλος καὶ οὐ συμφυής h. a. 4, 1. 525, 22. cf. Schneider ed. t. 3 p. 188. συμφυής igitur idem fere ac διφυής, cui opp. μονοφυής de part. an. 3, 7.

22. (276)

(Περὶ μαλακίων.)

Athen. VII, 318e: εἴδη δ' ἐστὶ πολυπόδων ἑλεδώνη, πολυποδίνη, βολβιτίνη (non βολβοτίνη ut edd. et codd. βολβοτύνη cod. Marc. cf. Ar. βολίταινα), ὀσμύλος, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ καὶ Σπεύσιππος (quae tamen proprie non spectant ad Aristotelis locum quem significat h. a. 4, 1. 525, 13—28, sed ad ipsum Speusippum, eadem ratione qua p. 300e). ἐν δὲ τῷ περὶ ζωικῶν Ἀριστοτέλης μαλάκιά φησιν εἶναι πολύποδας, ὀσμύλην, ἑλεδώνην, σηπίαν, τευθίδα.

Quorum ὀσμύλη ab odore dicta eadem est quae philosopho ὄζολις, Plinio (9, 48. cf. Callim. ap. Athen. 329a) ὄζαινα (ὀσμύλος Ael. 5, 44. 9, 45. Opp. hal. 1, 307. 310. Tzetz. hist. 5, 777), e polyporum autem genere (quae dicit τὰ πολυποδώδη) sicut ἑλεδώνη (v. Ar. l. c.). cf. Hesych. s. ὀσμύλια: τῶν πολυπόδων αἱ ὄζαιναι λεγόμεναι, [καὶ] ἰχθύδια ποιά, ἀλλ' εὐτελῆ. id. s. ὀσμύναι (l. ὀσμύλαι): βολβιτίναι θαλάσσιοι. et Pollux 2, 76: καὶ μὴν καὶ ὀσμύλια ἰχθύων τι γένος, ἡ ὑπὸ τῶν πολλῶν ὄζαινα καλουμένη· πολύποδος δέ ἐστιν εἶδος ἔχον μεταξὺ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν πλεκτανῶν αὐλὸν (cf. Ar. 524, 10. 679, 3) δυσῶδες πνεῦμα ἀφιέντα (seq. Aristophanis comici testimonium idem quod apud Athen. 324b): uterque ex Pamphilo, ut manifestum est, qui quidem ipso Pseudaristotele περὶ ζωικῶν in hoc quoque de osmyle loco usus esse videtur. ex eodem autem fonte Athenaeus pleraque omnia. cf. etiam Galen. gl. Hipp. s. βολβιτία (corr. βολβιτίδια et hic et apud ipsum Hipp. de morb. mul. l. II p. 288. 298 Littr. t. 8, quae sit forma deminuta nominis βολβιτίς, quam habet Epich. ap. Ath. VII, 318e): τὰ ὑπὸ τῶν πολλῶν βομβύλια (corr. ὀσμύλια) προσαγορευόμενα· γένος δέ ἐστι τοῦτο μικρῶν πολυπόδων.— De heledone notandus est Suidae locus s. ἑλεδώνη (cf. Hes. s. δελεδώνη

et *ἐλεδ.*): *εἶδος πολύποδος, ἥτις ἔχει μίαν κοτυληδόνα* (i. e. *μονοκότυλός ἐστι, ἔχει πόδας μονοκοτύλους* sicut polypum idem Pseudar. ait *ἔχειν κοτυληδόνας δύο* i. e. *πόδας δικοτύλους* ap. Ath. 316[c]). *καὶ ἔστιν ἑπτάπους* (corr. *ὀκτάπους*), *ὥς φησιν Αἰλιανός* (corr. *Ἀριστοτέλης*. cf. h. a. 525, 17).

23. (277)

Athen. VII, 318[b]: *ἐν δὲ τῷ περὶ ζωικῶν καὶ* (corr. *ἢ*) *ἰχθύων* (*Ἀρ.*) «*πολύπους, φησί, τὶς ὁ μὲν τρεψίχρως* (*τριψίχρως* cod. M.) *ὁ δὲ ναυτίλος*».

Ar. h. a. 4, 1. 525, 20 inter polyporum species recenset nautilum. cf. J. B. Meyer Ar. Thierk. p. 156.

24. (278)

ἀλφηστικός.

Athen. VII, 281[f]: [*Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Σώφρονος τῷ εἰς τοὺς ἀνδρείους μίμους προθεὶς τὸ «καταπυγοτέραν τ' ἀλφηστᾶν» φησίν «ἰχθῦς τινὲς οἱ ἀλφησταί, τὸ μὲν ὅλον κιρροειδεῖς, πορφυρίζοντες δὲ κατά τινα μέρη. φασὶ δ' αὐτοὺς ἁλίσκεσθαι σύνδυο καὶ φαίνεσθαι τὸν ἕτερον ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ κατ' οὐρὰν ἑπόμενον. ἀπὸ τοῦ οὖν κατὰ τὴν πυγὴν θατέρῳ τὸν ἕτερον ἀκολουθεῖν τῶν ἀρχαίων τινὲς τοὺς ἀκρατεῖς καὶ καταφερεῖς οὕτω καλοῦσιν.*»] *Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ζώων* (corr. *ζωικῶν*) *μονάκανθον εἶναι καὶ κιρρὸν τὸν ἀλφηστικόν.*

Forma *ἀλφηστικός* Diocles etiam utitur apud Athen. 305[b]. *μονάκανθος* (Rondelet de pisc. p. 170. cf. p. 414) autem significare debet eum qui *ἔχει μίαν ἄκανθαν μόνην*, sicut de muraena fluviatili Dorion ait apud Athen. 312[d], id est, sicut idem de myro (Ath. 312[f]), qui *τὰς διὰ σαρκὸς ἀκάνθας οὐκ ἔχει*. Hes. s. *ἀλφηστής*: *ἰχθύος εἶδος*. cf. Suid. s. *καταπύγων*: *ὁ λάγνης. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀλφηστῶν οὕτω λεγομένων ἰχθύων, ὅτι ἕπονται κατ' οὐράν.*

25. (279)

ἀμία.

Athen. VII, 277[e] (cf. Etym. M. p. 83, 37): *ταύτας* (*τὰς ἀμίας*) *Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ τὰ μὲν βράγχια ἔχειν καλυπτά, εἶναι δὲ καρχαρόδοντας καὶ τῶν συναγελαζομένων καὶ σαρκοφάγων, χολήν τε ἔχειν ἰσομήκη τῷ ἐντέρῳ καὶ σπλῆνα ὁμοίως. λέγεται δὲ ὡς θηρευθεῖσαι προσανάλλονται καὶ ἀποτρώγουσαι τὴν ὁρμιὰν ἐκφεύγουσιν.*

[*μνημονεύει δ' αὐτῶν Ἄρχιππος ... καὶ Ἐπίχαρμος ...*] *Ἀριστοτέλης δὲ παρετυμολογῶν αὐτῆς τοὔνομά φησιν ὠνομάσθαι παρὰ τὸ ἅμα ἰέναι ταῖς παραπλησίαις· ἔστι γὰρ συναγελαστική.*

Praecedunt definitiones generales, quales ex historia animalium compilatas identidem in singulis repetere auctor solet. prima de branchiis 2, 13. 504^b35: *αὐτῶν δὲ τῶν ἐχόντων βράγχια τὰ μὲν ἔχει ἐπικαλύμματα τοῖς βραγχίοις, τὰ δὲ σελάχη πάντα ἀκάλυπτα.* deinde *καρχαρόδους* est, quia secundum h. a. 2, 13. 505, 28 *καρχαρόδοντες* sunt *πάντες οἱ ἰχθύες ἔξω τοῦ σκάρου* vel sicut alibi ait paulo restrictius (p. a. 3, 14. 675, 1): *τὸ δὲ τῶν ἰχθύων γένος ἔχει μὲν ὀδόντας, τούτους δὲ καρχαρόδοντας σχεδὸν ὡς εἰπεῖν πάντας· ὀλίγον γάρ τί ἐστι γένος τὸ μὴ τοιοῦτον, οἷον ὁ καλούμενος σκάρος.* praeterea *συναγελαστική* cf. h. a. 1, 1. 488, 7: *ἀγελαῖα ... καὶ τῶν πλωτῶν πολλὰ γένη τῶν ἰχθύων, οἷον οὓς καλοῦσι δρομάδας θύννοι, πηλαμύδες, ἀμίαι* (cf. 8, 13. 598, 27). *σαρκοφάγος* cf. h. a. 8, 2. 591, 11: *οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν* (*τῶν ἰχθύων* sc.) *εἰσὶ σαρκοφάγοι μόνον, οἷον τά τε σελάχη καὶ οἱ γόγγροι καὶ αἱ χάνναι καὶ οἱ θύννοι καὶ λάβρακες καὶ σινόδοντες καὶ ἀμίαι ...* add. ib. 591^b17: *καὶ ἀμία δὲ καὶ θυννὶς καὶ λάβραξ τὰ μὲν πολλὰ σαρκοφαγοῦσιν, ἅπτονται δὲ καὶ φυκίων.* atque omnino *πάντα σχεδόν ἐστι σαρκοφάγα πλὴν ὀλίγων* (9, 37. 621^b6. cf. 1, 1. 488, 14). propria sunt quae sequuntur, de felle ex h. a. 2, 15. 506^b13 (cf. p. a. 4, 2. 676^b20): *ἡ μὲν οὖν ἀμία* (*χολὴν*) *παρὰ τὸ ἔντερον παρατεταμένην ἰσομήκη ἔχει.* de moribus ex h. a. 9, 25. 621, 12: *τῶν δ' ἰχθύων αἱ ὀνομαζόμεναι ἀλώπεκες ὅταν αἴσθωνται ὅτι τὸ ἄγκιστρον καταπεπώκασι, βοηθοῦσι πρὸς τοῦτο, ὥσπερ καὶ ἡ σκολοπένδρα* (de qua paulo ante v. 6)· *ἀναδραμοῦσαι γὰρ ἐπὶ πολὺ πρὸς τὴν ὁρμιὰν ἀποτρώγουσιν αὐτῆς ... συστρέφονται δὲ καὶ ἀμίαι ὅταν τι θηρίον ἴδωσι, καὶ κύκλῳ αὐτῶν περινέουσιν αἱ μέγισται, κἂν ἅπτηταί τινος ἀμύνουσιν.* quae omnia miscet Pseudaristoteles amiarum artem confundens et vulpes marinas, quibus ipsis alibi propter *ὥσπερ* illud tribuuntur quae scolopendrae sunt (Ael. 9, 12. Plut. de sol. an. 24. cf. Leo Allat. ad Eustath. hexaem. p. 108 ed. Lugd. 1629). atque eundem auctorem eandemque confusionem reddit Oppianus hal. 3, 144 (cf. Ael. n. a. 1, 5):

λαιψηραὶ δ' ἀμίαι καὶ ἀλώπεκες εὖτ' ἂν ἔχωνται
εὐθὺς ἄνω σπεύδουσιν ὑποφθαδόν, αἶψα δὲ μέσσην
ὁρμιὴν ὑπ' ὀδοῦσι διέτμαγον ἠὲ καὶ ἄκρας
χαίτας· τοὔνεκα τῇσιν ἐχαλκεύσανθ' ἁλιῆες
καυλὸν ἐπ' ἀγκίστρῳ δολιχώτερον, ἄρκος ὀδόντων.

de liene (cf. Casaub. ad h. l.) deque nomine (cf. Plut. de sol. an. 30. Athen. 7, 324[d]) nihil apud Aristotelem.

26. (280)

ἀφύη.

Athen. VII, 284[f] (cf. Suid. s. ἀφύα, Eustath. Il. p. 1150): τῆς δ' ἀφύης ἐστὶ γένη πλείω. καὶ ἡ μὲν ἀφρῖτις λεγομένη οὐ γίνεται ἀπὸ γόνου, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπιπολάζοντος τῇ θαλάσσῃ ἀφροῦ. ἑτέρα δ' ἐστὶν ἀφύη ἡ κωβῖτις λεγομένη. γίνεται δ' αὕτη ἐκ τῶν μικρῶν καὶ φαύλων τῶν ἐν τῇ ἄμμῳ διαγενομένων κωβιδίων (κωβιῶν Suid.). καὶ ἐξ αὐτῆς δὲ ταύτης τῆς ἀφύης ἀπογεννῶνται ἕτεραι, αἵτινες ἐγκρασίχολοι καλοῦνται. γίνεται καὶ ἄλλη ἀφύη ὁ γόνος τῶν μαινίδων, καὶ ἄλλη ἐκ τῆς μεμβράδος, καὶ ἔτι ἄλλη ἐκ τῶν μικρῶν κεστρέων τῶν ἐκ τῆς ἄμμου καὶ τῆς ἰλύος γινομένων. πάντων δὲ τούτων ἡ ἀφρῖτις ἀρίστη. [Δωρίων δ' ἐν τῷ περὶ ἰχθύων . . .

Ar. h. a. 6, 15. 569[b]14: γίνεται δ' ἐνιαχοῦ καὶ ὁπόταν ὕδωρ πολὺ ἐξ οὐρανοῦ γένηται, ἐν τῷ ἀφρῷ τῷ γιγνομένῳ ὑπὸ τοῦ ὀμβρίου ὕδατος, διὸ καὶ καλεῖται ἀφρός· καὶ ἐπιφέρεται ἐνίοτε ἐπιπολῆς τῆς θαλάττης . . . 569[b]22: ἡ δ' ἄλλη ἀφύη γόνος ἰχθύων ἐστίν, ἡ μὲν καλουμένη κωβῖτις κωβιῶν τῶν μικρῶν καὶ φαύλων, οἳ καταδύνουσιν εἰς τὴν γῆν· ἐκ δὲ τῆς φαληρικῆς γίγνονται μεμβράδες, ἐκ δὲ τούτων τριχίδες, ἐκ δὲ τῶν τριχίδων τριχίαι, ἐκ δὲ μιᾶς ἀφύης, οἷον τῆς ἐν τῷ Ἀθηναίων λιμένι, οἱ ἐγκρασίχολοι καλούμενοι. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἀφύη, ἣ γόνος ἐστὶ μαινίδων καὶ κεστρέων. cf. 569, 24: γένος τί ἐστι αὐτῶν (sc. τῶν κεστρέων), ὃ φύεται ἐκ τῆς ἰλύος καὶ τῆς ἄμμου.

Cf. Oppian. hal. 1, 767—83, a quo ibidem ἀφρῖτις dicitur, et de omni hoc argumento Schneider hist. pisc. p. 17. Meyer Arist. Thierk. p. 287.

Eundem Pseudaristotelis locum denuo tangit Athen. VII, 300[f]: ἐγκρασίχολοι. καὶ τούτων μέμνηται Ἀριστοτέλης ὡς μικρῶν ἰχθυδίων ἐν τῷ περὶ ζωικῶν (cf. Hes. s. ἀφύαι: τὰ μικρὰ ἰχθύδια).

27. (281)

γαλεός.

Athen. VII, 294[d]: γαλεοί . . . Ἀριστοτέλης δὲ εἴδη αὐτῶν φησὶν εἶναι πλείω, ἀκανθίαν λεῖον ποικίλον σκύμνον ἀλωπεκίαν ῥίνην. [Δωρίων δ' ἐν τῷ περὶ ἰχθύων . . .] ὁ δ' Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων (immo ἐν τῷ περὶ ζωικῶν) καὶ κεντρίνην φησί τινα γαλεὸν εἶναι καὶ νωτιδανόν. [Ἐπαίνετος δ' ἐν ὀψαρτυτικῷ ἐπινωτιδέα καλεῖ...]

ἰδίως δὲ ο ἀκανθίας τὴν καρδίαν ἔχει πεντάγωνον. τίκτει δ' ὁ γαλεὸς τὰ πλεῖστα τρία καὶ εἰσδέχεται τὰ γεννηθέντα εἰς τὸ στόμα καὶ πάλιν ἀφίησι, μάλιστα δ' ὁ ποικίλος καὶ ὁ ἀλωπεκίας· οἱ δὲ λοιποὶ οὐκ ἔτι διὰ τὴν τραχύτητα.

In hist. an. 6, 10—11 galeorum (Meyer Ar. Thierk. p. 283) species diserte appellantur hae: *σκυλίον* (565, 26: *οὓς καλοῦσί τινες νεβρίας γαλεούς*. cf. 566, 19), *ἀκανθίας* (565, 29. b 27), *λεῖος* (565b1), *ἀστερίας* (566, 17. cf. 543, 17), denique *οἱ γαλεοειδεῖς, οἷον ἀλώπηξ καὶ κύων* (566, 31). *ῥίνη* autem (i. e. squatina Plinii vel squatus, v. 9, 74, 162: *ex planis squatina*. cf. 9, 40. 32, 53: *rhina quem squatum vocamus*), quae cum aliis *τῶν πλατέων* (Meyer l. c. p. 282) in eodem Aristotelis loco galeis comparatur (566, 20. 27. 565b25. cf. 506b8), inter ipsos galeos referri falso (cf. Schneider hist. pisc. p. 134) videbatur Pseudaristoteli Aristotelis compilatori. nova plane nomina accedunt *ποικίλος* (i. e. *ἀστερίας* sec. Rondelet. p. 376), *κεντρίνης* et qui nusquam alibi occurrit *νωτιδανός* (i. e. *ἐπινωτιδεύς* Epaeneti). eadem autem cum Athenaeo Pseudaristotelis galeorum enumeratione usus est poeta (cf. Ael. 9, 49 p. 162, 34 Hercher. *καὶ ἡ ὕαινα οὐκ αἴσιον ὅραμα* = Opp. 1, 372 *καὶ ἀπαίσιον ἄχθος ὑαίνης*: cohaerent enim Ael. 9, 49 + 1, 55 + 9, 50 = Opp. hal. 1, 360—408) ille halieuticus quo communi fonte utuntur Oppianus 1, 373—82 et Aelianus (1, 55), qui *κυνῶν θαλαττίων τρία γένη* distinguunt, primum pelagium cetumque (canem sc. proprie vocatum), deinde *κεντρίνην* (i. e. *κεντροφόρος* Opp. 1, 244. cf. Epaeneti fr. ap. Ath. prorsus idem significat *ἀκανθίας*) et *γαλεόν*. *οἱ μὲν* (sc. *οἱ γαλεοί*) *οὖν ποικίλοι* (vel, ut antea, *κατεστιγμένοι*) *καὶ τὴν δορὰν εἰσὶ μαλακώτεροι καὶ τὴν κεφαλὴν πλατύτεροι· οἱ δὲ ἕτεροι μικροί τε καὶ σκληροὶ τὴν δορὰν μέντοι ὄντες καὶ τὴν κεφαλὴν δὲ ἀνήκουσαν εἰς ὀξὺ ἔχοντες, τὴν χρόαν εἰς τὸ λευκὸν ἀποκρίνονται. κέντρα δὲ ἄρα αὐτοῖς συμπέφυκε, τὸ μὲν τῆς κεφαλῆς κατὰ τὴν λοφιάν, ὡς ἂν εἴποις, τὸ δὲ κατὰ τὴν οὐράν· σκληρὰ δὲ ἄρα τὰ κέντρα καὶ ἀπειθῆ ἐστι καὶ ἰοῦ τι προσβάλλει* (quae sequuntur de venatione consentiunt cum Opp. 4, 242). cf. Opp. 1, 379:

γαλεῶν δ' ἑτερότροπα φῦλα
σκύμνοι καὶ λεῖοι καὶ ἀκανθίαι· ἐν δ' ἄρα τοῖσι
ῥῖναι, ἀλωπεκίαι καὶ ποικίλοι.

ubi quod dicitur *ἐν δ' ἄρα τοῖσι*, ita interpreteris: sunt autem praeter illos ex galeis etiam hi. de acanthia Rondelet p. 374: *acanthiae peculiariter cor pentagonum attribuit Athenaeus, sed id huic cum aliis omnibus galeis commune est.* ultima Aristoteli debentur, cf. p. 566, 18: *οἱ δ' ἄλλοι γαλεοὶ δὶς τίκτουσι, πλὴν τοῦ σκυλίου· οὗτος δ' ἅπαξ τοῦ ἐνιαυ-*

τοῦ et p. 565^{b}23: οἱ μὲν οὖν ἄλλοι γαλεοὶ καὶ ἐξαφιᾶσι καὶ δέχονται εἰς ἑαυτοὺς τοὺς νεοττοὺς καὶ αἱ ῥῖναι καὶ αἱ νάρκαι . . ., ὁ δ' ἀκανθίας οὐκ εἰσδέχεται μόνος τῶν γαλεῶν διὰ τὴν ἄκανθαν. τῶν δὲ πλατέων τρυγὼν καὶ βάτος οὐ δέχονται διὰ τὴν τραχύτητα τοῦ κέρκου.

28. (282)

ἔγχελυς.

Athen. VII, 298^{b}: Ἀριστοτέλης δὲ χαίρειν φησὶ τὰς ἐγχέλεις καθαρωτάτῳ ὕδατι. ὅθεν τοὺς ἐγχελυοτρόφους καθαρὸν αὐταῖς ἐπιχεῖν· πνίγεσθαι γὰρ ἐν τῷ θολερῷ (cf. Clemens Al. str. 7, 16, 99 p. 323). διὸ καὶ οἱ θηρεύοντες θολοῦσι τὸ ὕδωρ ἵν' ἀποπνίγωνται. λεπτὰ γὰρ ἔχουσαι τὰ βράγχια αὐτίκα ὑπὸ τοῦ θολοῦ τοὺς πόρους ἐπιπωματίζονται. ὅθεν κἂν τοῖς χειμῶσιν ὑπὸ τῶν πνευμάτων ταραττομένου τοῦ ὕδατος ἀποπνίγονται. ὀχεύονται δὲ συμπλεκόμεναι, κᾆτ' ἀφιᾶσι γλοιῶδες (γλινῶδες cod. Marc.) ἐξ αὐτῶν, ὃ γενόμενον ἐν τῇ ἰλύϊ ζωογονεῖται. λέγουσι δὲ οἱ ἐγχελυοτρόφοι καὶ ὡς νυκτὸς μὲν νέμονται, ἡμέρας δ' ἐν τῇ ἰλύϊ ἀκινητίζουσι, ζῶσί τε τὸ ἐπὶ πολὺ ἐπὶ ὀκτὼ ἔτη. [ἐν ἄλλοις (h. a. 6, 16. 570, 3. 15—17. 20. cf. de gen. an. 3, 11. 762^{b}21. 26) δὲ πάλιν Ἀριστοτέλης ἱστόρηκεν . . .

Ar. h. a. 8, 2. 591^{b}30: τῶν δ' ἐγχελύων τρέφονται . . . αἱ . . . πλεῖσται τῷ ποτίμῳ ὕδατι· καὶ τοῦτο τηροῦσιν οἱ ἐγχελυοτρόφοι ὅπως ὅτι μάλιστα καθαρὸν ᾖ ἀπορρέον ἀεὶ καὶ ἐπιρρέον ἐπὶ πλαταμώνων· ἢ κονιῶνται τοὺς ἐγχελυῶνας. ἀποπνίγονται γὰρ ταχύ, ἐὰν μὴ καθαρὸν ᾖ τὸ ὕδωρ· ἔχουσι γὰρ τὰ βράγχια μικρά (cf. Theophr. de pisc. 10). διόπερ ὅταν θηρεύωσι, ταράττουσι τὸ ὕδωρ. καὶ ἐν τῷ Στρυμόνι δὲ περὶ πλειάδας ἁλίσκονται· τότε γὰρ ἀναθολοῦται τὸ ὕδωρ καὶ ὁ πηλὸς ὑπὸ πνευμάτων γινομένων ἐναντίων.

ib. 592, 23: ζῶσι δ' ἔνιαι ἐγχέλυς καὶ ἑπτὰ καὶ ὀκτὼ ἔτη . . . (26:) νέμονται δὲ μᾶλλον τῆς νυκτός, τὴν δ' ἡμέραν εἰς τὰ βαθέα ὑποχωροῦσιν.

De generatione Pseudaristotelicam narrationem sequitur Oppianus hal. 1, 516:

αἱ μὲν γὰρ σπειρηδὸν ἐν ἀλλήλῃσι χυθεῖσαι
ἐγχέλυες δέμας ὑγρὸν ἀναστρωφῶσι θαμειαὶ
πλεγνύμεναι, τάων δὲ κατείβεται εἴκελος ἀφρῷ
ἰχώρ, ἐν ψαμάθοις τε καλύπτεται· ἡ δέ μιν ἰλὺς
δεξαμένη κυέει τε καὶ ἐγχελύων τέκεν ὁλκούς.

De ipso vocabulo haec etiam addit Athen. p. 299ᶜ: *Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς περὶ ζώων* (ita enim habet cod. Marc. f. 112ᵇ, non *ἐν τ. π. ζ. μορίων*, ut vulgo) *διὰ τοῦ ῑ ἔγχελις εἴρηκεν.* quod ad *ζωικά* pertinere videtur.

29. (283)

ἐρυθρῖνος.

Athen. VII, 300ᵉ: *ἐρυθρῖνος. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων* (corr. *ζωικῶν*) *καὶ Σπεύσιππος παραπλήσιά φησιν εἶναι φάγρον, ἐρυθρῖνον, ἥπατον.* [*τὰ παραπλήσια εἴρηκε καὶ Δωρίων ἐν τῷ περὶ ἰχθύων.*

Fragmentum ipsum ad Speusippum solum spectat (cf. p. 327ᵇ: *φάγρος. Σπεύσιππος ἐν δευτέρῳ ὁμοίων παραπλήσιά φησιν εἶναι φάγρον, ἐρυθρῖνον, ἥπατον.* item p. 301ᶜ: *Σπεύσιππος δ' ὅμοιον φάγρῳ τὸν ἥπατον*), non ad Aristotelem, quem diversis testimoniis in unum coniunctis de erythrino memorasse in libro *ζωικῶν* (is enim significatur, non historia animalium i. e. *περὶ ζώων μορίων*) simpliciter testatur Athenaeus.

30. (284)

ἥπατος.

Athen. VII, 301ᶜ: *ἥπατος . . . ἔστι δὲ μονήρης, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, σαρκοφάγος τε καὶ καρχαρόδους, τὴν χροιὰν μὲν μέλας, ὀφθαλμοὺς δὲ μείζονας ἢ καθ' αὐτὸν ἔχων, καρδίαν τρίγωνον λευκήν.*

Mendum subesse ultimis verbis atque legendum esse *καρδίαν τρίγωνον, ἧπαρ λευκόν* (i. e. minus rubescens, ex rubro albescens. cf. Siebold u. Stannius, Lehrb. d. vgl. Anat. t. II. 1846. p. 96) optime exposuit Rondelet de pisc. p. 148—49. rem confirmant similis corruptionis vestigia in descriptione scari (319ᶠ) manifesta, quae idem monstravit Rondelet p. 166. cf. de citharo Ath. 305ᶠ. ab Aristotele non nisi *ἐπ' ἄκρας τῆς καρδίας* magnorum piscium memoratur *παχὺς αὐλὸς καὶ λευκός* (h. a. 2, 17. 507, 10). *quod cor angulatum habeat, hoc illi cum multis commune est* (Rond. p. 148). de qua re, sicut de coloribus aliisque levis momenti rebus quae ad externam animalium speciem describendam faciunt, identidem monuisse Pseudaristotelem fragmenta docent, cf. de labrace (310ᵉ) de scaro (319ᵉ) de fagro (327ᶜ) et supra de galeo acanthia (294ᵉ). ab Aristotele uno loco nominatur hepatus (h. a. 2, 17. 508ᵇ19).

31. (285)

κάλλιχθυς.

Athen. VII, 282^d s. ἀνθίας, κάλλιχθυς ... ἀριστοτέλης δὲ καὶ καρχαρόδοντα εἶναι (φησὶ) τὸν κάλλιχθυν σαρκοφάγον τε καὶ συναγελαζόμενον.

Hunc Aristoteli ignotum ab anthia diversum habuisse videtur Pseudaristoteles (cf. Dorion p. 282^e) non minus quam Oppianus hal. 3, 335 (cf. 5, 628).

32. (286)

καλλιώνυμος.

Aelian. n. a. 13, 4: ἀκούσαις δ' ἂν ἁλιέων καὶ ἰχθύων τινὰ καλλιώνυμον οὕτω λεγόντων· καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀριστοτέλης λέγει ὅτι ἄρα ἐπὶ τοῦ λοβοῦ τοῦ δεξιοῦ καθημένην ἔχει χολὴν πολλήν, αὐτῷ δὲ τὸ ἧπαρ κατὰ τὴν λαιὰν φορεῖται πλευράν. [καὶ μαρτυρεῖ τούτοις καὶ ὁ Μένανδρος ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ οἶμαι λέγων ... καὶ Ἀνάξιππος ... Ἐπίχαρμος μὲν ... Μνησίμαχος δὲ ...

Haec ex eodem lexico quo Athenaeus uti solet fluxisse patet. atque eundem ex parte fontem nescio unde refert etiam Plinius 32, 24: *callionymi fel cicatrices sanat ... nulli hoc piscium copiosius, ut existimavit Menander quoque in comoediis. idem piscis et uranoscopos* (cf. 32, 53 cat. pisc.) *vocatur ab oculo quem in capite habet.*

In hist. anim. (2, 15. 506^b10) non nisi haec leguntur: ἔχει δὲ καὶ ὁ καλλιώνυμος (qui nominatur etiam 8, 13. 598, 11 diversus ab anthia quem habes 9, 2 et 9, 37 — unde Athen. 282^c Ar. citat ἐν τῷ περὶ ζώων ἠθῶν — cf. 6, 17) ἐπὶ τῷ ἥπατι (χολήν), ὅσπερ ἔχει μεγίστην τῶν ἰχθύων ὡς κατὰ μέγεθος. de situ hepatis, de quo mira Aelianus, in universum monet Ar. h. a. 2, 17. 507, 12. 23. P. Gyllius autem locum illum ita vertit corrigitque (Ex Aeliano l. XI c. 34. Lugd. 1533 p. 326): *Huic Aristoteles ait in iecore fel situm esse, pro portione corporis maxime copiosum: iecur autem ad dextrum latus collocatum esse.* quod ineptum erat adnotare.

33. (287)

κεστρεύς.

Athen. VII, 307^a: [Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ μορίων (h. a. 5, 11. 543^b14—18) ...] ἐν δ' ἄλλοις φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης «ὁ κεστρεὺς καρχαρόδους ὢν οὐκ ἀλληλοφαγεῖ, ἅτε δὴ οὐδ' ὅλως σαρκοφαγῶν. ἔστι δὲ ὁ μέν τις κέφαλος, ὁ δὲ χελλών, ὁ δὲ φεραῖος. καὶ ὁ μὲν χελ-

λὼν πρὸς τῇ γῇ νέμεται, ὁ δὲ φεραῖος οὔ. καὶ τροφῇ χρῆται ὁ μὲν φεραῖος τῇ ἀφ' αὑτοῦ γενομένῃ μύξῃ, ὁ δὲ χελλὼν ἄμμῳ καὶ ἰλύι. λέγεται δὲ καὶ ὅτι τὸν γόνον τῶν κεστρέων οὐδὲν τῶν θηρίων κατεσθίει, ἐπεὶ οἱ κεστρεῖς οὐδένα τῶν ἰχθύων».

Post alia deinde testimonia denuo citatur Aristoteles p. 307ᶜ: *ἐν τῷ περὶ ζώων ἠθῶν καὶ βίων* (h. a. 9, 2. 610^b14—17) idemque sine titulo p. 308^b ex h. a. 8, 2. 591^b3—4. cf. 591, 21. Pseudaristotelis autem locus et ipse excerptus est (non autem ab ipso demum Athenaeo excerptus est, ut voluit post Rondelet. p. 263 Schneider comm. ad Ar. h. a. p. 577. hist. pisc. p. 70. aliter tamen p. 78) ex Ar. h. a. 8, 2. 591, 17—19. 22—26. 28: *ἀλληλοφαγοῦσι δὲ πάντες μὲν πλὴν κεστρέως . . . ὁ δὲ κέφαλος καὶ ὁ κεστρεὺς ὅλως μόνοι οὐ σαρκοφαγοῦσιν . . . τρέφεται δὲ πᾶς κεστρεὺς φυκίοις καὶ ἄμμῳ. ἔστι δ' ὁ μὲν κέφαλος, ὃν καλοῦσί τινες χελῶνα, πρόσγειος, ὁ δὲ περαίας* (al. l. *παρέας*, *παρδίας* Plut. de sol. an. 9 ex Ar.) *οὔ. βόσκεται δ' ὁ περαίας τὴν ἀφ' αὑτοῦ μύξαν* (inde *μυξῖνος* Hicesio ap. Ath. 306ᵉ, cf. *σμύξων* vel *μύξων* Ar. 543^b15, unde *μύξος* Ath. 306ᶠ), *διὸ καὶ νῆστίς* (cf. Dorion 306ᵉ) *ἐστιν ἀεί· οἱ δὲ κέφαλοι νέμονται τὴν ἰλύν . . . ἰχθὺν δ' ὅλως οὐκ ἐσθίουσιν . . . τὸν δὲ γόνον αὐτῶν οὐδὲν ἐσθίει τῶν θηρίων, διὸ γίγνονται πολλοί.*

Ultimis Pseudaristotelis verbis (*λέγεται δὲ καὶ . . .*), non ipsius Aristotelis, respondent Oppiani versus hal. 2, 642—656, quorum hos apponere satis habeo:

μοῦνοι γὰρ κεστρῆες ἐνηέες οὔθ' ὁμόφυλον
οὔτε τιν' ἀλλοίης γενεῆς ἄπο πημαίνουσιν . . .
τοὔνεκα (cf. *ἐπεί* illud Pseudar.) *καί τιν' ἔχουσι μετ' ἰχθύσι τίμιον αἰδῶ·*
οὐ γάρ τις κείνων νεαρὸν τόκον, οἷα καὶ ἄλλων,
σίνεται . . .

34. (288)

κ ί θ α ρ ο ς.

Athen. VII, 305ᶠ: *κίθαρος. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων* (corr. *ζωικῶν*) *ἢ ἰχθύων «ὁ κίθαρος, φησί, καρχαρόδους, μονήρης, φυκοφάγος, τὴν γλῶτταν ἀπολελυμένος, καρδίαν λευκὴν ἔχων καὶ πλατεῖαν».*

Nominatur citharus uno loco apud Aristotelem h. a. 2, 17. 508^b17. — *φυκοφάγος* (vel *φυκιοφάγος*) opp. *σαρκοφάγος* Ar. 8, 19. 602, 20. linguam piscium *οὐκ ἀπολελυμένην* (h. a. 4, 8. 533, 27. 2, 10. 503, 3) dixit Aristoteles et *προσπεφυκυῖαν οὕτως ὥστ' ἐνίοτε μὴ δοκεῖν ἔχειν*

(h. a. 2, 13. 505, 31. cf. p. a. 2, 17. 661, 2. 4, 11. 690b25), contrarium Pseudaristoteles per varias ille manus et traditus et corruptus. de corde sive potius hepate v. s. ἥπατος et σκάρος.

35. (289)
κορδύλος.

Athen. VII, 306b: κορδύλος. τοῦτον Ἀριστοτέλης φησὶν ἀμφίβιον εἶναι καὶ τελευτᾶν ὑπὸ τοῦ ἡλίου αὐανθέντα.

Cf. Hesych. κορδύλος: ἰχθὺς ποιός. — ἀμφίβιος quia δέχεται μὲν τὸ ὑγρὸν καὶ ἔχει βράγχια, πορεύεται δ' εἰς τὸ ξηρὸν καὶ λαμβάνει τροφήν (Ar. 589b24). ἀμφίβιοι voce ab Aristotele aliena apud Theophr. de pisc. 12 semel nominantur οἱ ἐν τῷ ξηρῷ διαμένοντες, cf. 10. 2. Isidor. orig. 12, 6, 3: *amphibia sunt quaedam genera piscium, dicta quod ambulandi in terris usum et natandi in aquis officium habeant.* eodemque sensu apud Pseudaristotelem Apuleio teste, qui de magia c. 38 nominum Romanis inusitatorum atque in libris de piscibus latine e Graecis i. e. Aristotele — cf. c. 36. 40 — explicatorum exempla profert hoc modo: *de solis aquatilibus dicam nec cetera animalia nisi in communibus differentiis attingam. ausculta igitur quae dicam. iam me clamabis magica nomina Aegyptio vel Babylonico ritu percensere* σελάχια, μαλάκια, μαλακόστρακα, χονδράκανθα, ὀστρακόδερμα, καρχαρόδοντα, ἀμφίβια, λεπιδωτά, φολιδωτά, δερμόπτερα, στεγανόποδα (πεσα νοποδα cod. Flor. unde male Hildebrand πεζά, νέποδα inepto poeticoque vocabulo), μονήρη, συναγελαστικά. *possum etiam pergere* ... de cordylo v. Ar. h. a. 8, 2. 1, 5. 1, 1. p. a. 4, 13. de resp. 10 (Schneider hist. pisc. p. 275 cf. 61. comm. in Ar. h. a. p. 21. Meyer Ar. Thierk. p. 312).

36. (290)
κυπρῖνος.

Athen. VII, 309a: κυπρῖνος. τῶν σαρκοφάγων καὶ οὗτος, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, καὶ συναγελαστικῶν. τὴν δὲ γλῶτταν οὐχ ὑπὸ τῷ στόματι, ἀλλ' ὑπὸ τὸ στόμα κέκτηται (ita cod. Marc.).

Ultima haec de lingua neque sensum ullum habent (ut ait Rondelet non integrum esse locum Athenaei statuens, aquatil. hist. part. alt. Lugd. 1555 p. 152. cf. Schneider hist. pisc. p. 7) et ad emendandum sunt impeditissima (cf. Schweighaeuser animadv. t. 4 p. 306—10). de re Ar. h. a. 4, 8. 533, 28 (cf. p. a. 2, 17. 660b35): τὴν γλῶτταν ἔχουσι μέν, ἔχουσι δ' ἀμυδρῶς· ὀστώδη γὰρ καὶ οὐκ ἀπολελυμένην ἔχουσιν. ἀλλ' ἐνίοις τῶν

ἰχθύων ὁ ουρανος ἐστι σαρκώδης, οἷον τῶν ποταμίων ἐν τοῖς κυπρίνοις, ὥστε τοῖς μὴ σκοπουμένοις ἀκριβῶς δοκεῖν ταύτην εἶναι γλῶτταν.

37. (291)

λάβραξ.

Athen. VII, 310[e]: *λάβρακες. οὗτοι, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, μονήρεις εἰσὶ καὶ σαρκοφάγοι. γλῶσσαν δ' ἔχουσιν ὀστώδη καὶ προσπεφυκυῖαν, καρδίαν τρίγωνον. [ἐν δὲ πέμπτῳ ζῴων μορίων* (h. a. 5, 10. 543[b]3. 5, 9. 543, 3) *τίκτειν αὐτούς ...*

Quae ex huius piscis descriptione ab Athenaeo servatae sunt notae, omnibus partim piscibus partim multis communes sunt. id quod ita tulisse ineptam auctoris rationem saepe iam vidimus. de lingua piscium Ar. h. a. 4, 8. 533, 27 (cf. 2, 10. 503, 3): *ὀστώδη γὰρ καὶ οὐκ ἀπολελυμένην ἔχουσιν.* 2, 13. 505, 30: *καὶ γλῶτταν σκληρὰν καὶ ἀκανθώδη ἔχουσι καὶ προσπεφυκυῖαν.* ceterum *τῶν χυτῶν* (Meyer Ar. Th. p. 286) est *ὁ λάβραξ* secundum Ar. (h. a. 5, 9. 543, 3) vel *δρομάδων* (h. a. 6, 17. 570[b] 21): non igitur *μονήρης* (Schneider h. p. p. 105). inter *σαρκοφάγους* recensetur h. a. 8, 2. 591, 11 (cf. 591[b]17). ad Pseudaristotelem nescio an pertineant quibus post Hicesium pergit Athenaeus verba haec: *ὠνομάσθη δ' ὁ ἰχθὺς παρὰ τὴν λαβρότητα* (cf. schol. Aristoph. eq. 361). *λέγεται δὲ ὅτι καὶ συνέσει τῶν ἄλλων ἰχθύων διαφέρει ἐπινοητικὸς ὢν τοῦ διασώζειν ἑαυτόν* (cf. Plin. 32, 5. Opp. hal. 3, 121).

38. (292)

μύραινα.

Athen. VII, 312[c]: *μύραιναι ... Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων ἐκ μικροῦ φησὶν αὐτὴν ταχεῖαν τὴν αὔξησιν λαμβάνειν καὶ εἶναι καρχαρόδουν τίκτειν τε πᾶσαν ὥραν μικρὰ ᾠά.*

Quae hic leguntur non ad quintum historiae pertinere verum ad librum deperditum *περὶ ζωικῶν*, titulosque illos fere ubique a lexicographo coniunctos unaque appositos confudisse Athenaeum, e verbis *καὶ εἶναι καρχαρόδουν* plane intelligitur. nisi forte duo diversa testimonia in unum titulum negligenter collata sunt, sicut infra s. *ὀρφώς* (315[a]) et s. *σάλπη* (321[e]). ex historia autem revera excerpsit Pseudaristoteles: cf. 5, 10. 543, 19: *ἔνια δὲ τίκτει πᾶσαν ὥραν, οἷον ἡ σμύραινα. τίκτει δ' αὕτη ᾠὰ πολλὰ καὶ ἐκ μικροῦ ταχεῖαν τὴν αὔξησιν λαμβάνουσι τὰ γενόμενα.* quem locum mox ipse etiam tangit Athen. 312[e]: *ὁ δὲ μῦρος, ὥς φησιν Ἀρ. ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων* (5, 10. 543, 24—27), *διαφέρει τῆς σμυραίνης ...*

39. (293)

νάρκη.

Athen. VII, 314[c]: *ἔστι δ' ἡ νάρκη, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, τῶν σελαχωδῶν καὶ τῶν σκυμνοτοκούντων. θηρεύει δ' εἰς τροφὴν ἑαυτῆς τὰ ἰχθύδια προσαπτομένη καὶ ναρκᾶν καὶ ἀκινητίζειν ποιοῦσα.*

Cf. Ar. h. a. 2, 13. 505, 4: *τῶν σελαχῶν ... νάρκη* (*τὰ δὲ σελάχη πάντα ζωοτόκα* 505[b]3. cf. Meyer Ar. Thierk. p. 280. de torpedine accuratius 6, 10. 11). h. a. 9, 37. 620[b]19: *ἡ δὲ νάρκη ναρκᾶν ποιοῦσα ὧν ἂν κρατήσειν μέλλῃ ἰχθύων ... λαμβάνουσα τρέφεται τούτοις.*

40. (294)

ξιφίας.

Athen. VII, 314[e]: *ξιφίας. τοῦτον Ἀριστοτέλης φησὶν ἔχειν τοῦ ῥύγχους τὸ μὲν ὑποκάτω μικρόν, τὸ δὲ καθύπερθεν ὀστῶδες μέγα, ἴσον τῷ ὅλῳ αὐτοῦ μέρει· τοῦτο δὲ καλεῖσθαι ξίφος. ὀδόντας δ' οὐκ ἔχειν τὸν ἰχθύν.*

Horum nulla mentio apud Aristotelem. de dentibus consentit Aelianus n. a. 14, 23. cf. Schneider h. p. p. 50.

41. (295)

ὄνος.

Athen. VII, 315[e]: *ὄνος, φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζωικῶν, ἔχει στόμα ἀνερρωγὸς ὁμοίως τοῖς γαλεοῖς· καὶ οὐ συναγελαστικός. καὶ μόνος οὗτος ἰχθύων τὴν καρδίαν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἔχει, καὶ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ λίθους ἐμφερεῖς μύλαις. φωλεύει τε* (ita cod. Marc., non *δέ*, ut vulgo) *μόνος ἐν ταῖς ὑπὸ κύνα θερμοτάταις ἡμέραις, τῶν ἄλλων ταῖς χειμεριωτάταις φωλευόντων.*

Quae omnia nova et partim inaudita atque absona, praeter latitationem, de qua Ar. h. a. 8, 15. 599[b]31: *ἔνιοι δὲ τῶν ἰχθύων φωλοῦσι καὶ τοῦ θέρους, οἷον γλαῦκος· οὗτος γὰρ τοῦ θέρους φωλεῖ περὶ ἑξήκονθ' ἡμέρας. φωλεῖ δὲ* (sc. *τοῦ θέρους*) *καὶ ὁ ὄνος καὶ ὁ χρυσόφρυς* ... (600, 4:) *καὶ μάλιστα ἐπὶ κυνί.* inter eos qui lapidem in capite gerere dicuntur (h. a. 8, 19. 601[b]29: *οἱ ἔχοντες λίθον ἐν τῇ κεφαλῇ, οἷον χρόμις λάβραξ σκίαινα φάγρος*), non memoratur asellus. memorantur tamen eius lapilli a Plinio 32, 38. cetera autem dubia et suspecta. etenim os habet *hians quidem sed non ut galei* (Rondelet de pisc. p. 275. cf. Salvianus aquat. hist. f. 73 d. *ἀνερρωγός* cf. Ar. 505, 32). neque est *οὐ συναγελαστικός* (Rondelet l. c.). de cordis situ, quem arbitraria explicatione male defendit Schneider hist. pisc. p. 35 (*voluit igitur philosophus signi-*

ficare asino pisci cor non tam prope os, sed profundius situm esse), ita Rondelet de pisc. p. 274: *branchias quaternas habet duplices, inter quas situm est cor figura ossis dactylorum id est fructuum palmae, pericardio contectum supra septum transversum situm, tribus constans partibus, ut in caeteris piscibus, quas suo loco perspicue declaravimus. ex quibus liquet minime verum id esse quod de hoc pisce scribit Athenaeus. καὶ μόνος οὗτος ἰχθύων τὴν καρδίαν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἔχει. solus hic ex piscibus cor in ventre habet. nam si τῆς κοιλίας nomine cavitatem illam intelligit quae diaphragmati subest, αὐτοψία id falsum esse convincit. sin eam etiam cavitatem quae superior est diaphragmate, eadem in parte cor habet, qua alii omnes pisces* (v. Siebold u. Stannius, vergl. Anat. II p. 99). *neque video cur natura instituti sui oblita, in hoc pisce potius quam in alio, cor a ventriculo intestinisque diaphragmate non secluserit, cuius usum in piscibus alibi exposuimus.* Hipp. Salvianus, aquat. anim. hist. (Rom. 1554) f. 74[a]: *solus piscium Athenaeo et Aeliano auctoribus cor in ventre continet. quod in minoribus secus esse crebra sectione didicimus. eodem enim loco, quo et pisces reliqui, et non in ventre, illud habent. num id autem in maioribus forsan verum sit, si quando maiorum occasio dabitur, periculum faciemus.*

Eundem autem Pseudaristotelis locum de corde aselli ex Anatomis (περὶ ζώων ἀνατομῆς Apul. c. 36) i. e. ex eodem de animalibus opere altero quod περὶ ζωικῶν inscribunt Athenaeus et Apollonius, affert Apuleius, qui de piscibus (cf. c. 36) librum ediderat ex Aristotele et Peripateticis. ita enim ait de magia c. 40: *at enim, inquit, piscem cui rei nisi malae proscidisti, quem tibi Themison servus attulit? quasi vero non paulo prius dixerim me de particulis omnium animalium, de situ earum deque numero deque causa conscribere ac* *libros ἀνατομῶν Aristotelis* *et explorare studio et augere. atque adeo summe miror quod unum a me pisciculum inspectum sciatis, quum iam plurimos ubicunque locorum oblati sunt aeque inspexerim, praesertim quod nihil ego clanculo sed omnia in propatulo ago . . . hunc adeo pisciculum, quem vos leporem marinum nominatis, plurimis qui aderant ostendi, necdum etiam decerno quid vocem, nisi quaeram sane accuratius, quod nec apud veteres philosophos proprietatem eius piscis reperio, quanquam sit omnium rarissima et hercule memoranda. quippe solus ille quantum sciam quum sit cetera exossis, duodecim numero ossa ad similitudinem talorum suillorum in ventre eius connexa et catenata sunt.* *quod Aristoteles si scisset, nunquam profecto omisisset, qui aselli piscis solius omnium in medio alvo corculum situm pro maximo*

memoravit (*quod Ar. si unquam profecto* etc. cod. Flor. 68, 2 omnium sec. Keilium archetypus).

De eadem re ex unius Pseudaristotelis errore derivata alii quoque auctores monuerunt, praecipue Aelianus, qui maximam fragmenti partem repetit n. a. 6, 30: *ὁ ἰχθὺς ὁ ὄνος τὰ μὲν ἄλλα ὅσα ἐντὸς προσπέφυκεν, οὐ πάνυ τι τῶν ἑτέρων διεστῶτα κέκτηται, μονότροπος δέ ἐστι καὶ σὺν ἄλλοις βιοῦν οὐκ ἀνέχεται. ἔχει δὲ ἄρα ἰχθύων μόνος οὗτος ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν, καὶ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ λίθους οἵπερ οὖν ἐοίκασι μύλαις τὸ σχῆμα. σειρίου δὲ ἐπιτολῇ φωλεύει μόνος* (cf. Oppian. hal. 1, 151), *τῶν ἄλλων ἐν ταῖς κρυμωδεστάταις* (sc. *ἡμέραις*) *φωλεύειν εἰθισμένων.* cf. 5, 20: *ὄνος ὁ θαλάττιος ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν ἔλαχεν ἔχειν, ὡς οἱ δεινοὶ τὰ τοιαῦτα ὁμολογοῦσιν ἡμῖν καὶ διδάσκουσιν.* Clemens Alex. paedag. 2, 1, 18 p. 65 Sylb.: ... *τὸν νοῦν ἐγκατορύξας τῇ κοιλίᾳ, τῷ ἰχθύι τῷ καλουμένῳ ὄνῳ τὰ μάλιστα ἐοικώς, ὅν δή φησιν Ἀριστοτέλης μόνον τῶν ἄλλων ζώων ἐν τῇ γαστρὶ τὴν καρδίαν ἔχειν.* quae ex eodem fonte excerpta esse quo Athenaeus usus est, Epicharmi (qui *ἐκτραπελόγαστρον* appellat) locus docet similiter apud utrumque Aristotelicis subiunctus.

42. (296)

ὀρφώς.

Athen. VII, 315ᵃ: *ὀρφώς.* [*καλεῖται δὲ καὶ ὀρφός, ὡς Πάμφιλος. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων* (h. a. 5, 10. 543, 30. ᵇ1) *ταχεῖαν λέγων γίνεσθαι τὴν αὔξησιν, καὶ ὀρφώς, φησίν, ἐκ μικροῦ γίνεται μέγας ταχέως.*] *ἔστι δὲ καὶ σαρκοφάγος καὶ καρχαρόδους, ἔτι δὲ μονήρης. ἴδιον δ' ἐν αὐτῷ ἐστὶ τὸ τοὺς θορικοὺς πόρους μὴ εὑρίσκεσθαι καὶ τὸ δύνασθαι πολὺν χρόνον ζῆν μετὰ τὴν ἀνατομήν. ἔστι δὲ καὶ τῶν φωλευόντων ἐν ταῖς χειμεριωτάταις ἡμέραις· χαίρει τε πρόσγειος μᾶλλον ὢν ἢ πελάγιος. ζῇ δ' οὐ πλέον δύο ἐτῶν.*

Locum ex historia animalium depromtum sine titulo addita alterius operis verba excipiunt. — *σαρκοφάγος* Ar. h. a. 8, 2. 591, 11. *φωλεύει* h. a. 8, 15. 599ᵇ 6. *πρόσγειος* h. a. 8, 13. 598, 10. cetera nova. *οἱ θορικοὶ πόροι* piscium describuntur 6, 11 (cf. 3, 20), at nihil de orpho.

Fragmenti Pseudaristotelici partem praebet Aelianus n. a. 5, 18: *ὁ ὀρφὼς θαλάττιον ζῶόν ἐστι, καὶ εἰ ἕλοις καὶ ἀνατέμοις, οὐκ ἂν ἴδοις τεθνεῶτα παραχρῆμα αὐτόν, ἀλλὰ ἐπιλαμβάνει τῆς κινήσεως καὶ οὐκ ἐπ' ὀλίγον. διὰ χειμῶνος δὲ ἐν τοῖς φωλεοῖς οἰκουρῶν χαίρει· διατριβαὶ δὲ ἄρα αἱ πρὸς τῇ γῇ μᾶλλον φίλαι αὐτῷ.* particulam etiam Oppianus hal. 1, 142: *καὶ ὀψιμόρων γένος ὀρφῶν, οἳ πάντων περίαλλα κατὰ χθόνα δηθύνουσι ζωοί, καὶ τμηθέντες ἔτι σπαίρουσι σιδήρῳ.*

43. (297)

σάλπη.

Athen. VII, 321^{e}: σάλπη . . . [Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων (h. a. 5, 9. 543, 8. cf. 5, 11. 543^{b}8. 6, 17. 570^{b}17) ἅπαξ τίκτειν φησὶν αὐτὴν τοῦ μετοπώρου.] ἔστι δὲ πολύγραμμος καὶ ἐρυθρόγραμμος, ἔτι δὲ καρχαρόδους καὶ μονήρης. λέγεσθαι δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἁλιέων φησὶν ὡς καὶ κολοκύντῃ θηρεύεται χαίρουσα τῷ βρώματι.

Diversa περὶ μορίων libri et περὶ ζωικῶν testimonia in unum conflata habes, sicut in orpho et muraena. ultima Pseudaristoteles petiit ex h. a. 8, 2. 591, 15: ἡ δὲ σάλπη (τρέφεται) τῇ κόπρῳ καὶ φυκίοις (cf. Opp. hal. 3, 414. 424)· βόσκεται δὲ καὶ τὸ πράσιον, θηρεύεται δὲ καὶ κολοκύνθῃ μόνη τῶν ἰχθύων. de colore idem supra legitur in fr. 12. cf. Opp. hal. 1, 125 σάλπαι . . . αἰολόνωτοι.

44. (298)

σαρδῖνος.

Athen. VII, 329^{a}: Ἀριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ ζώων ἱστορίας (ita cod. Marc. sec. Schweighaeuser animadv. t. IV p. 468 quod revera legi et ipse testor. ἐν πέμπτῳ μορίων *fide membranarum* Casaubonus) σαρδίνους (σαργίνους corr. Meineke) αὐτὰς (sc. τὰς ἐριτίμους) καλεῖ.

Cf. Epaenetus ap. Ath. 328^{f} (cf. 328^{c} et Arist. fr. 19): χαλκίδας ἃς καλοῦσι καὶ σαρδίνους ἐριτίμους. in hist. an. simpliciter semel inter gregatilium exempla commemorantur σαργῖνοι, nunquam σαρδῖνοι. ego titulos confusos esse atque ζωικά intelligenda (fort. ἐν τῷ περὶ ζωικῶν ἱστορῶν . . . καλεῖ) arbitror, praesertim quum qui sexcenties ab Athenaeo citatur quintus historiae, semper inscribatur πέμπτος μορίων (v. V. Rose de Aristot. libr. p. 217. cf. 31. 216) neque simplex illa sargini mentio sufficiat ad corrigendum ἐν η̄ (sicut est apud Ath. VII, 387^{b} pro ἐν ῑ) ζώων ἱστορίας.

45. (299)

σκάρος.

Athen. VII, 319^{e}: σκάρος. τοῦτον Ἀριστοτέλης φησὶ καρχαρόδοντα εἶναι καὶ μονήρη καὶ σαρκοφάγον, ἔχειν τε στόμα μικρὸν καὶ γλῶτταν οὐ λίαν προσπεφυκυῖαν, καρδίαν τρίγωνον, ἧπαρ λευκόν (ita optime Rondelet de pisc. p. 166. codd. τρίγωνον παράλευκον) τρίλοβον (τρίβολον cod. Marc.), ἔχειν τε χολὴν καὶ σπλῆνα μέλανα, τῶν δὲ βραγχίων τὸ μὲν διπλοῦν τὸ δὲ ἁπλοῦν. μόνος δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἰχθύων

μηρυκάζει· χαίρει δὲ τῇ τῶν φυκίων τροφῇ· διὸ καὶ τούτοις θηρεύεται. ἀκμάζει δὲ θέρους.

Aristoteles in hist. an. (2, 13. 505, 28) idemque paulo restrictius de part an. (3, 14. 675, 1) asserit unum fere piscium esse scarum qui non sit *καρχαρόδους*. non esse *σαρκοφάγον* ipse sibi contradicens in extrema fragmenti parte ait auctor cum Ar. h. a. 8, 2. 591, 14: *σκάρος δὲ καὶ μελανοῦρος φυκίοις* (*τρέφονται*) (cf. Plin. 9, 29. Ael. n. a. 1, 2. 12, 42). itaque quum neque *καρχαρόδους* sit scarus neque *μονήρης* (cf. Ael. 1, 2. 1, 4. Opp. hal. 4, 40) neque *σαρκοφάγος*, Rondelet (de pisc. p. 165) negationem addendam esse praecepit (*φησὶν οὐ καρχ. εἶναι*) eamque ad reliquas etiam notas duas trahendam esse explicavit Schneider hist. pisc. p. 86 (cf. Schweigh. anim. t. IV p. 394). corrigendum igitur erat *οὔ φησι καρχαρόδοντα εἶναι οὔτε μονήρη οὔτε σαρκοφάγον*. attamen vix dubium est quin sicut nunc legitur revera scripserit non solum Athenaeus et quo hic usus est lexicographus, sed incautus ipse et imperitus libri pseudaristotelici compilator formulas illas notasque generales repetere consuetus. — *ἧπαρ τρίλοβον* cf. Rondelet p. 166: *est enim in hoc pisce nota non minima, quod hepar in tres lobos divisum habeat.* contra Cuvier et Valenciennes, hist. des poissons t. XIV p. 125: le foie . . . est composé de deux lobes alongés etc. (differt enim scarus Graecorum qui nunc quoque ita appellatur a scaro Rondeleti VI, 2, *qui n'est qu'un sargue ordinaire.* v. ib. p. 109. 111) et in universum de figura hepatis piscium Cuvier, Leçons d'anat. comp. IV, 2. p. 483 (1835). Siebold und Stannius, vergl. Anat. II. p. 97. — de branchiis Ar. h. a. 2, 13. 505, 13: *οἱ δὲ δύο ἐφ' ἑκάτερα* (*βράγχια ἔχουσιν*), *τὸ μὲν ἁπλοῦν τὸ δὲ διπλοῦν, οἷον γόγγρος καὶ σκάρος*. — de ruminatione Ar. p. a. 3, 14. 675, 1 (cf. h. a. 2, 17. 508ᵇ11. 8, 2. 591ᵇ22. 9, 50. 632ᵇ9): *τὸ δὲ τῶν ἰχθύων γένος ἔχει μὲν ὀδόντας, τούτους δὲ καρχαρόδοντας σχεδὸν ὡς εἰπεῖν πάντας· ὀλίγον γάρ τί ἐστι γένος τὸ μὴ τοιοῦτον, οἷον ὁ καλούμενος σκάρος, ὃς δὴ καὶ δοκεῖ μηρυκάζειν εὐλόγως διὰ ταῦτα μόνος* (cf. Plin. 9, 29. Ael. 2, 54. Opp. hal. 1, 135, qui utrumque coniungit, ut et sonum solus edat, de quo supra in fr. 18 ex Ath. VIII, 331ᵈ, et solus ruminet. Cuv. et Valenc. l. c. p. 113). — *ἀκμάζει* cf. h. a. 9, 37. 621ᵇ19.

σκορπίος.

46. (300)

Athen. VII, 320ᵉ: [*τίκτει δ' ὁ σκορπίος δίς, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων* (h. a. 5, 9. 543, 7) . . .] *ὅτι δὲ καὶ πληκτικός ἐστιν Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ ἰχθύων ἢ ζωικῶν* (*ἐν*

τῶι περὶ ἰχθύων ζωικῶν cod. Marc. om. *ἡ*, ut supra fr. 11). [*Ἐπίχαρμος δὲ . . .*] *μονήρης δ' ἐστὶ καὶ φυκοφάγος.* [*ἐν δὲ πέμπτῳ ζώων μορίων ὁ Ἀριστοτέλης σκορπίους* (543, 7) *καὶ σκορπίδας* (543^b 5) *ἐν διαφόροις τόποις ὀνομάζει, ἄδηλον δὲ εἰ τοὺς αὐτοὺς λέγει.*

Capitis *κέντρα πευκήεντα* ictumque nociturum memorant Oppianus hal. 2, 459 et Ovidius hal. 117 (cf. P. Gyllius de nom. pisc. c. 118. Rondelet de pisc. p. 203).

47. (301)

τ ρ ί γ λ η.

Athen. VII, 324^e: [*τὴν δὲ τρίγλην φησὶν Ἀριστοτέλης τρὶς τίκτειν τοῦ ἔτους ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων* (h. a. 5, 9. 543, 5—7), *τεκμαίρεσθαι λέγων τοὺς ἁλιεῖς τοῦτο ἐκ τοῦ γόνου τρὶς φαινομένου περί τινας τόπους· μήποτ' οὖν ἐντεῦθέν ἐστι καὶ τὸ τῆς ὀνομασίας, ὡς ἀμίαι ὅτι οὐ κατὰ μίαν φέρονται ἀλλ' ἀγεληδόν* (cf. Pseudarist. fr. 25), *σκάρος δὲ ἀπὸ τοῦ σκαίρειν καὶ καρίς, ἀφύαι δ' ὡς ἂν ἀφυεῖς οὖσαι τουτέστι δυσφυεῖς, θύω θύννος ὁ ὁρμητικὸς* (cf. Athen. p. 302^b) *διὰ τὸ κατὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν ὑπὸ τοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς οἴστρου ἐξελαύνεσθαι.*] *ἔστι δὲ καρχαρόδους, συναγελαστική, παντόστικτος, ἔτι δὲ σαρκοφάγος. τὸ δὲ τρίτον τεκοῦσα ἄγονός ἐστι· γίνεται γάρ τινα σκωλήκια αὐτῇ ἐν τῇ ὑστέρᾳ, ἃ τὸν γόνον τὸν γινόμενον κατεσθίει.*

Quae de nominum origine hic inseruntur, ex Aristophanis Byzantii epitoma historiae animalium vel Byzantinis seculis notissima sumsisse videtur Didymus,- a quo Pamphilus et Athenaeus. id quod docet Artemidorus oneirocrit. 2, 14 p. 165 Reiff.: *ὅσοι δὲ τῶν ἰχθύων εἰσὶ πυρροὶ . . . οἷον σινόδους ἐρυθρῖνος κόκκυξ τρίγλη. αὕτη δὲ γυναιξὶν ἀτέκνοις ἐστὶν ἀγαθή· τρὶς γὰρ κύει. ὅθεν αὐτῇ καὶ τοὔνομα εἰκότως φασὶ κεῖσθαι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς* (al. l. *ἐν τῷ*) *περὶ ζώων* (h. a. 5, 9 et ita quidem hic ut ansam daret coniecturae grammatici, non ipse proponeret) *καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην ὑπομνήμασι* (Nauck. Aristoph. Byz. fr. p. 281) cf. Oppian. hal. 1, 590. Ael. 10, 2. — *συναγελαστική* cf. Ar. h. a. 6, 17. 570^b 22. 9, 2. 610^b 5. — *σαρκοφάγος* cf. Ar. h. a. 8, 2. 591, 12: *αἱ δὲ τρίγλαι καὶ φυκίοις τρέφονται καὶ ὀστρέοις καὶ βορβόρῳ* (cf. 591^b 10) *καὶ σαρκοφαγοῦσιν* (Opp. hal. 3, 432. de altero loco h. a. 9, 37. 621^b 7 Schneider hist. pisc. p. 109). — *τρίτον τεκοῦσα* (h. a. 5, 9) *ἄγονος* cf. 6, 17. 570^b 8: *πολλοῖς δὲ τῶν ἰχθύων πέρας ἐστὶ τοῦ τίκτειν ὅταν ἐγγένηται σκωλήκια ἐν τῇ γαστρί· ἐγγίνεται γὰρ μικρὰ καὶ ἔμψυχα, ἃ ἐξελαύνει τὰ κυήματα.* de colore Rondelet p. 289. 290.

48. (302)

φάγρος.

Athen. VII, 327^c: φάγρος ... Ἀριστοτέλης δὲ σαρκοφάγον φησὶν αὐτὸν εἶναι καὶ μονήρη καρδίαν τε ἔχειν τρίγωνον ἀκμάζειν τε ἔαρος.

Cf. Rondelet de pisc. p. 143. — ἀκμάζειν cf. Ar. h. a. 9, 37. 621^b 19: ἀκμάζουσι δὲ τῶν ἰχθύων οἱ μὲν ᾠοφόροι τοῦ ἔαρος μέχρι οὗ ἂν ἐκτέκωσιν, οἱ δὲ ζωοτόκοι τοῦ μετοπώρου.

(Περὶ μαλακίων.)

Cf. J. G. Schneider, Sammlung vermischter Abhandlungen zur Aufklärung der Zoologie und der Handlungsgeschichte. Berlin 1784. J. B. Meyer, Aristoteles Thierkunde. Berl. 1855 p. 262—70.

49. (303)

πολύπους.

Pseudaristot. mirab. 64: *Ἡ μέλιττα δοκεῖ τὰς τροπὰς σημαίνειν τῷ ἐπὶ τὰ ἔργα βαδίζειν, ᾧ καὶ οἱ μελιττοπόλοι σημείῳ χρῶνται· ἠρεμία γὰρ αὐτῶν γίνεται. δοκοῦσι δὲ καὶ οἱ τέττιγες ᾄδειν μετὰ τροπάς.*

Cf. Ar. 8, 14, 599, 23: *φωλεῖ δὲ* (sc. *τῶν ἐντόμων*) *τὰ μὲν πλείους ἡμέρας, τὰ δὲ τὰς χειμεριωτάτας, οἷον αἱ μέλιτται· καὶ γὰρ αὗται φωλοῦσιν . . . ἡσυχάζει δ' ἀπὸ πλειάδος δύσεως* (cf. Th. de signis 1, 7—8) *μέχρι τοῦ ἔαρος.* — *cicadae circa solstitium* (*maxime stri-*

dorem edunt) Plin. 11, 35, 107. cf. Ar. h. a. 8, 17. 601, 6—10: *οἱ δὲ τέττιγες ὅταν ἐξέλθωσι, καθιζάνουσιν ἐπί τε τὰς ἐλαίας καὶ καλάμους. περιρραγέντος δὲ τοῦ κελύφους ἐξέρχονται ἐγκαταλιπόντες ὑγρότητα μικρὰν καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀναπέτονται καὶ ᾄδουσιν.*

4.

Athenaeus VII p. 301 s. *θύννος. τοῦτόν φησιν Ἀριστοτέλης* (sequuntur tres loci excerpti ex hist. an. 8, 13. 598^b19—21 et 8, 19. 602, 26—28 et 31—$^b1$) . . . *γίνεται δὲ ἐδώδιμος ὅταν τοῦ οἴστρου παύσηται. μίσγεται δὲ μετὰ τὴν φωλείαν, ὥς φησι Θεόφραστος. καὶ ἕως μὲν ἂν ἔχῃ μικρὰ τὰ κυήματα, δυσάλωτος, ὅταν δὲ μείζω γένηται, διὰ τὸν οἶστρον ἁλίσκεται. φωλεύει δ' ὁ θύννος καίτοι πολυαίματος ὤν.*

Cf. Arist. h. a. 8, 15. 599^b 8—17. ib. 20: *κατὰ δὲ τὴν ἐαρινὴν ὥραν κινοῦνται καὶ προέρχονται πρὸς τὴν γῆν ὀχευόμεναι καὶ τίκτουσαι καὶ ἁλίσκονται κύουσαι· καὶ τότε δοκοῦσιν ὡραῖοι εἶναι, οἱ δὲ μετοπωρινοὶ καὶ χειμερινοὶ χείρους· ἅμα δὲ καὶ οἱ ἄρρενες φαίνονται πλήρεις ὄντες θοροῦ. ὅταν μὲν οὖν μικρὰ τὰ κυήματ' ἔχωσι, δυσάλωτοί εἰσιν, ὅταν δὲ μείζω, πολλοὶ ἁλίσκονται διὰ τὸ οἰστρᾶν* (quae ultima aut ex Aristotele repetit Th. aut ad ipsum iam Aristotelem redit Athenaeus alius quippe auctoris copias retractans).

5.

Athen. VII p. 314: *Θεόφραστος δ' ἐν τῷ περὶ φωλευόντων διὰ τὸ ψῦχός φησι τὴν νάρκην κατὰ γῆς δύεσθαι.*

Plin. 9, 24: *praegelidam hiemem omnes* (*pisces*) *sentiunt* (quae sequuntur ex Ar. h. a. 8, 19. 601^b29 sqq. et 8, 15. 599^b2—8 ab auctore Plinii petita sunt) . . . *terra quidem* (cf. Ar. 599^b26) *id est vado maris excavato condi per hiemes torpedinem, psettam, soleam tradunt.*

6.

Pseudarist. mir. 65: *Φασὶ δὲ καὶ τὸν ἐχῖνον ἄσιτον διαμένειν ἄχρις ἐνιαυτοῦ.*

Plin. 8, 56, 133: *praeparant hiemi et erinacei cibos ac volutati supra iacentia poma affixa spinis, unum amplius tenentes ore, portant in cavas arbores.* [*iidem mutationem aquilonis in austrum condentes se in cubile praesagiunt.* cf. Ar. 612^b4. Th. de signis 2, 5. iam sequuntur apud Plinium quae retuli ad l. Th. de invidentibus.] Aelian. 3, 10: *Ἐχῖνον τὸν χερσαῖον οὐκ ἄσοφον οὐδ' ἀμαθῆ ταμιείας τῆς ἐς τὴν χρείαν ἡ φύσις ἐποίησεν. ἐπεὶ γὰρ δεῖται τροφῆς διετησίου, τὰ δὲ*

ὡραῖα οὐ πᾶσα ὥρα δίδωσιν, ἑαυτὸν ἐν ταῖς τρασιαῖς κυλίει, φασί, καὶ τῶν ἰσχάδων τὰς περιπαρείσας, αἳ πολλαὶ πήγνυνται (add. *ἐν*) *ταῖς ἀκάνθαις, ἡσυχῇ* (corr. *εἰς ὀχὴν*?) *κομίζει καὶ ἀποθησαυρίσας φυλάττει, καὶ ἔχει λαβεῖν ἐκ τοῦ φωλεοῦ ὅτε πορίσαι οὐχ οἷόν τε ἔξωθέν ἐστιν.*

6 b.

Plin. 8, 53: *hystrices generat India et Africa spina contectas ac erinaceorum genere, sed hystrici longiores aculei et quum intendit cutem, missilibus ora urgentium figit canum et paulo longius iaculatur* (cf. Ael. 12, 26). *hibernis autem se mensibus condit, quae natura multis et ante omnia ursis.*

Cf. Ar. h. a. 6, 30. 579, 29: *καὶ ἡ ὕστριξ δὲ φωλεύει καὶ κύει ἴσας ἡμέρας καὶ τἆλλα ὡσαύτως τῇ ἄρκτῳ.* item 8, 17. 600, 28: *τῶν δὲ ζωοτόκων καὶ τετραπόδων φωλοῦσιν αἵ τε ὕστριχες καὶ αἱ ἄρκτοι.* illis deinde neglectis uberius hic, sicut Plinius, de ursis disputat, de quibus geminam quidem narrationem, at ex Theophrasto pleniorem habet Plinius. utramque in fr. 7 appono. — Ar. h. a. 9, 39. 623, 33: *ἢ τὰ βάλλοντα ταῖς θριξίν, οἷον αἱ ὕστριχες.* cf. Ael. 1, 31.

7.

Pergit Plinius (e Theophrasto) 8, 54: *eorum* (*ursorum* sc.) *coitus hiemis initio nec vulgari quadripedum more sed ambobus cubantibus complexisque. dein secessus in specus separatim, in quibus pariunt trigesimo die, plurimum quinos. hi sunt candida informisque caro paulo muribus maior, sine oculis, sine pilo, ungues tantum prominent. hanc lambendo paulatim figurant* (cf. Ael. 2, 19. Oppian. cyn. 3, 163. praeterea Poll. 5, 80. Galen. t. XIV p. 254 etc. de vulpe idem Ar. 6, 34 cf. Plin. 10, 83, 176). *nec quicquam rarius quam parientem videre ursam. ideo mares quadragenis diebus latent, feminae quaternis mensibus. spe-*

Arist. hist. an. 6, 30: *αἱ δ' ἄρκτοι τὴν μὲν ὀχείαν ποιοῦνται . . . οὐκ ἀναβαδὸν ἀλλὰ κατακεκλιμέναι ἐπὶ τῆς γῆς. κύει δ' ἄρκτος τριάκονθ' ἡμέρας. τίκτει δὲ καὶ ἓν καὶ δύο, τὰ δὲ πλεῖστα πέντε. ἐλάχιστον δὲ τίκτει τὸ ἔμβρυον τῷ μεγέθει ὡς κατὰ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτῆς. ἔλαττον μὲν γὰρ γαλῆς τίκτει, μεῖζον δὲ μυὸς καὶ ψιλὸν καὶ τυφλὸν καὶ σχεδὸν ἀδιάρθρωτα τὰ σκέλη καὶ τὰ πλεῖστα τῶν μορίων . . . κύουσαν δ' ἄρκτον ἔργον ἐστὶ λαβεῖν.*

Ar. h. a. 8, 17: *ὅτι μὲν οὖν φωλοῦσιν αἱ ἄγριαι ἄρκτοι φανερόν ἐστιν, πότερον δὲ διὰ ψῦχος ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν ἀμφισβητεῖται. γίνονται γὰρ περὶ τὸν χρόνον τοῦτον*

cus si non habuere, ramorum fruticumque congerie aedificant impenetrabiles imbribus mollique fronde constratos (add. Plut. de sol. an. c. 16). *primis diebus bis septenis tam gravi somno premuntur ut ne vulneribus quidem excitari queant. tunc mirum in modum veterno pinguescunt. illi sunt adipes medicaminibus apti contraque defluvium capilli tenaces* (de ursini adipis medicina multis locis Plinius libri 28). *ab iis diebus residunt ac priorum pedum suctu vivunt* (Ael. 6, 3. Opp. cyn. 3, 174). *fetus rigentes apprimendo pectori fovent non alio incubitu quam ad ova volucres. mirum dictu, credit Theophrastus per idem tempus coctas quoque ursorum carnes si asserventur increscere. cibi nulla tunc argumenta nec nisi humoris minimum in alvo inveniri, sanguinis exiguas circa corda tantum guttas* (cf. Plin. 11, 91, 224), *reliquo corpori nihil inesse. procedunt vere, sed mares praepingues, cucus rei causa non prompta est, quippe ne somno quidem saginatis praeter quatuordecim dies, ut diximus. exeuntes herbam quandam arum nomine laxandis intestinis alioquin concretis devorant circaque surculos dentium praedomantes ora* (cf. Ar. 612, 1).

οἵ ἄῤῥενες καὶ αἵ θήλειαι πιότατοι, ὥστε μὴ εὐκίνητοι εἶναι. ἡ δὲ θήλεια καὶ τίκτει περὶ τοῦτον τὸν καιρόν . . . τὸ δ' ἐλάχιστον φωλεῖ περὶ τετταράκονθ' ἡμέρας· τούτων δὲ δὶς ἑπτὰ λέγουσιν ἐν αἷς οὐδὲν κινεῖται, ἐν δὲ ταῖς πλείοσι ταῖς μετὰ ταῦτα φωλεῖ μέν, κινεῖται δὲ καὶ ἐγείρεται . . . ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ φανερόν ἐστιν ὅτι οὐδὲν ἐσθίουσιν· οὔτε γὰρ ἐξέρχονται, ὅταν τε ληφθῶσι κενὰ φαίνεται ἥ τε κοιλία καὶ τὰ ἔντερα. λέγεται δὲ καὶ διὰ τὸ μηδὲν προσφέρεσθαι τὸ ἔντερον ὀλίγου συμφύεσθαι αὐτῇ καὶ διὰ τοῦτο πρῶτον ἐξιοῦσαν γεύεσθαι τοῦ ἄρου πρὸς τὸ ἀφιστάναι τὸ ἔντερον καὶ διευρύνειν.

Pseudarist. mir. 68: *Λέγουσι δὲ καὶ τὸ τῆς ἄρκτου στέαρ* (*στέατος* loco Plinii auctor *κρέατος* legerat) *ὅταν διαπεπηγὸς ᾖ διὰ τὸν χειμῶνα, καθ' ὃν ἂν χρόνον ἐκείνη φωλεύῃ, αὐξάνεσθαι καὶ ὑπεραίρειν τὰ ἀγγεῖα ἐν οἷς ἂν ᾖ.*

Idem repetiit Th. in l. de odoribus 63: *θαυμασιώτατον δὲ τῶν τοιούτων τὸ ἐπὶ τοῦ στέατος τῆς ἄρκτου συμβαῖνον, ὅπερ ἅμα ταῖς φωλείαις ἐπαίρεται καὶ ἐκπληροῖ τὰ ἀγγεῖα.* —

Schol. Theocrit. 1, 115 p. 78, 5 Ahr. *φωλάδες ἄρκτοι: οὐ μάτην φησίν, ἀλλ' ἐπεὶ καὶ Θεόφραστος καὶ Σώστρατος ἐν ᾱ λέγει* (ita corr. Dübner pro *ἐνάγει* codd.) *περὶ ἄρκτων, ὅτι πλεῖστον* (*πρῶτον* codd., *πολὺν* vulgo) *αἱ ἄρκτοι φωλεύουσι χρόνον. — ἢ ὅτι μόναι τῶν ἄλλων θηρίων αἱ ἄρκτοι τίκτουσαι φωλεοῖς ἐπικάθηνται.*

8.

In hoc quoque, sicut in libro de invidentibus (e quo Pseudarist. mir. 66) non dubito quin de stellione (quem *γαλεώτην* vel *ἀσκαλαβώτην* Graeci, cf. Ar. p. 600^{b}22) dixerit, tangens *τῶν φωλούντων* ea quae *τὸ καλούμενον γῆρας ἐκδύνουσιν* (Ar. h. a. 8, 17 p. 600^{b}15—601, 21).

Athen. III p. 105: *Θεόφραστος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν φωλευόντων τοὺς ἀστακοὺς καὶ καράβους καὶ καρίδας ἐκδύεσθαί φησι τὸ γῆρας.*

Cf. Ar. h. a. 8, 17. 601, 10: *τῶν δὲ θαλαττίων οἱ κάραβοι καὶ ἀστακοὶ ἐκδύνουσιν ὁτὲ μὲν τοῦ ἔαρος ὁτὲ δὲ τοῦ μετοπώρου μετὰ τοὺς τόκους.*

Appendix fragmentorum Theophrasti *περὶ ζώων*

τοῦ γ̄.

1.

Athen. IX p. 387: *Θεόφραστος δὲ ὁ Ἐρέσιος Ἀριστοτέλους μαθητὴς ἐν τρίτῃ περὶ ζώων μνημονεύων αὐτῶν* (sc. *τῶν φασιανῶν*) *οὑτωσί πως λέγει· «ἔστι δὲ καὶ τοῖς ὄρνισι τοιαύτη διαφορά· τὰ μὲν γὰρ βαρέα καὶ μὴ πτητικά, καθάπερ ἀτταγὴν πέρδιξ ἀλεκτρυὼν φασιανός, εὐθὺς βαδιστικὰ καὶ δασέα»* (cf. Arist. h. a. 3, 17 ibique locum p. 520, 25).

τοῦ ε̄.

2.

Constantini imperatoris syll. hist. animal. (cod. Par. suppl. gr. 495) f. 15^a extr.: *μόνη τῶν διπόδων γυνὴ ζωοτοκεῖ, τὰ δὲ ἄλλα δίποδα ᾠοτοκεῖ* (cf. Ar. h. a. 5, 1. 539, 15). *μόνη ἡ γυνὴ τῶν ζωοτοκούντων*

ὑπηνέμια τίκτει τὸν λεγόμενον Ὄσιριν ἐν Αἰγύπτῳ (de hoc nihil apud Ar. quem cf. de mola mulierum de gen. an. 4, 7. Pseudarist. *περὶ τοῦ μὴ γεννᾶν* i. e. hist. an. X c. 3 fin. et 7: *ὃ καλοῦσιν ἐξανεμοῦσθαι* p. 636, 9 — *ὥσπερ τὰ ὑπηνέμια* 638, 23. 25. Plin. 10, 84, 184). *μαρτυρεῖ δὲ Θεόφραστος λέγοντι Ἀριστοτέλει ἄνευ ὀχείας γίνεσθαι τὸν λεγόμενον Ὄσιριν, ἐν τῷ πέμπτῳ τῷ περὶ ζώων* (de situ fragmenti cf. Aristot. h. a. 5, 1).

Eundem locum tangit Hesych. s. *Ὄσιρις: αἱ ἐν Αἰγύπτῳ ὑπηνέμια τίκτουσι τὸν λεγόμενον Ὄσιριν* [sc. *γυναῖκες*]. (cf. Geopon. 14, 7, 30 *εἰσὶ δ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἴγυπτον ὄρνεις μονόσιροι . . . δὶς καὶ τρὶς ᾠὰ θάλπουσαι ἐφεξῆς* etc. osiris herba ap. Galen. fac. simpl. 8 p. 93. Dioscor. 4, 141. Sprengel comment. p. 633.)

3.

Athen. IX p. 391: *ὁ δὲ Θεόφραστος τοὺς ἀγρίους* (sc. *ἀλεκτρυόνας*) *φησὶν ὀχευτικωτέρους εἶναι τῶν ἡμέρων. λέγει δὲ καὶ τοὺς ἄρρενας εὐθὺς ἐξ εὐνῆς ἐθέλειν πλησιάζειν, τὰς δὲ θηλείας προβαινούσης μᾶλλον τῆς ἡμέρας* (cf. Arist. h. a. 5, 13 ibique p. 544, 31).

4.

Aelian. de n. a. XV, 16: *Θεόφραστος οὔ φησι τοῦ ἔχεως τὰ βρέφη διεσθίειν* (ut olim aiebat Herod. 3, 109) *τῆς μητρὸς τὴν γαστέρα, ὥσπερ οὖν θυροκοποῦντα, ἵνα τι καὶ παίσω, καὶ ἐξαράττοντα πεφραγμένην ἔξοδον, ἀλλὰ τοῦ θήλεος θλιβομένου καὶ τῆς γαστρός οἱ στεινομένης, Ὁμηρείως δὲ εἶπον, τὴν δὲ οὐκ ἀντέχειν, ἀλλὰ διαρρήγνυσθαι* (cf. Arist. h. a. 5, 34).

(*Περὶ ζώων γενέσεως*)

(cf. D. L. 5, 49.)

5.

Theophr. de caus. pl. V, 6, 13 Schn.: *συμβαίνει δὲ καὶ ἐν ἄλλοις μορίων τινῶν ἀφαιρουμένων ποιεῖν τινὰ διαφοράν, ὥσπερ ταῖς ἀμπέλοις ὅταν ἡ μήτρα τοῦ κλήματος ξυσθῇ, τοὺς βότρυς ἀγιγάρτους εἶναι. καὶ πίστιν ταῦτα παράσχοιτ' ἂν ἴσως τοῖς ἀφ' ἑκάστου τῶν μερῶν λέγουσιν ἀπιέναι τὸ σπέρμα. λύσις δ' ἥπερ εἴρηται καὶ ἐπὶ τῶν ζώων* (cf. Arist. de gener. an. 1, 17—18).

(*Ὀπτικόν.*)

Aristoteles in secundo de anima (2, 7. 419, 1) haec habet: *οὐ πάντα δὲ ὁρατὰ ἐν φωτί ἐστιν, ἀλλὰ μόνον ἑκάστου τὸ οἰκεῖον χρῶμα· ἔνια γὰρ ἐν μὲν τῷ φωτὶ οὐχ ὁρᾶται, ἐν δὲ τῷ σκότει ποιεῖ αἴσθησιν, οἷον τὰ πυρώδη φαινόμενα καὶ λάμποντα, ἀνώνυμα δ' ἐστὶ ταῦτα ἑνὶ ὀνόματι, οἷον μύκης, κέρας, κεφαλαὶ ἰχθύων καὶ λεπίδες καὶ ὀφθαλμοί· ἀλλ' οὐδενὸς ὁρᾶται τούτων τὸ οἰκεῖον χρῶμα. δι' ἣν μὲν οὖν αἰτίαν ταῦτα ὁρᾶται ἄλλος λόγος.* quae alia disputatio (cf. Rose de libr. Ar. p. 194, quae corrigas hinc) extat in l. de sensu c. 2 (cf. 437^{b}5: *τὸ γὰρ λεῖον ἐν τῷ σκότει πέφυκε λάμπειν, οἷον κεφαλαὶ ἰχθύων τινῶν καὶ ὁ τῆς σηπίας θολός*), ubi de organo visus locutus priorum sententiam commemorat qui *ποιοῦσι τὴν ὄψιν πυρός*. atque ad hunc locum Aristotelis illa verba referenda esse recte vidit Themistius in paraphrasi (de an. f. 79^{a} inf. in opp. ed. Ven. 1534): *ἔνια δὲ ἐν μὲν τῷ φωτὶ οὐχ ὁρᾶται, ἐν δὲ τῷ σκότῳ κινεῖ τὴν αἴσθησιν . . . οἷον τὰ πυρώδη φαινόμενα καὶ ἐν νυκτὶ λάμποντα . . . τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ μύκητες καὶ κέρατα τινῶν ζώων καὶ ἰχθύων κεφαλαὶ καὶ λεπίδες καὶ ὀφθαλμοί, καὶ ξύλα δέ τινα σεσηπότα. καὶ τούτων δὲ ἑκάστου τὸ μὲν οἰκεῖον χρῶμα ἐν φωτὶ ὁρᾶται, τὸ δὲ πυρῶδες τοῦτο καὶ ἐκλάμπον ἐν τῇ νυκτὶ ἴσως οὐδὲ χρῶμα ἀλλὰ τῶν ἡμετέρων πάθος ὀφθαλμῶν. δι' ἣν μὲν οὖν αἰτίαν ταῦτα ὁρᾶται ἄλλον εἶναί φησι λόγον καὶ προσήκοντα μᾶλλον τοῖς περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν* (consentit Philop. ad h. l. de an. f. L, 1^{a}). *λέγει δὲ αὐτὸν Σωσιγένης ὁ Ἀλεξάνδρου διδάσκαλος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ὄψεως, εἴ τῳ πιθανὸς ὁ Σωσιγένης, μετέχειν καὶ ταῦτα φάσκων φύσεώς τινος ἐπ' ὀλίγον τοιαύτης οἵας καὶ τὸ πέμπτον σῶμα καὶ τὸ πῦρ· αὕτη δέ ἐστι τὸ δύνασθαι λάμπειν καὶ φωτίζειν τὸν παρακείμενον ἀέρα ἢ τὸ σῶμα τὸ διαφανές· φωτίζεσθαι οὖν πως ὑπὸ τούτων τὸν ἀέρα νύκτωρ, ὅταν μὴ ὑπὸ τοῦ μᾶλλον φωτίζοντος καταλάμπηται καὶ ἀφανὲς τὸ παρὰ τούτων γίνηται φῶς ἀμαυρούμενον τῷ λαμπροτέρῳ. ἐν μέντοι τῇ νυκτὶ μέχρι τινὸς οἷά τε φωτίζειν τὸν πλησίον αὐτῶν ἀέρα οὐχ ὥστε καὶ ἄλλα ποιεῖν ὁρατά, ἀλλ' ὡς αὐτὰ ἀγαπητῶς διαφαίνεσθαι, διὰ τὸ τὴν οὐσίαν ἐκείνην ὀλίγην αὐτοῖς ὑπάρχειν παρ' ἧς τὸ φῶς. καὶ τὸ πῦρ δὲ αὐτὸ τὸν μὲν πλησίον ἀέρα οὕτω φωτίζει ὥστε καὶ τὰ τῶν ἄλλων χρώματα ποιεῖν ὁρατά, τὸν πόρρω δὲ οὕτως ὥστε ἑαυτὸ μόνον ποιεῖν ὁρατόν* (add. Them. f. 79^{a} sup. *ἔοικεν οὖν οὐχ ἡ πῦρ ὑπάρχειν αὐτῷ* — sc. *τῷ πυρί* — *τὸ φωτίζειν, ἀλλ' ᾗ τινὸς ἄλλης φύσεως κεκοινώνηκε. δῆλον δὴ καὶ ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν ζώων οἷον τῶν καλουμένων πυγολαμπίδων, ἃ πῦρ μὲν οὐκ ἔχει, φωτίζει δὲ ὅμως κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος τὸν πέριξ ἀέρα.* cf. Alex. de sensu f. 96^{a}). Sosigenis (cuius *περὶ ὄψεως* opus similiter ex Alexandri verbis citat Pseudoalex. in meteor. f. 116^{a}) hanc explicationem ex ipso sine dubio Alexandri Aphrod. in l. de anima commentario hic tradidit Themistius. eandem enim sententiam sequitur idem Alexander in comm. ad Ar. de sensu (c. 2) f. 96^{a} (ed. Ven. 1527): *καὶ λέγων λύει τὰ εἰρημένα ὅτι τὰ λεῖα πέφυκεν ἐν τῷ*

σκότει λάμπειν, οὐ μέντοι γε φῶς ποιεῖν, ὃ φθάνει εἰρηκέναι καὶ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς. ὅσα γὰρ αὐτὰ μὲν σκότους ὄντος ὁρῶμεν, οὐ μέντοι δι' αὐτὰ καὶ ἄλλα, ταῦτά ἐστιν ἃ στίλβει μὲν φῶς δ' οὐ ποιεῖ etc. (ita etiam Simpl. de an. Ven. 1527 f. 37ᵇ. cf. Philop. l. c.). eandemque exposuerat *ἐν τοῖς περὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν*, quod scriptum citat ipse et in libro de anima et teste Pseudoalexandro citaverat in commentario ad meteorologica. et ita quidem ait in l. de anima (ed. c. Themistii opp. Ven. 1534) f. 131ᵃ: *ἔστι γὰρ φῶς ἐνέργεια καὶ τελειότης τοῦ διαφανοῦς καθὸ τοιοῦτον. γίνεται δὲ τόδε τὸ φῶς ἐν τῷ διαφανεῖ παρουσίᾳ πυρὸς ἢ τοῦ θείου σώματος* (cf. Ar. 418ᵇ16: *ἢ τοιούτου τινός*) . . . *τῷ γὰρ τὸ κατ' ἐνέργειαν διαφανές· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ πεφωτισμένον· πρῶτον πάσχειν ὑπὸ τοῦ χρώματος· τούτου γὰρ τὸ χρῶμα κινητικόν· τὴν δὲ ὄψιν ὑπὸ τούτου, οὖσαν καὶ αὐτὴν διαφανῆ, τούτῳ ἡ τῶν χρωμάτων αἴσθησίς τε καὶ κρίσις γίνεται, ὡς δέδεικται καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν ἐζητημένοις· ὥστε οὐκ ἂν εἴη χρώματα ὅσα ὁρᾶται σκότους. πῶς δὲ ταῦτα ὁρᾶται καὶ τίνος γενομένου ἐν τοῖς περὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν καὶ αὐτὸ εἴρηται.* quae in cod. Riccard. 63 (f. 24ᵃ—39ᵇ), qui varia capitula ex Alexandri de anima libro et de mistione aliisque textu breviore collecta continet, his verbis expressa sunt (f. 31ᵇ): *διὸ καὶ ἀχρόνως γίνεται. εἰ δὲ τὸ χρῶμα ἐν τῷ φωτὶ ὁρατόν, πῶς ὁρᾶται τὰ ὅσα σκότους ὁρᾶται; ἀλλὰ τοῦτο ἐν τοῖς περὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν εἴρηται* (cf. Alex. de an. f. 152ᵇ). alter locus Pseudoalexandri ex Aphrodisiensi compilati hic est (ad meteor. 3, 2. 372, 29 sqq. f. 115ᵃ, cf. Ideler II p. 104): *οὐκ ἀρέσκεται μὲν τῇ δόξῃ τῇ δι' ἀκτίνων ἐκχύσεως ὁρᾶν ἡμᾶς λεγούσῃ, καθά φασιν οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων* (et cum eis Euclides in opticis), *ἡ δόξῃ ἀκόλουθός ἐστι καὶ ἡ δι' ἀνακλάσεως τῶν αὐτῶν τούτων ἀκτίνων ὁρᾶν ἡμᾶς πάντα τὰ δι' ἐμφάσεως ὁρώμενα λέγουσα. οὔτε γὰρ ἀπὸ τῆς ὄψεως ἀκτῖνάς τινας ἐκχεομένας καὶ προσπιπτούσας τῷ ὁρατῷ αἰτίας ἡμῖν τοῦ ὁρᾶν οἷόν τε γίνεσθαι, οὔτε τὰς αὐτὰς ταύτας ἀνακλωμένας ἀπὸ τῶν κατόπτρων καὶ πάντων τῶν διὰ τοιούτων ὁρωμένων ἐπὶ τὸ ὁρώμενον τὴν αἰτίαν ἡμῖν πάλιν παρέχειν τοῦ ταῦτα ὁρᾶν, τῆς τῶν ἀκτίνων ἀνακλάσεως πρὸς ἴσας γινομένης γωνίας. ὅτι γὰρ ἀδύνατα ταῦτα ἐδείχθη ἐν τοῖς περὶ τοῦ πῶς ὁρῶμεν, ὧν καὶ αὐτὸς* (scil. Alexander quem repetit qui hunc commentarium redegit. nisi forte haec verba *ὧν καὶ αὐτός* etc. ipse is addidit ad Aristotelis quendam librum spectare credens Alexandrum) *ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς* (l. c. f. 131ᵃ) *ἐμνημόνευσε. δοκεῖ γὰρ αὐτῷ* etc. (eodem plane modo haec leguntur in antiquissimo Alexandri codice Par. 1880 f. 22ᵃ, itemque in recent. Par. 2202 f. 228ᵃ. ceterum cf. Alex. de an. f. 153ᵃ. 148ᵇ sqq.). atque haec ipsa de visu disputatio, etsi non eadem plane nec integra, etiam nunc servata legitur in collectione illa dissertationum miscellarum physici psychici ethici argumenti, quae inepto titulo libri de anima secundi libro *περὶ ψυχῆς* addita est in Themistii operum editione Aldina (1534) et in cod. Marc. 258 (f. 69ᵃ *ἀλ. ἀφρ. σχολικῶν περὶ ψυχῆς ᾱ.* — f. 139ᵇ *Περὶ ψυχῆς β̄*), quae collectio ab ipso Alexandro non magis profecta est quam scholicarum quaestionum et physicarum et ethicarum libri

quatuor (e quibus seorsim etiam et sine auctoris nomine post Syriani in Ar. metaphysica libros fertur qu. I, 25 cuius titulus *εἰς τὰ περὶ προνοίας τινὰ συντελοῦντα*). erant enim dissertationes singulares, quarum plurimas ex Graeco conversas legebant Arabes (Wenrich p. 276), ex Arabico Latini. ita in cod. Par. Sorbon. 1786 habentur translati a *Girardo Cremonensi in Toleto* sicut de primo notatur in titulo, tractatus Alexandri de tempore, de sensu, de augmento et incremento, de intellectu, quorum hic, qui editus est, inter capita libri illius secundi Graece extat *περὶ νοῦ* f. 143ᵇ—145ᵃ. eiusdem libri capita optica (f. 148ᵇ *πρὸς τοὺς διὰ τῶν ἀκτίνων τὸ ὁρᾶν λέγοντας* etc. — f. 150ᵃ. f. 152ᵃ—154) pertinent ad tractatum de visu (Wenrich l. c.), cuius inscriptio servata est f. 152ᵃ: *Πῶς κατὰ Ἀριστοτέλην τὸ ὁρᾶν γίνεται.* in quo quum multis agat de luce et colore, obiter tangit quaestionem *περὶ τῶν ὅσα σκότους ὁρᾶται* separatim fortasse in capitulo quodam perdito expositam. cf. f. 152ᵃ: *ἐστὶ δὲ τὸ φωτίζειν πεφυκὸς τό τε τῶν ἄστρων σῶμα καὶ τὸ πῦρ καὶ εἴ τις τοιαύτη ἐστὶν ἐν διαφέρουσι σώμασι κοινὴ φύσις ἡ τοῦτο δυναμένη· ἡ γὰρ τούτων παρουσία ἐν τῷ διαφανεῖ φῶς*... f. 152ᵇ inf.: *παρουσία δὲ πυρὸς ἢ τοιούτου τινὸς ἐν διαφανεῖ ἡ αἰτία γε αὐτοῦ* (sc. *τοῦ φωτός*)· *οὐ γὰρ πυρὸς παρουσία μόνον φωτίζει τὸ διαφανές, ἀλλ' ἔστι καὶ τὸ αἰθέριον σῶμα τοιοῦτον καὶ ἄλλα τινὰ μόρια ζώων θαλαττίων τε καὶ χερσαίων καὶ πτηνῶν* (cf. Alex. ad Ar. de sensu f. 96ᵃ, ubi memorantur quae *νυκτὸς ὁρᾶται . . . τὰ στίλβοντα, ὧν ἔνια καὶ αὐτὸς παρατίθεται· κεφαλαὶ γὰρ ἰχθύων τινῶν καὶ ὁ τῆς σηπίας θολός, ἀλλὰ καὶ ὀφθαλμὸς λεόντων λαγωῶν τε καὶ ἄλλων ζώων* atque ita *ἡ πυγολαμπίς*, de qua loquitur etiam in capit. *ὅτι μὴ σῶμα τὸ φῶς* f. 151ᵃ. cf. Them. Simpl. Philop. l. c.) *καὶ λίθων τινῶν γένη, ἃ πάντα ἢ τοιαῦτά ἐστιν οὐ ῥᾴδιον ἑνὶ περιλαβεῖν ὀνόματι.* quibus omnibus ita compositis probatur nullum apud Alexandrum Graecosque Aristotelis commentatores fragmentum extare optici libelli Aristotelis. nam quem alterum locum olim credidi cum Idelero (ad Ar. meteor. I, 171. cf. II, 104, 105) ad Aristotelem referendum esse (Rose de Ar. libr. p. 193), eius longe alia ratio est. ait enim Olympiodorus ad Ar. meteor. (1, 4. p. 342ᵇ30) fol. 9ᵇ med.: *δέδεικται δὲ δι' ὀπτικοῦ λόγου ὅτι τὰ πλησίον ὄντα τῶν πόρρω ἀφεστηκότων, κἂν ἀργότερον κινῶνται, δοκοῦσι ὅμως ὀξύτερον κινεῖσθαι. δι' ἣν ἄρα αἰτίαν εἴρηται, ὡς ἀπὸ μιᾶς κορυφῆς ἐκπεμπόμεναι τυχὸν αἱ ἀκτῖνες τῆς ὄψεως πόρρω προκόπτουσαι διΐστανται ἀπ' ἀλλήλων. τὰ οὖν πλησίον ὄντα ὡς ἅτε μὴ πολὺ ἀφιστάμενα ἀλλήλων ἀκριβῶς γινώσκουσι, τὰ δὲ πόρρω πάνυ ὄντα ἐπειδὴ λοιπὸν οἱονεὶ εἰς ἀχανίαν τινὰ λήγουσιν, οὐ κατὰ λόγον περιλαμβάνουσι. καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀκριβῶς ἀντιλαμβάνονται, πλὴν τὸ ὀπτικὸν θεώρημα ἀκριβέστερον εὑρήσεις ἐν τῷ περὶ ὄψεως*, Euclidis scil. *τοῦ στοιχειωτοῦ*, ubi etsi non idem, simile tamen nunc fertur theorema 56: *τῶν ἴσῳ τάχει φερομένων τὰ πόρρω δοκεῖ βραδύτερον φέρεσθαι.* feruntur autem optica Euclidis (vel potius opticorum olim longe pleniorum epitome, cf. Rose de Ar. libr. p. 194. Er. Bartholinus ad Damiani optica p. 138) quomodo disposita sunt a Theone ut videtur, Euclidis operum editore (cf. schol. marg. libri 13

elem. in praef. Gregorii ed. Ox. 1703. cf. Savilius, praelect. in principium elem. Euclidis Ox. 1621 p. 10—13), cum introductione (cuius titulus est *τὰ πρὸ τῶν Εὐκλείδου ὀπτικῶν* in ms. Savilii apud Greg. p. 601, male in fine etiam adscriptus p. 642) verba auctoris excerpente scholiisque interpositis.

Rogerus Bacon in initio perspectivae auctores recenset huius scientiae, quos *sub compendio* secutus sit (cod. Amplon. fol. 393. cf. ed. Io. Combach. Frf. 1614 p. 1. Opus maius ed. Jebb p. 256): *scias auctores multos tractare de hac scientia, sed quidam nimis parum, ut Euclides et Iacobus Alkindi et Tydeus. et quidam alii diversos tractatus componunt de partibus perspective, sicut est liber de visu et liber de speculis et alii preter istos. Alhacen vero nimis superflue tractavit et in substantia et in modo. Ptolomeus vero satis mediocriter procedit.* e quibus Alhacen Arabs idem est (de qua re nimis caute olim dubitavi, cf. Rose de Ar. libr. p. 193. 258) qui simpliciter apud medii aevi scriptores appellari solet *auctor perspectivae*, sicut et apud ipsum Baconem saepe et apud Bartholomaeum Anglicum in l. de proprietatibus rerum et in perspectiva communi Ioannis Cantuariensis et in tractatu de iride magistri Theoderici de Vriberch (cod. Lips. univ. 512 membr. sec. XIV) aliisque (ut in anonymi perspectiva cod. Amplon. qu. 330 sec. XIII, quae incipit *Dicit augustinus primo de libero arbitrio*, ubi ut exemplum afferam in col. huius tractatus 24 de novem quae ad visionem requiruntur eodem plane modo disputatur quam apud Barthol. III, 17, scil. ex Alhacen I c. 7 et III c. 3. cf. cod. Ampl. qu. 23). item liber de visu et liber de speculis, qui sunt ὀπτικὰ Euclidis (*elementa optica* Hadschi Khalfa V, 159 Fl.) et κατοπτρικά latine versa, modo Euclidis citantur (cf. Baco p. 1. 52 Comb. Albertus Magnus t. II. meteor. p. 127. Vinc. Bell. spec. nat. 2, 77. 81 et ubi ipsius introductionis opticorum vulgo omissae locus citatur 25, 45) modo sine nomine auctoris et feruntur in codicibus et a scriptoribus citantur (ut apud Cantuariensem et ipsum Baconem p. 115. 116. 141 et p. 133. 142. cf. 166. 168), iidem autem Aristoteli, de quo nullum verbum apud Rogerum, non uno loco sed multis tribuuntur ab Arnoldo Saxone in l. de virtute universali c. 9: de speculis et c. 10: de visu (cod. Amplon. oct. 77), in quibus librorum illorum excerpta continentur (*in li. de speculis ar.* vel *in li. de visu ar.* vel *ari.*). neque igitur alium quam Euclidis librum falso titulo inscriptum etiam apud Vincentium intellexeris, ubi libros Aristotelis recensens in spec. histor. 3, 84 haec verba ponit: *extat etiam liber qui dicitur perspectiva Aristotelis*, qualis revera nunquam apud Latinos extitit (nisi astronomici potius argumenti hanc fuisse malis quam optici: id quod testari videtur Albertus M. in Speculo astronomiae, ubi postquam exposuit de libris astronomiae theoreticae haec addit: *et isti sunt utiliores ex libris astronomie de motu qui in latina lingua inveniuntur. Perspectiva autem aristotilis ad supra dicta non descendit specialiter.* v. Opp. ed. Lugd. t. V p. 657 = cod. Lips. 1467 f. 105ª, col. 1.). nam quod ait Io. Nunnesius in notis ad vitam Aristotelis (p. 129 vel ed. Helmst. 1666 p. 78) de optico Ar. apud Laertium *quem librum et*

Bellunensis a se lectum indicat (i. e. Andreas Alpagus Bellunensis physicus, qui ultra triginta annos in Syria commoratus, in antiquam versionem Avicennae ex originali Arabico correctiones edidit, Serapionem aliaque correxit atque praeter alia traduxit *historiam Arabicam de vitis philosophorum et medicorum Arabum et Grecorum*, quam ipse citat in praef. novae nominum Arabicorum interpretationis Canoni additae, cf. etiam Papadopoli hist. gymn. Patav. t. I p. 293. Mazzuchelli, Scrittori d'Italia I, 1 p. 515. Nic. Massa in praef. ad Sorsani Arabis vitam Avicennae in ed. Canon. Ven. 1544), id ad Arabicum potius textum spectaverit, eundem scilicet quem titulo *Aristotelis de speculo* (kitâb al-mirât) inscriptum et ab Hadschdschâdsch ben Matar translatum fuisse ait Alkifti (Casiri I p. 306. Wenrich p. 161) et ex eo idem Hadschi Khalfa V p. 149. de quo libro num idem fuerit cum latina illa *perspectiva Aristotelis* nec ne, nunc discerni nequit.

Nulla igitur iam restant de optico Aristotelis testimonia, quam quae ex Andronici indice operum Aristotelicorum repetas, Diogenis Laertii et commentatorum de divisione librorum Aristotelis in prolegomenis ad categorias disputantium. ὀπτικὸν ᾱ habet Diogenes, ex eo item Hesychius, qui in indicis appendice quasi diversos addit iterum περὶ ὄψεως β̄ (*de perspectiva tres ... de visibili unum* apud Walter. Burley de vita et mor. philos. et poetarum c. 53. cf. inter Theophrasti libros περὶ ὄψεως δ̄ ap. D. L.). David in categ. (Br. p. 25, 35) ita habet: *τὰ δὲ μαθηματικὰ αὐτοῦ, ὡς τὰ ὀπτικὰ καὶ μηχανικὰ αὐτῷ βιβλία γεγραμμένα.* quibus consona ex eodem fonte tradit Alfarabi (apud Schmoelders, Docum. philos. Arab. p. 20) in prolegom. phil. Arist. c. 2: *scripta in quibus disciplinae mathematicae docentur, sunt eius liber de speculis, eius liber de lineis atque liber de mechanica.* cf. Anonymi prolegom. in Arist. metaphys. cod. Coislin. 161 f. 226ª, ubi in divisione *τοῦ θεωρητικοῦ μέρους τῆς φιλοσοφίας* ita legis: *περὶ μὲν οὖν τούτων* (sc. *τῶν μαθηματικῶν*) *διώρισεν ἐν ἑτέροις, ὡς ἔν τε τοῖς μηχανικοῖς καὶ ὀ π τ ι κ ο ῖ ς ὑπ' αὐτοῦ γενομένοις συντάγμασι.* Simplicius autem in eodem loco praef. comm. in categ. f. 1ᵇ Bas. 1551 pro opticis habet geometrica sic scribens: *καὶ τῶν θεωρητικῶν τὰ μὲν θεολογικά ... τὰ δὲ μαθηματικά, οἷα γεωμετρικά τε αὐτῷ γέγραπται καὶ μηχανικὰ βιβλία.* alius denique commentator Aristotelis et ipse recentior vitaeque eius auctor, quae eadem fere ex antiqua medii aevi versione latine habetur, problematica forma, sicut mechanica, conscriptum fuisse librum contendit, inter ea quae iuvenis liberalium disciplinarum studio incumbens ediderit referens (cod. Marc. gr. 257, f. 276ª) *καὶ τὰ ὀπτικὰ προβλήματα καὶ τὰ μηχανικὰ προβλήματα* (vita lat. *et aspectiva problemata et mechanica*). idem autem in fine ubi Aristotelis in singulas scientias merita quaeque ipse eis addiderit enumerat, talibus utitur quae Euclidi magis conveniant quam philosopho quaeque ita quadrent in optica illius ut vel mathematici auctoris ὀπτικὸν in philosophi titulum famamque apud Graecos etiam migrasse suspiceris. ait autem ita (f. 276ᵇ inf.): *τῇ δὲ μαθηματικῇ* (*προσέθηκε*) *τὸ ὀξυγώνιον εἶναι τὸν κῶνον τῶν ὄψεων, διὰ τὸ ἐπὶ πλέον προιέναι τὴν*

ὄψιν οὐ ὁρᾷ μεγέθους· καὶ κατὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲν τῶν ὁρωμένων ὅλον ἅμα ὁρᾶται (quod ipsum est primum theorema opticorum Euclidis: *οὐδὲν τῶν ὁρωμένων ἅμα ὅλον ὁρᾶται*)· *καὶ ταύτῃ μείζονα γίνεσθαι τὸν ἄξονα τῆς ἐκ τούτου τῆς βάσεως* (vit. lat. *et sic maiorem fieri axem base que est ex hoc*) *καὶ ὀξυγώνιον τὸν κῶνον ἀποτελεῖσθαι* (cf. Euclid. opt. in. *καὶ τὸ μὲν ὑπὸ τῶν ὄψεων περιεχόμενον σχῆμα εἶναι κῶνον* etc. coni oxygonii definitionem dabit Hero Alex. alter in fr. definit. nom. geometr. p. 42ᵇ ed. Dasypodii (post Eucl. l. I. Arg. 1570). contra orthogonium auctore Ptolemaeo *ἐν τῇ ὀπτικῇ πραγματείᾳ* vult qui Euclidis theorema illud oppugnat Damianus Heliodori in opt. hypoth. c. 3. cf. c. 4—5).

Gravissimum autem testimonium de optico libro Aristotelis nomine inscripto, quodque mathematici hunc argumenti fuisse ostendat neque ad psychologicas philosophi de sensu visus disquisitiones referri possit, Heronis mechanici longe ante Andronicum Alexandriae (sub Ptolemaeo Euergete) florentis praebent *catoptrica* a Damiano c. 13 citata, quae in linguam Latinam medio aevo (*ultimo Decembris anno Chr.* 1269, ut legitur in fine textus ed. Ven.) translata tituloque *Ptolemaei de speculis* duobus libellis nescio an parum integris vulgata etiam nunc extare docuit Venturi (Commentarj sopra la storia e le teorie dell' ottica. Bologna 1814 p. 52—54. cf. Erasm. Bartholinus in notis ad Damiani optica ed. Par. 1657 p. 111 cf. 103). editus olim fuit liber iste (cf. Venturi p. 52. Barthol. p. 103) cum collectione auctorum de sphaera, cuius exemplar a. 1860 vidi in bibliotheca Marciana hoc titulo: *Sphera cum commentis in hoc volumine contentis. Cichi Esculani* etc. (Venetiis 1518. fol.), ipse autem quum aestate a. 1855 bibliothecam Amplonii pulcerrimam Erfurti accurate perlustrarem, scriptum exemplar repperi cum Euclidis libellis de speculis, de ponderibus (de ponderoso et levi), de visu aliisque mathematicis coniunctum (cod. Amplon. qu. 387. ch. sec. XIV), ex quo (coll. ed. Ven.) haec adscribo: *Negotium autem quod circa visus dividitur in opticum id est visivam et dioptricum id est perspectivam et catoptricum id est inspectivum negotium. et opticum quidem opportune ab his qui ante nos descriptum est, et maxime ab A r i s t o t e l e. de dioptrico autem a nobis in aliis dictum est copiose* (sc. *ἐν τῷ περὶ διόπτρας* quem graece ineditum italice vertit Venturi in libro citato p. 82 sqq., cf. de codicibus p. 79. de significatione nominis dioptricae Venturi p. 53. 62. Proclus in Euclid. l. I p. 12 ed. Bas. 1534. Pseudo-Hero de geodaesia lat. ed. a Fr. Barocio Ven. 1572 p. 48. 71, de quo tr. cf. Venturi p. 80) *quanta videbantur. videntes autem et catoptricum negotium esse dignum studio . . . tali igitur existente negotio, puto necessarium existens accepta ab his qui ante nos descriptione dignificari, ut in nullo deficiat negotium.*

L.

(Περὶ ἀνθρώπου φύσεως.)

De natura hominis Aristotelis liber physiologicus (quemadmodum ille qui Hippocrati tribuitur) ab uno Hesychio memoratur. ad quem verisimile est praeter Clementis testimonium pertinere Aristotelica illa in Oribasii coll. med. libri XXII fragmentis ex compilatione medica codicis Paris. 2237 a Darembergio nuper prolatis, quae pro more Oribasii, Aetii ceterorumque Byzantinae aetatis epitomatorum e variis eiusdem auctoris pannis absque ulla verborum mutatione repetitis consuta sunt, librorum partim vulgatorum partim deperditorum. quod si est, simul manifestum est scripti illius auctorem eodem plane modo genuinis Aristotelis operibus zoologicis, septimo scilicet historiae animalium, qui est *περὶ ἀνθρώπου γενέσεως* (p. 581, 9) librisque de partibus et generatione animalium usum fuisse, quo qui *περὶ ζωικῶν* opus ex historia animalium collegit. alia quae ad hunc librum referantur ego non habeo. nam quae in Theodori Prisciani archiatri physicis (hic enim verus libri titulus est qui rerum medicarum quartus male numeratur ab editore Heremanno de Neuenare, v. Octav. Horat. ed. Arg. 1532 p. 80 sqq. ita enim illum ipse auctor citat p. 42. 47) Aristotelis de semine citantur, liberius a Graeco quem refert Theodorus auctore expressa ad ipsius Aristotelis disputationem (in l. de gen. an. 2, 3. 1, 18. 2, 2) spectant. etenim congeriem illam placitorum physiologicorum, quam priori parti pharmacologicae sine arte adnectit Theodorus, ab Alexandro Philalethe accepit Asclepiadis Bithyni discipulo Strabonisque aequali (Strabo 12, p. 580. Galen. VIII, 725 sqq.) qui Herophileus haberi voluit. ita enim Theodorus incipit p. 102: *Alexander amator veri appellatus, discipulus Asclepiadis, libro primo* (an quinto *τῶν ἀρεσκόντων* quem citat Galenus VIII, 726) *de semine* (i. e. ubi de semine?) *spumam sanguinis eius essentiam dixit* etc. sequuntur deinde ab Alexandro proposita Dioclis fragmenta physiologica et medica (p. 103—114. cf. de chordapso et ileo p. 110—11 = Diocl. ap. Cels. 4, 13 et apud Cael. Aurel. cel. 3, 17 p. 237), in quibus medicum illum celeberimum medicinae Hippocraticae et Platonicae vindicem (qui e sanguine et spiritu omnia explicat animamque ex corde regentem facit spiritus ope in varia organa missi, non ignorans ille arteriarum venarumque discrimen Praxagoreum, v. p. 113—14, numerorumque Pythagoricorum et hebdomadis amator) alterumque Hippocratem (p. 103 cf. Plin. 26, 6) atque collectionis ut puto librorum Hippocraticorum (quam *ἑξηκοντάβιβλον* vocat Suidas) con-

ditorem (citat enim p. 104. 107 librum Hippocratis 38 [corr. 48?] et 49 i. e. l. *περὶ γονῆς* et qui cohaeret *περὶ φύσιος παιδίου*), quem sine causa (cf. ap. Athen. II, 59ª et III, 110ᵇ, ubi Antiochiam novisse et Alexandrinos reperitur) Aristotele volunt antiquiorem, Herophili aequalis pauloque iunioris sententias vides oppugnantem et Aristotelis, de quo quae verba facit apponere iuvat (p. 104): *Aristoteles autem semen inquit aliud principaliter vocari, aliud participio.. cuius primum semine* (corr. *semen*) *fervens quidam in liquido spiritus atque in complexum venereum prosiliens sit* (corr. *fit* vel *simul*) *cum liquore, qui sit similis igni terreno, est enim corruptivus. ille autem qui diurnus* (corr. *divinus*) *atque aethereus est, si quidem fit nutribilis germinum atque animalium, clauso fervore* (corr. *fervori*) *seminis in liquido comparabitur* (cf. g. a. 2, 3). *participio autem dicunt* (corr. *dicit.* cf. g. a. 1, 18) *appellari semen spumam ultimae digestionis nutrimenti. primum etenim consensum* (sic) *cibos* (corr. *cibus*) *in ore accipit, secundum in albo* (corr. *alvo*), *tertium quum in sanguinem mutatum est. igitur superantia supradicta non inutilia* (corr. *inutilis*), *ut urina vel stercora*, *sed ut illud quod in panificio separant panifices, fermento relicto alterius panis confectioni profuturo. quaerunt* (corr. *quaerit.* cf. g. a. 2, 2) *etiam qua causa confervens* (corr. *quum fervens*) *atque crassum* (sc. *sit*), *post digestionem* (corr. *egestionem*) *aquatum atque frigidum fiat* [*cum*] *necesse sit. attendunt* (corr. *attendit*) *esse ex duobus, hoc est aut terrenum aut aquosum. Diocles his assertionibus respondens ait: in libro trigesimo octavo Hippocrates quem primarium medicorum appellamus, suo testimonio affirmavit de seminis natura . . . ad haec consentiens Diocles ait: cur Aristoteles definivit terrenum aut aquosum esse semen? inanem atque vacuam definitionem opposuit* etc.

1. (325)

Clemens Alex. strom. 6, 16 p. 290 Sylb. (ubi de dignitate numeri septem disserit): *φασὶ δὲ καὶ τὸ ἔμβρυον ἀπαρτίζεσθαι πρὸς ἀκρίβειαν μηνὶ τῷ ἕκτῳ, τουτέστιν ἑκατὸν ἡμέραις καὶ ὀγδοήκοντα πρὸς ταῖς δύο καὶ ἡμίσει, ὡς ἱστορεῖ Πόλυβος μὲν ὁ ἰατρὸς ἐν τῷ περὶ ὀκταμήνων, Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ περὶ φύσεως.*

Polybi locus est ex ipso initio libri Pseudohippocratici *περὶ ἑπταμήνων* (t. I p. 444), quem cum l. *περὶ ὀκταμήνων* cohaerentem a criticis quibusdam Polybo (ut alia quoque quae *ἐν τοῖς Ἱπποκράτους φέρεται*, velut l. de nat. pueri — cf. Gal. IV, 653. XVII, 1, 445 — Hippocratis tamen nomine a Diocle citati) fuisse tributum ex hoc loco intelli-

gimus. ex eadem medici cuiusdam male docti coniectura quum Polybus pro Hippocrate citetur ab auctore placit. philos. 5, 18, et quidem postquam ex Aristotele et Hippocrate quaedam quorum eadem fere sententia est praemisit, ad unum fontem utrumque testimonium redire videtur et Clementis et Pseudoplutarchi. quod autem Aristoteles cum Hippocrate citatur in placitis, id quum ad alterutrum tantum verba relata proprie spectent, brevitatis causa ab epitomatore factum est, ut saepe alibi (cf. *Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων* de materia 1, 9 quae ad solum Platonem spectant, cui soli eadem recte tribuit Stobaeus ecl. phys. 11, 3. item *Πυθαγόρας καὶ Ἀριστοτέλης* de causis 1, 11, quae unius Pythagorae sunt, ut habet Stob. ib. 13, 1). ipsa appono verba (pl. ph. 5, 18): *ὁ δ' Ἀριστοτέλης καὶ Ἱπποκράτης φασίν, ἐὰν ἐκπληρωθῇ ἡ μήτρα ἐν τοῖς ἑπτὰ μησί, τότε προκύπτειν καὶ γεγεννῆσθαι γόνιμα· ἐὰν δὲ προκύψῃ μέν, μὴ τρέφηται δέ, ἀσθενοῦντος τοῦ ὀμφαλοῦ διὰ τὸ ἐπίπονον αὐτῷ γεγενῆσθαι τὸ κύημα, τότε ἔμβρυον ἄτροφον εἶναι· ἐὰν δὲ μείνῃ τοὺς ἐννέα μῆνας ἐν τῇ μήτρᾳ, προκύψαν τότε ὁλόκληρόν ἐστι. Πόλυβος ἑκατὸν ὀγδοήκοντα δύο καὶ ἥμισυ ἡμέρας γίνεσθαι εἰς τὰ γόνιμα· εἶναι γὰρ ἑξάμηνον, ὅτι καὶ τὸν ἥλιον ἀπὸ τροπῶν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ παραγίνεσθαι· λέγεσθαι δὲ ἑπταμηνιαίους διὰ τὸ τὰς ἐλλειπούσας ἡμέρας τούτου τοῦ μηνὸς ἐν τῷ ἑπτὰ προσλαμβάνεσθαι. τὰ δ' ὀκταμηνιαῖα μὴ ζῆν* (cf. *π. ὀκταμ.* Hipp. I p. 455—58), *ὅταν προκύψῃ μὲν τῆς μήτρας τὸ βρέφος, ἐπὶ πλεῖον δὲ ὁ ὀμφαλὸς βασανισθῇ· ἄτροφος γὰρ γίνεται, ὡς τοῦ τρέφοντος αἴτιος* (cf. l. de carn. Hipp. I p. 442. Pseudalex. probl. 2, 47).

Ceterum adnotandum est fundamentum libri illius de placitis *veterum* (quos Galenus appellare solet et Soranus) medicorum et philosophorum atque praeter eos recentis unius Asclepiadis Bithyni (semel *empirici* citantur 5, 18) paulo post Asclepiadem i. e. Augusteo seculo iactum videri ab auctore neque Platonis amico (1, 5. 1, 7) neque Stoicorum et contra Epicureos etiam disputante (4, 19), quibus tamen fere consentiret (1, 7. 1, 4 ubi cf. Cael. Aurel. cel. 1, 14 de Asclepiade, de quo veteres omnes corripiente Gal. XI, 163), scilicet ab ipso fortasse Alexandro Philalethe Asclepiadeo, cuius quintum *τῶν ἀρεσκόντων* (medica et physiologica continentem ut quintus epitomae) citat Galenus VIII, 726. at haec incerta sunt, certum est exilia illa fragmenta, quibus iam Stobaeus usus est, excerpta esse ex amplissimo quodam opere et iusta disputatione procedente, cuius vestigia relicta cernis in initio epitomae (1, 1—7. cf. 4, 19). eadem autem illa excerpta materia in usum introductionis philosophicae adornata tanquam *τὰ προτέλεια τῶν κατὰ φιλοσοφίαν* (XIX p. 240. cf. p. 224),

φιλοσόφου ἱστορίας titulo legitur inter libros Galeni, commentatoris cuiusdam Aristotelici opus sexto vel septimo seculo tribuendum.

2. (326)

Oribas. coll. med. 22, 5 (s. 1 et 2 p. 63 t. III ed. Bussemaker et Daremberg cf. praef. p. XIV):

περὶ ὀκταμήνων, ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου.

Περὶ τῶν ὀκταμήνων εἰσί τινες οἵ φασιν οὐθὲν ζῆν. τοῦτο δέ ἐστι ψεῦδος· ζῇ γάρ, καὶ τοῦτο μάλιστα μὲν ἐν Αἰγύπτῳ δῆλον διὰ τὸ τρέφειν τε πάντα τὰ γινόμενα τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ ἔτι τὰς γυναῖκας ἐκφόρους εἶναι καὶ τῶν παίδων τὴν τροφὴν μὴ εἶναι ἐπίκαιρον, εἴτε διὰ τὴν κουφότητα τοῦ ὕδατος· ὥσπερ γὰρ ἀφηψημένον τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ ἐστίν· εἴτε καὶ δι᾽ ἄλλας αἰτίας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἑλλάδι τηροῦσιν ἔστιν ἰδεῖν οὕτως ἔχειν, ὥστε τὸ μὲν ἅπαντα τὰ ὀκτάμηνα μὴ ζῆν οὐκ ἀληθές ἐστιν, ὅτι μέντοι ὀλίγα καὶ ἧττον τῶν ἑπταμήνων τε καὶ τῶν ἐκ τοῦ πλείονος ἀριθμοῦ γενομένων ἀληθές· καὶ γὰρ ἑνδεκάμηνον δοκεῖ γεννᾶσθαι καὶ δεκάμηνον.

Quae continuo adduntur (s. 3—5), eiusdem plane argumenti sunt, at ex ipsis quae sequitur auctor π. *φύσεως*, Aristotelis verbis (hist. an. 7, 4 p. 584^{b}1—24. cf. Censorin. de die nat. c. 11: *undecimum mensem solus Aristoteles recipit*) accurate descripta. ceterum ipse ait Ar. de gen. an. 4, 4. 772^{b}11 de causa huius rei se egisse *ἐν τοῖς προβλήμασιν*, id est in libro illo antiquitus et ante Alexandrinos deperdito, quem septimum olim numeravi in indice operum Arist. p. 241. sequitur caput 6 *περὶ μύλης* inscriptum, quod ex Ar. h. a. 10, 7 (p. 638, 10—26.^{b}7—37) decerptum est (id est ex Pseudaristotelis l. *περὶ τοῦ μὴ γεννᾶν*, quod pro decimo historiae, qui septimo in noni locum detruso additus fuerit, in scholio ad hoc Oribasii capitulum adscripto citatur p. 681 t. III ed. Par.), cui additur de sterilitate fragmentum ex eodem libro 10, 5 p. 636^{b}39—637, 10. continuantur his c. 7 alia fragmenta Aristotelica ex eodem libro perdito desumta, cuius auctor respicit ipsius Aristotelis librum de generatione animalium (1, 19. 727^{b}12 sqq. cf. h. a. 7, 2. 582^{b}11 sqq.).

3. (327)

Oribas. coll. 22, 7: *περὶ συλλήψεως καὶ ἐπικυήσεως.*

Αἱ δὲ συλλήψεις γίνονται μὲν οὐ πολὺ μετὰ τὰς καθάρσεις, ὀλιγάκις δὲ καὶ πρὸ τῆς καθάρσεως αὐταῖς τοσοῦτον ἐχούσαις τὸ περίσσευμα, ὅσον ἐστὶ ταῖς ἄλλαις πρὸς τῷ λήγειν ἤδη γενομένης τῆς καθάρσεως (cf. Ar. 727^{b}18—21. 582^{b}14—16)· *οὔτε δὲ μὴ γινομένων ὅλως*

τῶν καταμηνίων οὔτε πεπαυμένων πρὸ πολλοῦ δυνατὸν γίνεσθαι σύλληψιν (cf. 727ᵇ12—14), *οὐδὲ μὴν ἀκμαζούσης τῆς καθάρσεως. ἔμπροσθεν μὲν γὰρ τῶν καθάρσεων τετυλωμένης τῆς μήτρας οὐχ οἷόν τε προςφυῆσαι τὸ σπέρμα· οὐδὲ μὴν ἀκμαζουσῶν· ἐκκλύζεται γὰρ ὑπὸ αὐτῶν ὁ γόνος* (cf. ib. v. 16)· *οὐδὲ πάλιν κατὰ πᾶν πεπαυμένων καὶ τῆς μήτρας ἀνεξηραμμένης ἤδη καὶ κατεψυγμένης. ληγούσης δὲ τῆς καθάρσεως καὶ τῆς μήτρας ἀκμὴν ἐναίμου τε οὔσης καὶ διαθέρμου, καὶ διὰ ταῦτα ὀργώσης πρὸς τὴν παραδοχὴν τοῦ σπέρματος, καιρὸς εὐφυὴς πρὸς σύλληψιν.*

Cf. plac. phil. 5, 6 ubi *πῶς αἱ συλλήψεις γίνονται* ex Aristotelis mente explicat auctor, liberius quidem hic, ut solet, sermoneque scholastico usus (cf. e. gr. de deo 1, 7. de semine 5, 1 etc.) neque ad ipsos libros respiciens. neque magis ex deperdito quodam libro fluxisse crediderim quae ad quaestionem *τί πρῶτον τελεσιουργεῖται ἐν τῇ γαστρί*, idem affert 5, 17: *Ἀριστοτέλης πρῶτον τὴν ὀσφύν, ὡς τρόπιν νεώς* (cf. Zonaras s. *ὀσφύς* et fr. dub. praef.): quibus error quidam inesse videtur. Aristoteli Peripateticisque et Stoicis primum est cor, v. de gen. an. 2, 4. 6. cf. Galen. IV, 674. 662 sqq.

4. (328)

Pergit Oribasius (ex alio eiusdem libri loco): *Γίνεται δέ τισιν ἐπισύλληψις καὶ ἐπικύησις, αἷς ἐστὶν ἕλκωσίς τε περὶ τὴν μήτραν καὶ τροφὴ ἱκανή. τισὶ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς πρώτης συλλήψεως ἔτι μενούσης ἐπί τινας χρόνους τῆς ἑλκώσεως ὕστερον ἐπισυλλαμβάνουσι, τισὶ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα, καταμηνίων ἐπιφανέντων, κατὰ ἄλλα μέρη τῆς ὑστέρας. διὸ καί τινες μετὰ ὀλίγον, τινὲς δὲ μετὰ πλείονα χρόνον τῷ πρώτῳ ἕτερον ἐπιτίκτουσιν.*

τῶν δὲ ἐπικυουμένων τὰ μέν ἐστιν ἀτελῆ καὶ ἀδίαρθρωτα καὶ σαρκοειδῆ, τὰ δὲ διηρθρωμένα μὲν ἀσθενῆ δέ· τινὰ δὲ αὐτῶν ἰσχυρότερα γίνεται τῶν ἔμπροσθεν.

Haec aliena fere sunt ab Ar. de gen. an. 4, 5 ubi de animalibus quae *ἐπικυίσκεται* disseritur. cf. hist. an. 7, 4. 585, 4 sqq.

---

5. (329)

Proclus in Plat. remp. p. 431 Bas. (in diss. *περὶ τοῦ ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῆς πολιτείας σπηλαίου*, ubi *ὑποστάσεις* esse contendit *τὰς ἐμφάσεις*): *ἡ γὰρ ὕαινα, φασίν, τὴν τοῦ κυνὸς ἐν ὕψει καθημένου πατήσασα σκιάν, καταβάλλει καὶ θοινὴν ποιεῖται τὸν κύνα* (cf. Theophr. *περὶ δακετῶν* fr. 9)· *καὶ γυναικὸς καθαιρομένης, φησὶν Ἀριστοτέλης, εἰς*

ἔνοπτρον ἰδούσης αἱματοῦται τό τε ἔνοπτρον καὶ τὸ ἐμφαινόμενον εἴδωλον.

Nisi forte haec quoque transferenda sunt ad librum *περὶ δακετῶν* (cf. Prisc. v. 77).

6. (330)

Plinius n. h. XI s. 114: *miror equidem Aristotelem non modo credidisse praescita vitae esse aliqua iu corporibus ipsis, verum etiam prodidisse. quae quanquam vana existimo nec sine cunctatione proferenda, ne in se quisque ea auguria anxie quaerat, attingam tamen quae tantus vir in doctrina non sprevit. igitur vitae brevis signa ponit raros dentes* (nam ὅσοι πλείους ἔχουσι μακροβιώτεροι Arist. h. a. 2, 3. 501^b23. cf. probl. 34, 1), *praelongos digitos, plumbeum colorem pluresque in manu incisuras* (cf. Ar. h. a. 1, 15. 493^b33) *nec perpetuas. contra longae esse vitae incurvos humeris et in manu una duas incisuras longas habentes et plures quam XXXII dentes, auribus* (cf. Ar. 492^b2) *amplis. nec universa haec, ut arbitror, sed singula observat, frivola ut reor et vulgo tamen narrata.*

Physiognomonica haec neque in physiognomonico (cf. D. L. 5, 26) occurrunt, quem legimus, neque in primo historiae animalium (1, 9—11), ubi signa quaedam morum vitaeque memorantur (quo ipso Aristotelis loco usus est quem statim Plinius citat Trogus Pompeius). ceterum cf. Rose de Ar. libr. p. 222 sqq.

LI.

Ἰατρικά.

Galenus in methodi therapeuticae opere, quo methodicis (τοῖς ἀμεθόδοις, ut increpat t. X p. 928) et empiricis, scientiae contemtoribus (v. X, 76. 150. 172. physiologiae scil. X, 7 sq. 17 sqq.), pro more adversatus physiologiam et philosophiam arti reddidit veteresque quos praedicat medicos ex Hippocratica schola prognatos (Dioclem, Praxagoram ceteros, praeter ipsos Hippocraticos sine nomine claros i. e. sub Hippocratis nomine latentes) atque philosophorum eiusdem aetatis Platonis et Peripateticorum Stoicorumque etiam consona (cf. p. 15 ubi Aristoteles appellatur ἐξηγητὴς τῶν περὶ φύσεως λογισμῶν Ἱπποκράτους. item II, 88—90 etc.) principia rationesque quasi restaurasse sibi visus est, novos illos sophistas velut alter Plato longis verborum ambagibus persecutus,

is igitur Aristotelem maxime et Theophrastum, quos ubique fere consociare solet (X, 9. 19. 26. 28. 111. 118. 137. 142. cf. XI, 449. 454. 467. 474. 547. 654. 664. 679. II, 88. 110 etc.) geminos omnis Peripati principes, verae illius medicinae genuinaeque morborum cognitionis testes et *δυνάμει* magistros clamat, utqui quum universae naturae rerum principia tum morborum causas curasque stabilierint, in ipsis scilicet quos nunc habemus libris physicis (de partibus animalium etc.). medicos enim libros s. *περὶ νόσων* (cf. Rose de libris Aristotelis p. 176. 178) neque Aristotelis neque Theophrasti unquam respexit (si quae in problematis quibus saepe usus est habentur medica exceperis, cf. XVII, 2, 29 et passim t. XI), sicut neque Platonis eodem nomine laudati praeter Timaeum alium librum intellexit, neque novisse omnino tales videtur medicus doctissimus et Aristotelis, cuius librorum quorundam commentator fuit, amantissimus. aliorum tamen Peripateticorum, velut Stratonis (D. L. 5, 59 *περὶ νόσων*, *περὶ κρίσεων*, *περὶ δυνάμεων* sc. *φαρμάκων*. cf. Galen. VIII, 616. cf. etiam anatomica Eudemi et Clearchi, quem Eudemum cum Herophilo celeberrimo anatomico comparat Galenus XV, 136. 134. cf. Rose p. 174. Fritzsche proleg. in eth. Eudem. p. 19—21), medici argumenti (*περὶ ὑγιείας καὶ νόσου*) scripta habebantur (Gal. II, 91), et novit ipse Galenus, si non de morbis philosophicum, attamen historicum librum de veterum medicorum placitis Aristoteli adscriptum, qui tamen esset Menonis Aristotelis discipuli, similem plane illum celeberrimo, cui a Galeno comparatur, de physicorum placitis opere Theophrasteo aliisque aliorum Peripateticorum libris in modum *συναγωγῆς* conscriptis (cf. Galen. XV, 22: *οὔτε παρὰ τοῖς μάλιστα τὴν τοιαύτην ἱστορίαν ἀναλεξαμένοις ἀνδράσι τοῖς Περιπατητικοῖς ἱστορούμενον*. Rose l. c. p. 70). ita quidem Galenus in comm. ad I Hipp. de nat. hom. (XV, 25): *καὶ Θεόφραστος δ' ἂν ἐν ταῖς τῶν φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομαῖς τὴν Ξενοφάνους δόξαν εἴπερ οὕτως εἶχεν* (qualem voluit Sabinus) *ἐγεγράφει, καί σοι πάρεστιν εἰ χαίροις τῇ περὶ τούτων ἱστορίᾳ, τὰς τοῦ Θεοφράστου βίβλους ἀναγνῶναι, καθ' ἃς τὴν ἐπιτομὴν ἐποιήσατο τῶν φυσικῶν δοξῶν. ὥσπερ γε πάλιν εἰ τὰς τῶν παλαιῶν ἰατρῶν δόξας ἐθέλοις ἱστορῆσαι, πάρεστί σοι τὰς τῆς ἰατρικῆς συναγωγῆς ἀναγνῶναι βίβλους ἐπιγεγραμμένας μὲν Ἀριστοτέλει ὁμολογουμένας δὲ ὑπὸ τοῦ Μένωνος, ὃς ἦν μαθητὴς αὐτοῦ, γεγράφθαι, διὸ καὶ Μενώνεια* (sicut ethica Eudemea etc.) *προσαγορεύουσιν ἔνιοι ταυτὶ τὰ βιβλία. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ὁ Μένων ἐκεῖνος ἀναζητήσας ἐπιμελῶς τὰ διασωζόμενα κατ' αὐτὸν ἔτι τῶν παλαιῶν ἰατρῶν βιβλία, τὰς δόξας αὐτῶν ἐκεῖθεν ἀνελέξατο. τῶν δ' ἤδη διεφθαρμένων . . . οὐκ ἠδύνατο γράψαι. κατὰ ταῦτ' οὖν τὰ βιβλία χολὴν ξανθὴν ἢ μέλαιναν ἢ φλέγμα*

στοιχεῖον ἀνθρώπου φύσεως (quae apud auctorem libri Hippocratici memorantur diversorum sententiae) *οὐκ ἂν εὕροις οὐδ' ὑφ' ἑνὸς εἰρημένον, αἷμα δὲ καὶ τῶν μεθ' Ἱπποκράτην φαίνονται πολλοὶ μόνον εἶναι νομίζοντες ἐν ἡμῖν, ὥστε καὶ τὴν πρώτην γένεσιν ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ γίγνεσθαι καὶ τὴν μετὰ ταῦτα κατὰ τὴν μήτραν αὔξησιν καὶ ἀποκυηθέντων τελείωσιν.* quem quidem librum — eundem scilicet quem nominant Diogenes (*ἰατρικά* $\overline{\beta}$), Hesychius (*περὶ ἰατρικῆς* $\overline{\zeta}$), ex Ptolemaeo Arabes (Ibn Alkifti ap. Wenrich p. 154 et Hadschi Khalfa V, 111 Fl., qui *problematum iatricorum* alter, alter *de medicina* quinque libros praebent. alterum quoddam de medicina scriptum habet Ibn Alkifti ap. Wenr. p. 158: *de universo medicinae sensu*, *ἰατρικός*, *liber I* vel sec. Casirium: *de universa medicina liber I*, *iatrice inscriptus* i. e. *περὶ ἰατρικῆς* $\overline{\alpha}$) — quum uno hoc loco obiter Galenus commemoraverit, num qui saepe veterum medicorum sententias infert, ipse adhibuerit, nunc sciri nequit. de physicae autem Peripateticae in ipsam medicam doctrinam meritis multis ille, ut supra dixi, locis disserit, quales sunt hi: t. X, p. 111: *ὅτι τε γὰρ τῆς νοσώδους δυσκρασίας εἴδη πολλὰ καὶ ὅτι καθ' ἕκαστον ἡ θεραπεία διάφορος οὐχ Ἱπποκράτην μόνον ἢ ἄλλους παμπολλοὺς ἰατρούς, ἀλλὰ καὶ Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλην καὶ Θεόφραστον καὶ Ζήνωνα καὶ Χρύσιππον ἅπαντάς τε τοὺς ἐλλογίμους φιλοσόφους παρεχόμενοι μάρτυρας· ὅτι τε χωρὶς τοῦ τὴν φύσιν ευρεθῆναι τοῦ στόματος ἀκριβῶς οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν οὔτε περὶ νοσημάτων διαφορᾶς ἐξευρεῖν οὐδὲν οὐδὲ ἰαμάτων εὐπορῆσαι προσηκόντως, ἅπαντας πάλιν τοὺς νῦν εἰρημένους μοι φιλοσόφους τε καὶ ἰατροὺς οὐ προστάττοντας μὰ Δί' ὡς οὗτοι* (sc. *οἱ μεθοδικοί*, cf. p. 26) *δίκην τυράννων ἀλλ' ἀποδεικνύντας παρέξονται.* ib. p. 118: *μαθήσεται γὰρ* (sc. qui legerit *τὰ περὶ διαφορᾶς νοσημάτων*) *ὡς ὀρθῇ μὲν ὁδῷ πρῶτος ἁπάντων Ἱπποκράτης ἐχρήσατο, δέον δ' αὐτὴν τελειῶσαι τοὺς μετ' αὐτὸν οὐχ ὅπως οὐδεὶς ἐτελείωσεν, ἀλλὰ καὶ τὰ καλῶς εὑρημένα διέφθειραν οἱ πλεῖστοι. πλησίον δὲ τοῦ τελειῶσαί τε καὶ συμπληρῶσαι τὴν ὑφ' Ἱπποκράτους παραδοθεῖσαν ὁδὸν οἱ περὶ τὸν Ἀριστοτέλην τε καὶ Θεόφραστον ἀφίκοντο καὶ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν ἐτελείωσαν δυνάμει, διορισάμενοι* (scil. eo ipso quod distinguebant inter *ὁμοιομερῆ* et *ἀνομοιομερῆ*, cf. p. 530) *τὸ μὴ ταὐτὸν εἶναι γένος τῶν νοσημάτων ἔν τε τοῖς ὁμοιομερέσι σώμασιν ἔν τε τοῖς ὀργανικοῖς ὀνομαζομένοις* etc. porro in libello peculiari contra Iulianum scripto methodicorum tunc viventium ducem (cf. X, 53) t. XVIII, 1 p. 258: *ἡμεῖς δ' αὖθις ἀναμνήσομεν αὐτὸν ὡς ἕκαστος τούτων τῶν φιλοσόφων* (Zeno sc., Aristoteles, Plato) *ἅμα πολλοῖς τοῖς μετ' αὐτὸν εὐκρασίαν μὲν ἡγεῖται τὴν ὑγείαν εἶναι θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ,*

νοσήματα δὲ γίγνεσθαι τὰ γοῦν κατὰ δίαιταν ὑπερβάλλοντος ἑκάστου τῶν εἰρημένων ἢ ἐλλείποντος, εἶναι δὲ καὶ χυμοὺς ἐν τῷ σώματι τοὺς μὲν ὑγροὺς καὶ ξηροὺς κατὰ δύναμιν, ἐνίους δὲ θερμοὺς ἢ ψυχρούς, ἀναλογίζοντας νοσήμασιν. οὕτω Πλάτων ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πᾶσιν, οὕτως Ἀριστοτέλης ἅμα τοῖς ἐκ τοῦ περιπάτου, οὕτω Ζήνων καὶ Χρύσιππος ἅμα τοῖς ἄλλοις Στωικοῖς ἐγίνωσκον. Ἰουλιανὸς δ' οὐδ' ἀνέγνω τι βιβλίον ὧν εἶπον ἀνδρῶν, οὔθ' ὅλως ἀκολούθου καὶ μαχομένου σύνεσιν ἔχει· πάντως γὰρ ἂν ᾔσθετο τῇ μὲν ἀναιρούσῃ τὸ κενὸν αἱρέσει ταῦθ' ἑπομένα, (τῇ δὲ) τοὖθ' ὑπάρχειν εἰπούσῃ συμμετρίαν μέν τινα πόρων εἶναι τὴν ὑγείαν, ἐν στεγνώσει δὲ καὶ ῥύσει τῶν δι' αὐτοῦ φερομένων συνίστασθαι τὰ κατὰ διαίτην νοσήματα (cf. X, 20. 26. Amman praef. ad Cael. Aurel. p. 14 sq.). *πότερον οὖν Ἀριστοτέλους* (de quo cf. Rose p. 176) *καὶ Χρυσίππου καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων Περιπατητι-* (259:) *κῶν τε καὶ Στωικῶν ἑξῆς παραγράψω τὰς ῥήσεις, ἐν αἷς φλέγμα καὶ χολὴν αἰτιῶνται καὶ τὰ πρῶτα νοσήματα τέτταρα ὑπάρχειν φασίν, ὥσπερ καὶ τὰ στοιχεῖα τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ξηρόν. ἢ τοῦτο μὲν ὡς ἂν οὐχ ἓν ἢ δύο βιβλία πληρῶσαι δυνάμενον ἀλλὰ καὶ τρία καὶ τέτταρα καὶ πλείω παραλιπεῖν ἄμεινον, ἀρκεσθῆναι δὲ μόνον τοῖς ὑπὸ Πλάτωνος* (in Timaeo) *εἰρημένοις . . . τοσοῦτον μόνον εἰπὼν ὑπὲρ τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου τε καὶ τῆς στοᾶς τῶν φιλοσόφων ἀπαλλάξομεν. οὐδὲν* (corr. *οὐ γὰρ*) *ἂν εὕροις οὔτ' Ἀριστοτέλους οὔτε Θεοφράστου βιβλίον, ἐν ᾧ περὶ νοσημάτων ἀναγκασθέντες εἰπεῖν τι θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ μνημονεῦσαι* (corr. *ἀμνημονήσαντες*) *διῆλθον τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ τούτων ἀεὶ μέμνηνται καὶ σὺν αὐτοῖς πολλάκις ἑκατέρας τῆς χολῆς μελαίνης τε καὶ ξανθῆς, οὐκ ὀλιγάκις δὲ καὶ φλέγματος, οἵ γε τὰς διαφορὰς αὐτῶν διέρχονται, τὸ μὲν ὀξύ, τὸ δ' ἁλμυρὸν ἢ ἁλυκόν, ἄλλο δὲ γλυκὺ προσαγορεύοντες. οὐ μὴν οὐδὲ Χρύσιππος ἑτέρως,* (260:) *ἀλλ' οὕτως ἀεὶ καὶ περὶ νοσημάτων καὶ περὶ τῶν χυμῶν διαλέγεται. εἴ τις* (f. *εἰ δή τις*) *ἐθέλοι μόνων τῶν εἰρημένων τριῶν ἀνδρῶν ἐκλέγειν τὰς ῥήσεις, οὐκ ὀλίγα πληρώσει βιβλία, . . . ἐὰν δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν Στωικῶν ἢ Περιπατητικῶν* (cf. II, 91) *ἑκάστου ἐκλέγειν τὰς ῥήσεις, ὅλην βιβλιοθήκην πληρώσει.* cf. p. 263: *ταυτὶ μὲν οὖν ἐν μόνῳ τῷ Τιμαίῳ Πλάτων εἶπεν ἑπόμενος Ἱπποκράτει, τὰ δὲ τῶν ἄλλων αὐτοῦ βιβλίων εἴ τις ἐκλέγοι πάντα, δόξει μιμεῖσθαι μακρολογίας ἕνεκα τὸν Ἰουλιανόν· ἔτι δὲ δὴ μᾶλλον εἰ τὰ παρὰ Θεοφράστου καὶ Ἀριστοτέλους* (quibus Eudemum addit p. 269) *καὶ Χρυσίππου καὶ πᾶσι τοῖς Περιπατητικοῖς τε καὶ Στωικοῖς εἰρημένα περὶ θερμοῦ καὶ ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ χολῆς καὶ φλέγματος ὑγείας τε καὶ νόσου παραγράφοι σύμπαντα.*

Ad opus autem illud collectionis medicae, ex quo fragmentum affert unus Plutarchus, praeter locum Diogenis Laertii e Demetrii Magnetis, qui Ciceronis aequalis fuit, auctorum homonynorum libro petitum, alios quosdam refero; quorum medicinale argumentum est, quum Plinii, de quo maxime incertus sum, tum Caelii Aureliani hoc est Sorani medici celeberrimi, qui utpote methodicus eosdem illos veteres quos extollit Galenus perpetuo exagitare solet atque refutare. Sorani scilicet libros latino sermone se describere, ipse profitetur scriptor ille infimae aetatis (seculi V, ut puto), qui ut Theodorus Priscianus eique similis plane Cassii Felicis interpres (qui scripsit *sub ardebre et asclepio consulibus* sec. cod. Paris. lat. 6114, i. e. a. 447. cf. P. Reland, Fasti consul. Traj. Bat. 1715. p. 621), totus e Graecis libris pendet (cf. celer. pass. 2, 1 p. 75 ed. Lugd. Bat. ib. 2, 28 p. 139. 2, 31 p. 146. praefationes p. 1 et p. 268, praeterea p. 153. 160. 181. etc. Amman praef. p. 12. quod ad sermonem attinet, advertit animum particulae *quod* [*quia* etc.] pro acc. c. inf. usus medio aevo linguisque vulgaribus communis, qui ex Graecismo interpretum primum irrepsit et in Boethii quoque versionibus Aristotelicis [*dicere quoniam, dicere quod, manifestum quoniam* etc.] occurrit, velut *dicere quod* cel. 1, 1, 10. *dixit quomodo* cel. 1, 13. *omitto quod* tard. 1, 5, 177. *non advertentes quia* cel. 2, 38, 220. tard. 1, 5, 171. *non intuentes veritatem quod* tard. 1, 5, 176. *nescii quoniam* ib. 1, 5, 173. cf. *quomodo* [*comme*] pro *quoniam* cel. 1, 9, 58. 63. 1, 15, 121, vel pro *quum* cel. 1, 6, 49 etc.).

1. 2. (331. 332)

Ptutarch. qu. conviv. VIII, 9, 3, ubi morborum novorum exempla affert: *τὴν δὲ Τίμωνος ἐν Κιλικίᾳ τηθὴν Ἀριστοτέλης ἱστόρηκε φωλεύειν τοῦ ἔτους ἑκάστου δύο μῆνας, μηδενὶ πλὴν μόνῳ τῷ ἀναπνεῖν ὅτι ζῇ διάδηλον οὖσαν* (cui similis plane *ἄπνους* illa Heraclidis Pontici morbos mirabiles aucupantis *ἐν τῷ περὶ νόσων*, cf. P. Hoogvliet, de vita et scriptis Heraclidis Pont. Lugd. B. 1858 p. 61. add. Galen. VII, 615). *καὶ μὴν ἔν γε τοῖς Μενωνείοις* (vulgo *Μελωνείοις*, quod corr. Fabricius B. G. III, 405 H.) *σημεῖον ἡπατικοῦ πάθους ἀναγέγραπται τὸ τοὺς κατοικιδίους μῦς ἐπιμελῶς παραφυλάττειν καὶ διώκειν·* [*ὃ νῦν οὐδαμοῦ γινόμενον ὁρᾶται* etc.

3. (333)

Diogenes Laertius (e Demetrio Magnete) 5, 61: *γεγόνασι δὲ Στράτωνες ὀκτώ· πρῶτος Ἰσοκράτους ἀκροατής· δεύτερος αὐτὸς οὗτος* (sc. Lampsacenus physicus)· *τρίτος ἰατρός, μαθητὴς Ἐρασιστράτου, ὡς δέ τινες τρόφιμος* (de qua re cf. Galen. XI, 197)· *τέταρτος ἱστορικός, Φιλίπ*

*που καὶ Περσέως τῶν Ῥωμαίοις πολεμησάντων γεγραφὼς πράξεις** (deest quintus) *ἐκτὸς ποιητὴς ἐπιγραμμάτων· ἕβδομος ἰατρὸς ἀρχαῖος, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν· ὄγδοος περιπατητικός, βεβιωκὼς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.*

Ultimi quos extra ordinem utpote ignotos addidit Demetrius a prioribus illis (tertio et secundo) vix diversi fuerint. medicum enim ab Aristotele (i. e. Pseudaristotele) citatum eundem fuisse cum Erasistrateo coniicere non ita facile potuit Demetrius, nos possumus. neque magis patet (cf. Rose p. 174), utrum medicus Erasistrati amicus, qui Alexandriae vixit ut peripateticus i. e. Lampsacenus, quemque Berytium Galeni esse mera coniectura volunt, revera diversus fuerit a philosopho nec ne.

4. (334)

Plinius n. h. 28, s. 21: *peculiariter* (*lac*) *valet potum contra venena quae data sunt e marino lepore, bupresti, ut Aristoteles tradit, dorycnio* (*dorycnion -cnium* vulgo. cf. Sillig IV p. 275), *et contra insaniam quae facta sit hyoscyami potu.*

Ad hoc Aristotelis testimonium (alterum cf. s. 14) spectat mentio eiusdem in indice auctorum huius libri facta (cf. H. Brunn, de auctorum indicibus Plinianis. Bonn. 1856 p. 37). ceterum lactis usum iis qui sive *ὑοσκύαμον* (p. 139. *μανιώδης* hic est sec. Gal. XII, 147) sive *λαγωὸν θαλάττιον* (ib.) sive *δορύκνιον* (p. 140. cf. Nicander alexiph. 385) sive *βούπρηστιν* (p. 141) biberint, commendat item Asclepiades (*ἐν τῷ ε̄ τῶν ἐντὸς παθῶν* p. 135, cf. 138) apud Galenum l. II de antidotis (t. XIV), sicut contra alia venena multa.

5. (335)

Cael. Aurel. celer. passion. l. II c. 13 p. 110 (ed. Amman Lugd. Bat. 1709): *hanc* (sc. *pleuritidem*) *definiens primo de adiutoriis libro Aristoteles sic tradendam credidit. pleuritis inquit est liquidae materiae coactio* (vulgo *coctio* quod nihili est, ut recte vidit Almeloveen in notis p. 616) *sive densatio. nec tamen disseruit utrumne totius, quod falsissimum, siquidem phlebotomati aegrotantes liquidum sanguinem reddunt, an vero particulae. sed quum hoc tacuit, necessarium praetermisit* (ita iam in margine editionis Lugd. 1569 [vel priore titulo 1567] p. 97 recte corrigitur id quod vulgo legitur *non* [n̄ pro nc̄] *praetermisit*).

Haec, nisi falsum omnino est Aristotelis nomen et ex methodici cuiusdam nomine vel alius *περὶ βοηθημάτων* agentis (cf. Aristoxenus de hydrophobia citatus similiterque reprehensus ap. Cael. cel. 3, 16, 34 de quo

cf. Gal. 8, 746. ceterum in quibusdum codicibus vel Aristot. probl. I, 30 sqq. appellantur *βοηθηματικὰ προβλήματα*) errore ortum, certe ex methodici cuiusdam referentis libro verbisque sumta sunt, ex ipso scilicet Sorani de adiutoriis opere, quod citatur celer. pass. 2, 29 p. 143 et saepius alibi sine nomine auctoris. etenim ubicunque Caelius alia sua opera citare videtur, Sorani citat, cuius ipsa verba exprimit. Soranus igitur Aristotelis, Apollonii, Asclepiadis de pleuritide definitiones citaverit, quae ante ultimam Sorani deinceps apud Caelium recensentur. idem ex suo liquidae materiae coactioni (vel correptioni, ut ex Aristoxeno Cael. l. c. nam tale quid pro coctione edd. desideratur, quod *σῆψιν* significet, at non *πέψιν*. cf. Gal. VII, 374 sq.) explicaturus addiderit densationem, quum secundum methodicorum rationem omnis morbus aut strictura (vel densatio, *στέγνωσις*) sit aut solutio (*ῥύσις*) itemque medicamenta omnia aut solventia (stricturam), ut calida, aut stringentia vel densantia (soluta), ut frigida. ita quidem methodici *τὰς φλεγμονὰς* (Gal. XI, 77. cf. XIV, 735) *ἁπάσας στεγνὰ πάθη νομίζοντες καὶ χαλᾶν* (laxare) *αὐτὰς ἡγούμενοι*, quae Galeni verba sunt (XI, 79), contrariam semper regulam i. e. humidam et calidam convenire aegris contendunt, ubi frigidam et siccam veteres medici, ut Diocles et ceteri, a quorum parte stat Galenus. veteres igitur hoc nomine perpetuo increpat Soranus eiusque interpres, velut, quo altero in loco Aristotelis nomen occurrit, in curatione furiosorum.

6. (336)

Cael. Aurel. tard. pass. I, 5 p. 336 (de mania): *alii frigidis usi sunt rebus, passionis causam ex fervore venire suspicantes, ut Aristoteles et Diocles* (sc. in l. *de passionibus atque causis earum et curationibus*, qui saepissime citatur), *nescii quoniam fervor innatus sine dubio tumoris* (= *inflammationis*) *est signum et non ut existimant passionis causa. quare peiorare necesse est et maiorem furorem fieri, quum frigida curatione corpora densentur.*

ARISTOTELES PSEUDEPIGRAPHUS.

PARS ALTERA

CONTINENS

FRAGMENTA HISTORICA

CUM APPENDICE

ANECDOTORUM ARISTOTELICORUM.

VIII. HISTORICA.

LII.

Πολιτεῖαι.

In divisione librorum Aristotelis qualis prolegomenorum in categorias simulque in universam Aristotelis philosophiam scriptorum pro solenni capitulo habetur, inter eorum librorum exempla quae neque *μερικά* sint neque *καθόλου* sed *μεταξύ*, historica scilicet, una cum historia animalium politias (sc. *τὰς διττὰς ἱστορίας*, ut ait David p. 24, 33. 26^b32 Br. *τὴν ἱστορίαν τῶν πολιτειῶν* appellat auctor vit. Marc. f. 276^b in. cf. 276^a) appellare solent commentatores (Ammon. in cat. f. 9^b. 10 ed. Ven. 1545. Schol. Ar. p. 35^b17—24. David p. 26^b32. 24, 32), utriusque operis originem simili quadam hominum ex mera coniectura ipsoque rerum eventu disputantium fabula ad itinera regis Alexandri Asiatica inepte referentes, quae scilicet materiam philosopho suppeditaverint sive ab ipso partim comite collectam sive regis munificentia transmissam (praeter vit. Ar. ed. apud Amm. in cat. f. 5^b et vit. lat. veterem cf. vit. Marc. f. 276^b in.: *ἀκμάσαντι δὲ Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἐπιστρατεύσαντι κατὰ Περσῶν συνεξῆλθεν, οὐδὲ τότε τοῦ φιλοσοφεῖν ἀποσχόμενος· τὴν γὰρ ἱστορίαν τῶν πολιτειῶν τότε συνέλεξε.* item David p. 24, 32: *αἱ πολιτεῖαι, ἃς ἱστόρησεν ἐκ τοῦ πολλὴν γῆν περιελθεῖν ἅμα Ἀλεξάνδρῳ βασιλεῖ.* Elias p. 9^b27 Br.: *ἃς συνεγράψατο ἐκ τοῦ πολλὴν γῆν περιελθεῖν σὺν Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ.* Anonymus Olympiodoreus ad Porphyr. in cod. Paris. 1939 f. 51^a fin.: *ὁ μὲν γὰρ Ἀρ. συνὼν καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ κτίστῃ πολιτείας λέγεται μετ' αὐτοῦ περιελθεῖν, ὧν ἀνεγράφετο τὸν βίον.* de hist. an. notissimus est locus Plinii 8, 17 cf. Rose de Ar. libr. p. 209). titulus historiae politicae erat *πολιτεῖαι* («*ὡς Ἀρ. ἐν πολιτείαις*») id est collectio politiarum, quarum singulae singulis operis sectionibus seorsim descriptae suo quaeque titulo plerumque citantur (*Ἀθηναίων πολιτεία*, *Λακεδαιμονίων πολιτεία* etc.). quas quidem sectiones, licet diversi admodum ambitus necessario fuerint, libros (*βιβλία*) interdum (sicut physicorum

problematum sectiones) appellatas fuisse ex fr. 101 (*Ἀρ. ἐν τῇ κοινῇ Ἀρκάδων πολιτείᾳ ἀρχόμενος τοῦ βιβλίου*) apparet. atque revera suum singulis politiis hoc est singulis operis sectionibus numerum fuisse deinceps numeratis, bina etiamnunc testimonia docent, in quibus antiquiorum accuratior in citando mos servatus est (*Ἀθηναίων ᾱ* fr. 34 et 89, *Ἰθακησίων μβ̄* fr. 124). quot autem politiae fuerint, aliter ab aliis nunc traditur: inter quos qui optimus testis est cuiusque auctoritatem ad Anastasii imperatoris aevum codicesque sexti seculi initio scriptos referat Hesychii in onomatologo consensus, Diogenes Laertius 158 fuisse memorat (*δυοῖν δέουσαι ρξ̄* cod. Flor., vulgo *δυοῖν δεούσαιν ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν*. apud Hes. *ρνη̄*). ad eundem numerum casu quodam centum alteris auctum commentatorum loci redire videntur, quibus si ducentas pro centum errore scriptas fuisse concedas, praeter eas circa quinquaginta extitisse confirmatur (*historiam ducentarum et quinquaginta politiarum* habet vitae Ar. versio latina vetus, Elias in proleg. prax. 12 p. 9ᵇ26 Br. vel p. 425 Cramer A. P. t. IV: *γεγραμμέναι δὲ αὐτῷ εἰσὶ καὶ πολιτεῖαι διακόσιαι πεντήκοντα τὸν ἀριθμόν*, cautius autem in Schol. Br. p. 35ᵇ19: *ἀμφὶ τὰς ν̄ καὶ διακοσίας* et secundum vitam Ar. gr. vulgatam: *ἀμέλει καὶ συνώδευσεν αὐτῷ μέχρι καὶ ἔσω τῶν Βραχμάνων, ἔνθ' ἱστόρησε* — non *ἔστησε* ut vulgo male editur — *τὰς σνε̄ πολιτείας*, sicut scribitur in vitae huius exemplari cod. Marc. 257 post vitam ineditam additae). idem denique Ptolemaei numerus fuisse videtur, qui nunc quidem corruptus est interpretum negligentia et librariorum Arabicorum quorum in numeris tradendis nullam posse fidem haberi patet (171 Ibn Alkifti apud Wenr. p. 156 cf. Bernays Rhein. Mus. N. F. 7, 287. itemque Hadschi Khalfa V, 97 Fl. ubi nunc non nisi librarii incuria ex similibus in lingua Arabica vocabulis *centum civitatum* alteram omittentis pro 171 legitur 71. falsus enim est numerus 191 quem Hadschi Khalfae esse perhibet Herbelot bibliothèque orientale Par. 1697 p. 971). itaque pro certo atque explorato sumi potest Aristotelis fuisse politias centum et quinquaginta octo, neque solum eas urbium praecipuarum instituta particularia continentes, sed communia etiam si qua essent (cf. Schoemann antiquit. iur. publ. p. 398 et Griech. Alterth. II, 68) gentium stirpiumque Graecarum, id quod et Arcadum Thessalorumque politiarum tituli significant ab auctoribus traditi (fr. 101. 113) et in ipsius indicis Andronicei apud Laertium reliquiis expressum fuisse praeclara Bernaysii (Rhein. Mus. N. F. 7, 289) emendatione patefactum est (*πολιτεῖαι πόλεων δυοῖν δεούσαιν ρξ̄, κοιναὶ καὶ ἴδιαι, δημοκρατικαί, ὀλιγαρχικαί, ἀριστοκρατικαί, τυραννικαί.* cf. ad indicis n. 143. ex Laertio Hesychius negligenter excerpsit haec: *πολιτείας πό-*

λεων ἰδιωτικῶν καὶ δημοκρατικῶν καὶ ὀλιγαρχικῶν $\overline{\rho\nu\eta}$). et multa quidem *κοινῶν* exempla, praeter duo illa quae expresse citantur, nomina praebent gentium quarum respublicae memorantur non solum Graecarum (velut Achaeorum, Aetolorum, Acarnanum, Opuntiorum i. e. Locrorum, item Epirotarum, Cypriorum etc.), sed si Photio fides etiam exterarum (velut *Λυκίων* qui *νόμοις οὐ χρῶνται ἀλλ' ἔθεσι* secundum Heraclidem exc. c. 15, et fortasse etiam *Λυδῶν*, fr. 162—63, et *Βιθυνῶν*?), de quibus diserte testatur Cicero de fin. 5, 4: *omnium fere civitatum non Graeciae solum sed etiam barbariae ab Aristotele mores instituta disciplinas, a Theophrasto leges etiam cognovimus.* atque ex hac ipsa politiarum materia profecisse videtur qui *νόμων* vel *νομίμων* (sc. *βαρβαρικῶν*, cf. praef. fr.) collectanea quatuor libris edidit post Theophrastum (ut ex uberiori *νομίμων Ῥωμαίων* descriptione iudices) auctor recentior. nobis autem nunc ex auctorum certis testimoniis notae sunt politiae quadraginta quatuor, tres autem et sexaginta numerantur cum eis quas ex ipsorum fragmentorum argumentis olim extitisse probabili coniectura efficias. attamen licet tanta sit fragmentorum copia, eorum praecipue quae ex Atheniensium republica desumpta sint grammaticis lexilogisque ad Atticorum auctorum sermonem illustrandum utilissima, neque ordinis cuiusdam quo singulae se politiae exceperint vestigium ullum relinquitur nec vinculi quo inter se omnes coniunctae fuerint rerumque nexus materiaeque ad finem quendam generalem usumque philosophicum praeparatae. quod si quidem in tot numero reipublicae Atheniensium fragmentis non casu accidisse plane patet, auctorem operis non philosophum fuisse perspicitur, qualis historiae animalium auctor Aristoteles et Theophrastus *νόμων* (cuius quidem operis philosophicam rationem in legum comparatione atque aestimatione positam optime demonstrat fragmentum uberrimum in Stobaei florilegio 44, 22 servatum), sed mere historicum, qui singularum gentium historiam dedita opera et vel minimis rebus leviusculisque indulgente narret, origines (*κτίσεις*) cum nominibus varie mutatis moresque et instituta cultumque omnem accurate describat atque illustret nec fabulis popularibus latius referendis abstinens (cf. fr. 11. 17. 135. 164. 169. 184 etc.) multusque idem in proverbiis explicandis (fr. 78. 102. 112. 128. 138. 143. 157. 158. 167. 170. 171. 184. 204 etc.), qui denique nihil ultra velit quam narrare (cf. Rose de Ar. libr. p. 57 sq.) summasque in historia veterum auctorum laudes revera reportaverit (cf. Cic. l. c. Plutarch. non posse suav. sec. Ep. c. 10). quae quum ita sint, nihil minus verum dici potest, nihil quod ex ipsa fragmentorum lectione minus petitum sit, quam quod cum aliis multis quibus operis ut utilissimi ita in omni antiquitate celeberrimi

fama persuasit, his verbis qui in opere historico philosophum, quem solum novimus, sibi se reperisse finxit, expressit Kortüm (Geschichte Griechenlands, Heid. 1854, t. III p. 117) ut appellaret illud *gewissermassen eine vergleichende Zergliederung der Staatsgrundgesetze.* immo quia nullam talis comparationis speciem praebet, quia cum historiae animalium ratione causas praeparantis nullo modo politiarum historia comparari potest (cuius quidem similitudinis falsa specie sibi olim illusit Michael Piccart isag. in lect. Arist. Altd. 1665 p. 206), propter hanc ipsam rem certum est nequaquam auctorem fuisse Aristotelem nec maiorem in hoc libro titulorum sero grammaticorum Alexandrinorum assensu confirmatorum auctoritatem esse quam in reliquis qui deperditi sunt. ipse adeo Aristoteles in fine ethicorum, ubi politicorum operis secuturi argumentum enuntiat, in quibus scilicet *ἐκ τῶν συνηγμένων πολιτειῶν θεωρῆσαι* debeat politicus philosophus (etenim pro vera politiarum historia haec ipsa politica sunt, rerum collectarum quasi fundum materiamque — quae per se solam nihil iuvat absque philosophi iudicio qui sciat uti — una comprehendentia), ibi igitur clare indicat neque scripsisse adhuc ipsum tales *τῶν νόμων καὶ τῶν πολιτειῶν συναγωγάς*, quales sophistarum studia protulisse ait (sc. *τὰς τῆς γῆς περιόδους* et *ἱστορίας τῶν περὶ τὰς πράξεις γραφόντων* sec. rhetor. 1, 4 fin.) nec similis operis edendi consilium cepisse praeter politica, quibus ipsis quasi quoddam supplementum (sicut phytica zoicis) legum libros Theophrastus addidit singula *νομοθεσίας* capita diligenti philosophi studio persequentes. itaque neque Aristotelem intelligas politias collegisse nec Theophrastum, sed Peripateticum quendam alium qui historicus potius et philologus fuerit quam philosophus: quales fuerunt Demetrius Phalereus qui opus Atheniensium politiae simillimum edidit *περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας*, et Dicaearchus cuius politiarum libros singulares in manibus Cicero tenuit (ep. ad Att. II, 2. de leg. 3, 6, 14), eorumque similes. hunc autem ignotum politiarum Pseudaristotelicarum auctorem non minus quam Dicaearchum, ut dedita opera rerum publicarum fata describeret, ipsius sine dubio philosophi exemplum incitavit, qui plurimarum civitatum instituta in politicis passim tetigit. neque illas multo post mortem Aristotelis conscriptas fuisse, editas autem in ipsum eius nomen mox abiisse bibliothecariorum Alexandrinorum auctoritate receptum (eodem illo tempore inter Atticarum litterarum florem conditasque bibliothecas intermedio, quo librorum Hippocraticorum inter se diversissimorum corpus unius nominis auctoritate stabilita medicorum multorum famam delevit, cf. Littré in ed. Hipp. t. X praef. p. 53 et Daremberg, Not. et extr. des mss. médicaux I p. 223, quo

quae oratorum Atticorum nomina mentitae orationes multae circumferebantur, titulos nactae sunt duraturos, velut pro Nicia Lysiae illa quam spuriam quidem Dionysio opp. rhet. p. 483 R. iudice iam Theophrastus agnoverat: cf. de orationibus pseudepigraphis Rehdantz apud A. Schaefer, Demosthenes und seine Zeit. Lpz. 1858. t. III, 2, p. 317 sqq. atque de universo hoc argumento Rose de Ar. l. p. 1 sqq.), hoc ex Timaei († c. ol. 131) certo iudicio cognoscitur, qui post quinquaginta fere vel sexaginta annos Aristotelis se legere politias sine ulla dubitatione credidit (fr. 160). itaque nescio an ipsa Aristotelis ethicum opus finientis verba male intellecta falsi tituli praeiudicium Alexandrinis confirmaverint. iam vero quo revera tempore post edita Aristotelis ethica atque politica (ol. 111, 2 Rose p. 125) atque omnino post philosophi senescentis annos longa operum divinorum serie occupatos (Rose p. 231) politiarum opus compositum sit, arctius etiam definiri potest ex fr. 59, quo de mutatis τῶν ἱερῶν τριήρων nominibus agitur: quae quidem quum antea fuissent Paralus et Salaminia, nunc auctoris aetate essent Paralus et Ammonias, scil. Ammonias propter θυσίας Ammoni (cf. Boeckh Staatsh. d. Ath. II, 130—34) ob Alexandrum filium novo studio missas (eodem fortasse anno quo et Ammonia Athenis celebrari coepta sunt, cf. Hesych. s. v.). atque haec quidem navium duarum nomina, quum annis ol. 113, 4. 114, 2 et 3 (Boeckh Urk. über das Seewesen p. 91. ceterum Ammoniadis nomen nusquam in inscriptionibus nunc servatis occurrit sec. Boeckh. p. 79) nondum publice recepta essent (sc. probabile est odii causa adversus Salaminios deficientes concepti Salaminiae nomen mutatum esse inde ab ol. 115, 3. cf. Paus. 1, 35, 2. Polyaen. 4, 11, 1. Diod. 18, 69. Boeckh C. I. I p. 148), vigebant tamen (cf. Boeckh p. 76—79) non solum politiarum auctoris incerti tempore, sed etiam Dinarchi florentis (Harp. s. Ἀμμωνίς) qui, ut ait Dionysius, Θεοφράστῳ τε συνεγένετο καὶ Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ (licet oratio contra Himeraeum, in qua Ammonidis mentio siquidem in causa Harpalica habita est, scripta fuisse putanda sit a. ol. 114. 1. cf. Maetzner ad Din. p. 85. 89. occisus est Himeraeus iste ol. 114, 3 v. A. Schaefer, Demosth. III, 1, 298. 358) et pictoris Protogenis (Plin. 35, 36, 20. is post ol. 119 mortuus est. cf. Brunn, Geschichte der Griech. Künstler II, 236, 238). his autem ante Philochori aetatem Atticam historiam usque ad ol. 129, 3 scribentis aliae duae naves sacrae accesserunt Antigonis et Demetrias, quibus ad Antigonum et Demetrium novos deos theori missi ducerentur (cf. Plut. Demetr. 11), ab eo inde anno quo tot aliis decretis regem Demetrium honoraverant, qui a Demetrii Phalerei per decem annos (ol. 115, 3—118, 2) imperio Athenienses liberavisset (ol. 118, 2), scilicet ab eodem

anno quo et tribus duae novae decem antiquis ob eandem occasionem additae sunt Antigonis et Demetrias (cf. Diod. 20, 46. Plut. Demetr. 10. Rangabé Antiq. t. II p. 178). atque has quidem duas nondum novit politiarum auctor, qui quum praesentem ubique suae aetatis reipublicae statum describat (cf. fr. 31. 44. 45. 66 etc.), decem phylarum instituta et magistratuum numeros numero illi aptos retinet. quae vero vestigia pauca occurrunt (cf. fr. 31. 85), quibus rempublicam qualis erat post Euclidem in aristocraticam magis speciem mutatam fuisse credas, ea quoque plane conveniunt Demetrii Phalerei tempori quo politiarum auctorem sive Atheniensem sive Athenis commoratum scripsisse vidimus, scilicet ol. 116 vel 117 (inter ol. 115, 3—118, 2). huius igitur opus Aristotelis nomine inscriptum Timaeus legit, idem probabile est iam novisse Philochorum, qui licet ad historicas res atque ad religiosas animum potius adverterit quam ad instituta politica, quorum non minus raro testis ipse inducitur quam saepe Aristoteles, in multis tamen cum Aristotele plane conspirasse videtur (cf. fr. 5. 17. 24. 33. 55. 59. 86. 87), utpote eisdem quibus ille fontibus usus, velut Ephoro (quem Aristoteles quidem secutus est in Laced. pol. cf. fr. 147. idem Herodoto fr. 13. 14) eisque qui res Atticas antea exposuerant. attamen fuisse inter posteriores criticos, qui etsi nulla iam esset ratio qua veri auctoris nomen diuturna oblivione perditum erui potuisset, in nonnullis politiis praeter antiquorum consensum reperire sibi viderentur quae ad Aristotelem auctorem minime pertinerent, immo recentioris aetatis vestigia gererent, id significare videntur Simplicii verba (in categ. f. 2, γ ed. Bas., Schol. Br. p. 27 not.) γνησίας eius πολιτείας aperte distinguentis. id quod antiquiorum (fortasse Alexandri) iudicio niti patet. contra Tzetzes qui politiarum auctorem propter epigrammata sepulcralia politiis hic illic inserta eaque pepli manifesto spurii epigrammatis partim similia partim eadem, non philosophum esse voluerit sed hunc ipsum qui peplum ediderit (v. fr. 178. cf. 184), ex sua id coniectura sola pronuntiavit, utqui epitaphia illa ex peplo excerpta in scholiis ad Homerica sua ab ipso adiectis creberrime adhibuerit. itaque non Tzetzis quidem iudicium, at suspicionem illam a Simplicio traditam nos ita accipiemus, ut cur genuinis spurias politias commixtas olim fuisse statuamus, causam nobis nullam esse profiteamur: veteribus enim ea fuit quod quamvis de singulis dubitarent, longaeva operis auctoritate impediti essent quominus totum reiicerent. immo propter ipsa illa recentioris aetatis vestigia a veteribus agnita sententiam qua integrum opus ab Aristotelis mente alienum esse decrevimus, e fragmentorum ratione petitam libenter confirmabimus. minus enim ad hunc finem illud valebit, quod

politias, quarum vel nullum fuisse certum ordinem vel nullum certe nunc deprehendi posse constat ita quidem ut si paulo recentius esset opus et grammaticorum Alexandrinorum consuetudini propius, alphabeticam fuisse seriem suspiceris (cf. praef. ad Zoica), ad litterarum ordinem revera dispositas fuisse commentatores asserunt (cf. Bournot p. 268). sic enim praeter Davidem (in categ. Schol. Ar. p. 24, 35: *αἱ πολιτεῖαι . . . ἃς ἐκδέδωκε κατὰ στοιχεῖον διακοσίας πεντήκοντα οὔσας τὸν ἀριθμόν*) anonymus Parisiensis (Davidis nomine falso inscriptus cod. 1939 f. 51[a]), qui Olympiodori (quem David etiam secutus est et excerpsit Elias) in Porphyrii isag. commentarium recoquit: *γέγραπται δὲ αὐτῷ καὶ πολιτικὰ ὁμοίως τῷ Πλάτωνι, ἐν ᾧ* (sic) *διαλέγεται πῶς νῦν χρὴ κατὰ τὴν ἀρίστην πολιτεύεσθαι πολιτείαν. ἔγραψε γὰρ καὶ ἑκάτερος καὶ πολιτικὸν καὶ πολιτείας· καὶ ἐν μὲν τῷ πολιτικῷ τὸν αὐτὸν ἔχουσι σκοπόν, ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ διαφωνοῦσιν. ὁ μὲν γὰρ Ἀριστοτέλης συνὼν καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ κτίστῃ πολιτείας λέγεται μετ' αὐτοῦ περιελθεῖν, ὧν ἀνεγράφετο τὸν βίον κατὰ στοιχεῖον· ὅτι τυχὸν μὲν Ἀλεξανδρεῖς τοιῶςδε πολιτεύονται καὶ Ἀθηναῖοι τοιῶςδε καὶ Βιθυνοὶ καθεξῆς κατὰ τὴν τάξιν τῶν στοιχείων· οὕτως οὖν καὶ τὰς πολιτείας τέθεικεν. ὁ δὲ Πλάτων ἔγραψε πολιτείαν ἐν ᾗ διαλέγεται πῶς χρὴ κρατεῖν καὶ τάττειν πολιτείαν* (cf. David proleg. phil. p. 16[b]16: *ἰστέον ὅτι ἐν μὲν τῷ τῶν πολιτικῶν συγγράμματι ἕνα σκοπὸν ἔχει καὶ ὁ Ἀρ. καὶ ὁ Πλάτων· ἀμφότεροι γὰρ λέγουσι πῶς δεῖ διοικεῖσθαι πόλιν· ἐν δὲ τῷ περὶ πολιτείας διάφορός ἐστι καὶ ὁ σκοπὸς καὶ ἡ ἐπιγραφή. καὶ ἡ μὲν ἐπιγραφή, ὅτι ὁ μὲν Πλάτων ἑνικῶς ἐπέγραψε πολιτείαν, ὁ δὲ Ἀρ. πληθυντικῶς πολιτείας. ὁ δὲ σκοπός ἐστι διάφορος, ὅτι ὁ μὲν Ἀρ. λέγει πῶς ἐπολιτεύοντο οἱ ἀρχαῖοι, οἷον οἱ Ἀργεῖοι, οἱ Βοιωτοί, ὁ δὲ Πλάτων λέγει πόσα εἴδη πολιτειῶν καὶ πῶς δεῖ πολιτεύεσθαι*). horum autem opinio quum ipsum opus nunquam vidissent, ex falsa tituli explicatione orta revera nihil est nisi scholium quoddam titulo huic tradito, quo *πολιτεῖαι κατὰ στοιχεῖον* $\overline{\rho\nu\eta}$ recensebantur (velut in eodem indice problematum physicorum libri *κατὰ στοιχεῖον* $\overline{\lambda\eta}$), ab ipsis additum. qua formula nec rerum quidam ordo alphabeticus in his quidem titulis designari potest neque librorum inscriptio ea ut sicut in libris Aristotelicis factum esse notum est (cf. praeter commentatores etiam Eustath. in Il. p. 5 sq. Tzetz. in Il. p. 45. 154), *γράμματα* (*ζ*, *κ*, *λ* = VI, X, XI) haberent pro numeris (*ς*, *ι*, *ια* = VI, X, XI), sed qua solummodo confirmari videtur totius operis tot revera sectiones peculiares fuisse deinceps numeratas suisque nominibus ex ordine numerorum litteris expressorum appellatas. licet ipse ego, qui formulae illius in talibus titulis fere su-

perfluae vim negaverim, ad litterarum ordinem ea de causa politias exhibuerim, quia et usum faciliorem praebeat et quovis alio qui arbitrarie fingi potuisset eo ipso melior sit quod nullus sit. ceterum confitendum est numerum $\overline{\mu\beta}$ qui Ithacensium libro tribuitur, cum alphabetico ordine, si quidem civitatum praecipuarum seriem coniectando expleas, optime congruere.

Post Timaeum Philostephanus Cyrenaeus (sub Ptolemaeo Philopatore) politias Aristotelicas adiisse videtur (fr. 210). ceterum licet plurima fragmenta adhuc extent, tamen fere omnia ea sunt, ut ad diligentissimam Didymi eiusque aequalium (velut Dionysii, Strabonis) aetatem hoc est ad primi ante Chr. seculi partem alteram aeraeque Christianae initia eum remittant, qui de singulorum testimoniorum, quae apud lexicographos recentiores et paroemiographos scholiorumque veterum collectores ex iustis priorum commentariis decerptorum identidem repetuntur, origine fonteque diligentius inquirat. nec tamen ultra Didymi philologi celeberrimi aetatem facile ascendas, quamvis et ipsum antiquiorum testium verba ex Alexandrinorum partim grammaticorum fontiumque ipsius aevo propiorum auctoritate collegisse vestigia cernantur (cf. praef. in fr. didascal. etc.). at hi Didymi fontes remotiores sunt quam qui nostris etiam oculis patefiant. contra Didymi labores a Pamphilo aliisque propagati (fr. 181. 200 etc.) ubique nunc apparent (fr. 9. 30. 115 etc.), sive Harpocrationem perlustres sive Pollucem (quem fere in Atheniensium politiae fragmentis magistratibusque Atticis recensendis secutus sum) et Athenaeum sive Plutarchum historicorum illius aetatis facile doctissimum (fr. 103. 174. 189 etc.), quem nihilominus aliorum scriptorum verba quae descripsit ita saepe sua fecisse deprehendimus quasi propriis uteretur ipsiusque aevo eas res adscriberet quas νῦν ita se habere testes pronuntiassent (cf. fr. 9. 151. de eclogis et collectaneis quibus in diversorum librorum locis denuo Plutarchus usus sit cf. fr. 102. 152. 203 etc.). porro ex eisdem copiis Didymeis (fr. 187. 204. cf. 131. 149 etc.) fluxerunt Heraclidis cuiusdam recentioris collectanea περὶ πολιτειῶν, ex quibus librarii istius Byzantini opera desultoria nunc excerpta quaedam fortuita remanent una cum variarum Aeliani historiarum epitoma. eundem autem locum quem apud Graecos Didymus, Varro apud Romanos obtinet, ut recentiorum fere omnium qui eruditionis famam quaererent, ex eo fonte rivuli derivarentur: a quo cum multis aliis (sicut Vitruvio fere toto) Plinius pendet et fragmenta Aristotelis Pliniana. qui omnes auctores si nomina testium semper apposuissent vel apposita servassent, multo plura nunc fragmenta haberi viderentur quam quae post insignes Caroli Mülleri labores spermo-

logi meritissimi et prudentissimi, quos pro fundamento habui (una cum Grashofii et Bournoti censuris, v. Jahrbücher der Philologie und Paedagogik Bd. X. Lpz. 1829, Philologus Jahrg. IV. Göttingen 1849), infra iterum collegi. latent enim Aristotelea (i. e. Didymea) quam plurima et apud Strabonem et in excerptis Heraclideis et in quaestionibus Graecis Plutarchi, porro apud Stephanum Byzantium (de quo cf. fr. 104. 168. 183. 204), apud Aelium Dionysium et Pausaniam Eustathii fontes (cf. fr. 53. 112 etc.) atque in lexicis denique scholiisque omnibus. quamdiu autem in hominum doctiorum manibus politiae fuerint, in tanta auctorum priores alios repetentium negligentia vix est quomodo aestimes, nec fere verbotenus fidem habebis Photio qui in Sopatri sophistae historiarum eclogis (cf. Suid. s. v.) politiarum quoque Aristotelis eclogas extitisse testatur, quas scil. ex aliis scriptoribus transcriptas fuisse opineris (Phot. bibl. cod. 161 p. $104^{b}38$: *ὁ δὲ δωδέκατος αὐτῷ λόγος συνήθροισται ἐξ ἄλλων τε διαφόρων καὶ ... ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους πολιτειῶν, Θετταλῶν τέ φημι καὶ Ἀχαιῶν καὶ Παρίων Λυκίων τε καὶ Κίων, καὶ ὧν ἐκεῖνος ἁπλῶς ἐν τοῖς πολιτικοῖς αὐτοῦ διαλαμβάνει*). an credis Athenaeo qui lib. VIII p. 336^{d} ita gloriari videtur ut ipse sit *ὁ πλείονα τῆς μέσης καλουμένης κωμῳδίας ἀναγνοὺς δράματα τῶν ὀκτακοσίων καὶ τούτων ἐκλογὰς ποιησάμενος*. non ego. nam qui eclogas illas instituit Didymus fuit lexici comici auctor, non Athenaeus qui lexici comici promtam doctrinam arripuit. valebit autem de politiarum opere idem quod de reliquis collectionis Aristotelicae partibus, quae novo studiorum Aristotelicorum ardore exorto quum primo ante Chr. seculo vergente resumpta fuisset atque a philologis perlustrata, mox quo magis, una cum labente eruditorum industria, philosophiae Aristotelicae nova Peripateticorum proles operam daret e libris genuinis vereque philosophicis quasi componendae atque in certum quoddam librorum corpus scholasticum coercendae, eo celerius novae oblivioni traderentur. et profecto quae philosophis Aristotelem explicaturis inutilia partim essent (*οὐκ ἄξια σπουδῆς*, ut ait Simplicius iuxta Alexandrum) partim a mente eius aliena (et exoterica), ea nullo philosophi damno perdita sunt, nullo philosophiae ea quorum doctrinam laboriosiorem recentiorum auctorum modo inertia repudiaret modo superbia, utpote quae *ἱστορικώτατον* quidem auctorem proderent, at non *φιλοσοφώτατον*. sane si titulorum seriem oculis percurras quibus fragmenta attribui possunt quae leguntur pauca quidem et leviuscula vel adeo vilia quae librorum philosophicorum fuerint, plurima autem quae studiis philologicis debeantur, quid ex hac librorum deperditorum multitudine magnopere nunc desideraveris?

Index fragmentorum.

2. *Αἰγινητῶν.*
servi 90.
3. *Αἰτωλῶν.*
Leleges 91.
4. *Ἀκαρνάνων.*
Curetes, Leleges, Teleboae 92. Leucarus pancratii inventor 93.
5. *Ἀκραγαντίνων.*
λίτρα 94.
6. *Ἀμβρακιωτῶν.*
Dexamenaei 95.
(7) *Ἀντανδρίων.*
Antandros *Ἠδωνίς*, *Κιμμερίς* 96.
8. *Ἀργείων.*
turres Cyclopum Tirynthiae 97. *Φειδώνια μέτρα* 98. Asine a Dryope condita 99. (interitus Mycenae 100?).
9. *Ἀρκάδων.*
Megalopolis: *οἱ μύριοι* 101.
10. *Ἀχαιῶν.*
11. *Βοττιαίων.*
Atheniensium in urbe condenda partes (prov. *ἴωμεν εἰς Ἀθήνας*) 102.
12. *Γελώων.*
Gelonis mors 103.
13. *Δηλίων.*
causa nominis 104. Apollinis Delii cultor Pythagoras 105. Glaucus daemon 106.
(14.) *Ἐπιδαυρίων.*
Ἐπίκαρος (Cares, Iones) 107.
15. *Ἠλείων.*
ἑλλανοδίκαι 108. Caucones 109.
16. *Ἠπειρωτῶν.*
Ἀμύνται 110.
17. *Θετταλῶν.*
Aminaei Thessali, vitis Aminaea 111. prov. *φεῦγ' ἐς κόρακας* 112. *τετράδες* 113. Aleuas, *πέλτη* 114. *ἡ λάγυνος* 115. *χλαμύς* 116.
(18.) *Θηβαίων.*
Cadmus: litterae, (lapicidinae) 117. *τοὺς αὐτόχειρας οὐκ ἐτίμων* 118.

(19.) Ἰασέων.

convivia 119.

20. Ἰθακησίων, $\overline{\mu\beta}$.

Cephalus et Arcisius 120. Telemachus, Perseptolis 121. Odysseus et Telemachus (ὁ φάγιλος), Κυλιάδαι 122. μαντεῖον Ὀδυσσέως apud Eurytanes 123. σκυτάλη 124.

21. Ἱμεραίων.

ἑξᾶς, οὐγκία, τριᾶς, λίτρα 125.

22. Κείων.

Aristaeus 126.

23. Κερκυραίων.

Scheria 127. Κερκυραία μάστιξ prov. 128.

24. Κιανῶν.

Milesiorum colonia (ἀπὸ Κίου) 129.

25. Κολοφωνίων.

Theodori carmina 130.

(26.) Κορινθίων.

Periander 131. 132.

(27.) Κρητῶν.

Rhadamanthus 133. πυῤῥίχη 134.

(28.) Κροτωνιατῶν.

Milon 135.

(29.) Κυθηρίων.

Porphyrussa 136.

30. Κυθνίων.

(ἀπὸ Κύθνου, Ophiussa) 137. κυθνώλεις συμφοραί prov. 138.

31. Κυμαίων.

αἰσυμνῆται 139. Βλακεία 140.

32. Κυπρίων.

ἄνακτες, ἄνασσαι 141. Timarchi dentes 142.

33. Κυρηναίων.

Battus, σίλφιον 143. nummi 144. (Ammus 144[a]). Ammonis fontes 144[b].

34. Λακεδαιμονίων.

Timomachus Aegidarum dux 145. — Lycurgus: cum Iphito auctor ἐκεχειρίας Ὀλυμπιακῆς 146. eius merita et honores 147. Apollinis Delphici discipulus 148. eius ῥήτρα de senatu et populo 149. senatorum numerus 150. ἡ κρυπτία 151. κείρεσθαι τὸν μύστακα 152. μόραι 153. λόχοι 154. φοινικίς 155. ἀποδημεῖν

52. *Σαμοθράκων.*
Leucosia 191.

53. *Σικυωνίων.*
ὀβολοί, ὀφελοί 192.

(54.) *Σινωπέων.*
Sinope Asopi filia 193.

(55) *Συβαριτῶν.*
luxuria, clades a Crotoniatis accepta 194. Siritae 195.

56. *Συρακουσίων.*
rex Pollis, *γλυκὺς Πόλλιος* 196. *καλλικύριοι* 197. Hieroni mors 198. Dionysii iunioris vinolentia 199. *τὸ Σικελικὸν τάλαντον* 200.

57. *Ταραντίνων.*
Taras, *νόμοι* 201.

58. *Τεγεατῶν.*
Ἀρκάδες προσέληνοι 202. foedus cum Lacedaemoniis (*χρηστοὺς ποιεῖν*) 203.

59. *Τενεδίων.*
Τενέδιος πέλεκυς 204. Tenes rex 205.

(60.) *Τηνίων.*
Hydrussa 206.

61. *Τροιζηνίων.*
ἄμπελος Ἀνθηδονιάς 207. Anthes et Hyperes 208. Pittheus 209.

(62.) *Χαλκηδονίων.*
quadriremes Bospori 210.

(63.) *Χαλκιδέων.*
Abantes 211. *ἱπποβόται*, coloniae Chalcid. 212.

---

inc. sedis fr. 212[a]: *νάνος*.
fr. spurium 212[b]: Execesti regis annuli magici.

Ἀθηναίων α̅.

1. (337)

Harpocration s. *Ἀπόλλων πατρῷος: ὁ Πύθιος. προσηγορία τίς ἐστι τοῦ θεοῦ πολλῶν καὶ ἄλλων οὐσῶν. τὸν δὲ Ἀπόλλωνα κοινῶς πατρῷον τιμῶσιν Ἀθηναῖοι ἀπὸ Ἴωνος· τούτου γὰρ οἰκήσαντος τὴν*

'Αττικήν, ως 'Αριστοτέλης φησί, τοὺς 'Αθηναίους "Ιωνας κληθῆναι καὶ 'Απόλλω (ita cod. Vind. *ἀπόλλων* cod. A et *ἀπόλλωνα* cod. B sec. Bekk.) *πατρῷον αὐτοῖς ὀνομασθῆναι.*

Ex eodem fonte (Didymi comm. in Demosth. or. 18, 141 vel 57, 54 et 67?) derivata videntur verba quae leguntur fere similia et in lex. rhet. Seguer. p. 291 Bekk. et in schol. ad Plat. Euthyd. (ubi p. 302: *'Απόλλων πατρῷος διὰ τὴν τοῦ "Ιωνος γένεσιν*) p. 369 Bekk.: .. *οἱ δέ (φασιν) ὅτι Κρεούσῃ τῇ 'Ερεχθέως μιγεὶς 'Απόλλων "Ιωνα ἐγέννησεν, ἀφ' οὗ καὶ τοὺς 'Αθηναίους ποτὲ "Ιωνας κληθῆναι καὶ διὰ ταῦτα πατρῷον αὐτοὺς 'Απόλλωνα ἔχειν.* cf. schol. Aristoph. Av. 1527: ... *πατρῷον δὲ τιμῶσιν 'Απόλλωνα 'Αθηναῖοι, ἐπεὶ "Ιων ὁ πολέμαρχος 'Αθηναίων ἐξ 'Απόλλωνος καὶ Κρεούσης τῆς Ξούθου* (sc. *γυναικός* cf. Eurip. Ion) *ἐγένετο* (Eudoc. p. 331). quae quum legi etiam potuerint ubi de phratriis (cf. praeter Dem. or. 57 et Plat. l. c. Harp. s. *ἕρκειος Ζεύς*) sermo esset vel de archontum probatione (Poll. 8, 85. cf. etiam 8, 122 et Eudoc. l. c.), ad origines Atticas referre malo propter Heraclidea excerpta, quae ita incipiunt: *'Αθηναῖοι τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐχρῶντο βασιλείᾳ· συνοικήσαντος δὲ "Ιωνος αὐτοῖς, τότε πρῶτον "Ιωνες ἐκλήθησαν.*

2. (338)

Plinius VII, s. 57 (quae cuiusque inventa sint exponens e Philostephano, ut puto, cf. ad fr. 6 et ad Chalced. pol.): *Gyges Lydus* (in quo nomine consentiunt codices v. ed. Sillig. t. II p. 65) *picturam Aegypti (condere instituit) et in Graecia Euchir Daedali cognatus, ut Aristoteli placet, ut Theophrasto, Polygnotus Atheniensis.*

De Daedalo Atheniensi et ab Erechtheo oriundo regioque Metionidarum genere (Apollodor. bibl. 3, 15, 8. Paus. 7, 4) atque de Daedalidis Atheniensibus (*τοὺς ἀπὸ Δαιδάλου τε καὶ ἐργαστηρίου τοῦ 'Αττικοῦ* vocat Paus. 5, 25 fin.) vid. Diodor. 4, 76. e quo genere postea etiam redit non fictus, sed verus Euchir statuarius Atheniensis (Paus. 8, 14. cf. Boeckh, Corp. inscr. Gr. I p. 916).

3. (339)

Schol. Soph. Oed. Col. 701 *γλαυκᾶς παιδοτρόφου* (*φύλλον ἐλαίας*): *καὶ 'Αριστοφάνης ἐν νεφέλαις* (nub. 1005. cf. schol.) ... *ὁ δὲ "Ιστρος καὶ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν δεδήλωκεν γράφων οὕτως* * *εἶναι* (ita cod. Laur. cum ed. Rom., *ἔνιοι* scr. Elmsl.) *δὲ κλάδον* [*ἀπὸ* add. L., om. R.] *τῆς ἐν ἀκαδημίᾳ ἐλαίας* (*ἣν* add. ed. Rom.) *ἀπὸ τῆς ἐν ἀκροπόλει φυτευθῆναί φασιν ... ὁ δὲ 'Αριστοτέλης καὶ τοῖς νικήσασι τὰ Παναθήναια ἐλαίου τοῦ ἐκ τῶν μορίων γινομένου δίδοσθαί φησιν.*

Ex eodem fonte Phot. lex. p. 275, 3 Pors. *μορίαι: ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς* (haec prima verba servata sunt etiam apud Hesych. s. v.) *ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον ἔπαθλον ἐδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ Παναθήναια. ἦσαν δὲ πρῶται ιβ τὸν ἀριθμὸν* (haec igitur sunt Istri de quo cf. Harp. p. 144, 21) *αἱ μεταφυτευθεῖσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν.* Aristotelis locum (ap. Müll. fr. 266) ad Thesei historiam refero propter Plut. Thes. 24: *ἓν δὲ ποιήσας ἅπασι κοινὸν ... τήν τε πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε καὶ Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν.* cf. Paus. 8, 2 et schol. Plat. Parmen. p. 329 = Phot. p. 375, 20 *Παναθήναια: Ἀθήνησιν ἑορτὴ ἐπὶ τῷ ὑπὸ Θησέως γενομένῳ συνοικισμῷ.*

4. (340)

Plut. Thes. 25: *ἔτι δὲ μᾶλλον αὐξῆσαι τὴν πόλιν βουλόμενος ἐκάλει πάντας ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ τό, δεῦρ' ἴτε πάντες λεῴ, κήρυγμα Θησέως γενέσθαι φασὶ πανδημίαν τινὰ καθιστάντος. οὐ μὴν ἄτακτον οὐδὲ μεμιγμένην περιεῖδεν ὑπὸ πλήθους ἐπιχυθέντος ἀκρίτου γενομένην τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς εὐπατρίδας καὶ γεωμόρους καὶ δημιουργούς, εὐπατρίδαις δὲ γινώσκειν τὰ θεῖα καὶ παρέχειν ἄρχοντας ἀποδοὺς καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητὰς τοῖς ἄλλοις πολίταις, ὥσπερ εἰς ἴσον κατέστησε, δόξῃ μὲν εὐπατριδῶν χρείᾳ δὲ γεωμόρων πλήθει δὲ τῶν δημιουργῶν ὑπερέχειν δοκούντων. ὅτι δὲ πρῶτος ἀπέκλινε πρὸς τὸν ὄχλον, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, καὶ ἀφῆκε τὸ μοναρχεῖν, ἔοικε μαρτυρεῖν καὶ Ὅμηρος ἐν νεῶν καταλόγῳ μόνους Ἀθηναίους δῆμον προσαγορεύσας. ἔκοψε δὲ καὶ νόμισμα βοῦν ἐγχαράξας ἢ διὰ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον ἢ διὰ τὸν Μίνω στρατηγὸν ἢ πρὸς γεωργίαν τοὺς πολίτας παρακαλῶν. ἀπ' ἐκείνου δέ φασι τὸ ἑκατόμβοιον καὶ τὸ δεκάβοιον ὀνομασθῆναι.*

Ad prima verba cf. Heraclid. exc. polit. (p. 3 ed. Schneidewin. cf. p. 34): *Θησεὺς δ' ἐκήρυξε καὶ συνεβίβασε τούτους ἐπ' ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ.* ultima (*βοῦς νόμισμα*) adscripsi Pollucis (9, 60 cf. 73) memor apud quem similia multa ex Aristotele derivantur, et proverbii *βοῦς ἐπὶ γλώττῃ* apud paroemiographos et lexicographos celebrati. de eupatridis sacrorum tribulium curatorihus v. Poll. 8, 111 (cf. lex. rhet. Seg. p. 257, 7 = Etym. M. p. 395, 50 s. *εὐπατρίδαι*).

5. (341)

Schol. in Plat. Axioch. p. 465 Bekk. (cf. Moeris Att. p. 193, 16 Bekk.) *γεννήτῃ: Ἀριστοτέλης φησὶ τοῦ ὅλου πλήθους διῃρημένου Ἀθήνησιν εἴς τε τοὺς γεωργοὺς καὶ τοὺς δημιουργοὺς* (et eupatridas cf.

fr. 4) *φυλὰς αὐτῶν εἶναι τέσσαρας, τῶν δὲ φυλῶν ἑκάστης μοίρας εἶναι τρεῖς, ἃς τριττύας τε καλοῦσι* [adde *καὶ ἔθνη*] *καὶ φρατρίας, ἑκάστης δὲ τούτων τριάκοντα εἶναι γένη, τὸ δὲ γένος ἐκ τριάκοντα ἕκαστον ἀνδρῶν συνεστάναι. τούτους δὴ τοὺς εἰς τὰ γένη τεταγμένους γεννήτας καλοῦσι.* — Harpocration (ex quo Phot. p. 605, 19 = Suid. s. v.) s. *τριττύς*: *Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος* (§. 8). *τριττύς ἐστι τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς· αὕτη γὰρ διῄρηται εἰς τρία μέρη, τριττῦς καὶ ἔθνη καὶ φρατρίας, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ.*

Communem fontem et eodem Aristotele usum (at non ipsum solum Aristotelem) referunt qui supra scriptis consentiunt Harpocration et Pollux. et ille quidem ita s. *γεννῆται*: *οἱ τοῦ αὐτοῦ γένους κοινωνοῦντες. διῃρημένων γὰρ ἁπάντων τῶν πολιτῶν κατὰ μέρη, τὰ μὲν πρῶτα καὶ μέγιστα μέρη ἐκαλοῦντο φυλαί, ἑκάστη δὲ φυλὴ τριχῇ διῄρητο καὶ ἐκαλεῖτο ἕκαστον μέρος τούτων τριττὺς καὶ φρατρία. πάλιν δὲ τῶν φρατριῶν ἑκάστη διῄρητο εἰς γένη λ̄, ἐξ ὧν αἱ ἱερωσύναι αἱ ἑκάστοις προσήκουσαι ἐκληροῦντο. ἔστι δὲ παρὰ πολλοῖς τῶν ῥητόρων τοὔνομα, ὡς καὶ Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει* (or. 57, 67). *Ἰσαῖος δ' ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου* (§. 1 et 27, cf. 13. 15. 17. 43) *συγγενεῖς τοὺς γεννήτας* (Schoemann ad Is. p. 356. codd. *τοὺς συγγενεῖς γεννήτας*) *ὠνόμασεν. οὐχ οἱ συγγενεῖς μέντοι ἁπλῶς καὶ οἱ ἐξ αἵματος γεννῆταί τε καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐκαλοῦντο, ἀλλ' οἱ ἐξ ἀρχῆς εἰς τὰ καλούμενα γένη κατανεμηθέντες. Φιλόχορος δ' ἐν τῇ δ̄ φησὶ πρότερον ὁμογάλακτας ὀνομάζεσθαι οὓς νῦν γεννήτας καλοῦσιν.* Pollux autem (8, 111): *ὅτε μέντοι τέτταρες ἦσαν αἱ φυλαί, εἰς τρία μέρη ἑκάστη διῄρητο καὶ τὸ μέρος τοῦτο ἐκαλεῖτο τριττὺς καὶ ἔθνος καὶ φρατρία* (quae male expressit qui excerpsit schol. in Plat. Remp. p. 406). *ἑκάστου δὲ ἔθνους γένη τριάκοντα ἐξ ἀνδρῶν τοσούτων, ἃ ἐκαλεῖτο τριακάδες καὶ οἱ μετέχοντες τοῦ γένους γεννῆται καὶ ὁμογάλακτες* (hoc quidem ex Philochoro, v. supra Harp. et ipsum Phil. ap. Phot. s. *ὀργεῶνες*), *γένει μὲν οὐ προσήκοντες, ἐκ δὲ τῆς συνόδου οὕτω προσαγορευόμενοι. τρία δ' ἦν τὰ ἔθνη πάλαι, εὐπατρίδαι γεωμόροι δημιουργοί.* cf. etiam lex. rhet. Seguer. p. 227 s. *γεννῆται τίνες εἰσίν*: *γένος ἐστὶ σύστημα ἐκ τριάκοντα ἀνδρῶν συνεστώς, οὗ οἱ μετέχοντες ἐκαλοῦντο γεννῆται, οὐ κατὰ γένος ἀλλήλοις προσήκοντες οὐδ' ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἵματος, ἀλλ' ὥσπερ οἱ δημόται καὶ φράτορες ἐκαλοῦντο νόμων κοινωνίαν τινὰ ἔχοντες, οὕτω καὶ οἱ γεννῆται συγγενικῶν ὀργίων ἢ θεῶν, ἀφ' ὧν ὀργεῶνες ὠνομάσθησαν* (ex eodem fonte schol. in Plat. Menon. p. 382 = Suid. s. v.): quae eadem repetit Etym. M. p. 226, 13,

simul alia addens quae alio loco in eodem lex. Seguer. p. 231, 23 et apud Hesychium leguntur s. *γεννῆται*: *οἱ τοῦ αὐτοῦ γένους μετέχοντες καὶ ἄνωθεν ἀπ' ἀρχῆς ἔχοντες κοινὰ ἱερά· οἱ δὲ ὁμογάλακτας καὶ [φράτορας] συγγενεῖς τοὺς γεννήτας.*

6. (342)

Servius ad Virgil. Georg. I, 19 (ed. Lion II p. 175) uncique puer monstrator aratri: *alii Triptolemum, alii Osirim volunt, quod magis verum est. nam Triptolemus frumenta divisit . . . Varro de scenicis originibus vel Scauro: Triptolemum dicit Nigidius . . . ergo Osiris significatur, ut Φιλοστέφανος περὶ εὑρημάτων, vel Epimenides qui postea Buzyges dictus est secundum Aristotelem* (cf. Probus ad h. l. p. 29, 22 ed. Keil. Hal. 1848: *quidam putant Triptolemum Atticum dici . . . quidam Buzygen, qui primus iunctis existimatur ad arandum usus. sed constat multis annis ante et fruges in Aegypto inventas esse et arasse primum Osirim duobus bubus* etc.)

Aristotelem citavisse videtur ipse quem Varro citat Philostephanus: ex cuius libro de hoc *εὑρημάτων* argumento clarissimo fluxisse credas inventorum illam collectionem quae est apud Plinium (n. h. 7, 57) multa praeter Philostephanum recentissimum antiquorum scriptorum et ipsius Aristotelis et Theophrasti nomina exhibentem (cf. ad Chalced. pol.). ibi haec leguntur: *bovem et aratrum (invenit) Buzyges Atheniensis* (cuius memor etiam Varro de re rust. 2, 5, 4), *ut alii Triptolemus.* Hesych. s. *Βουζύγης*: *ἥρως Ἀττικὸς ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας· ἐκαλεῖτο δὲ Ἐπιμενίδης. καθίστατο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ὁ τοὺς ἱεροὺς ἀρότους ἐπιτελῶν Βουζύγης* (de quo ultimo v. Paroemiogr. ed. Gott. I p. 388. cf. schol. Aristid. p. 473 Dind.) Lex. rhet. Seg. p. 221, 8 (= Etym. M. p. 206, 47) s. *Βουζυγία*: *γένος τι Ἀθήνησιν, ἱερωσύνην τινὰ ἔχον· Βουζύγης γάρ τις τῶν ἡρώων πρῶτος βοῦς ζεύξας τὴν γῆν ἤροσε καὶ εἰς γεωργίαν ἐπιτήδειον ἐποίησεν, ἀφ' οὗ γένος καλεῖται Βουζυγία.* Schol. ad Il. σ, 483: *καὶ ἄροτρον δὲ πρῶτος Ἐπιμενίδης ὁ καὶ Βουζύγης ἔζευξε.* definitur locus ad quem pertinet hoc fragmentum (Müll. 258) ex Plut. Sol. 12.

7. (343)

Phot. lex. s. *ναυκραρία*: *τὸ πρότερον οὕτως ἐκάλουν, ναυκραρία καὶ ναύκραρος· ναυκραρία μὲν ὁποῖόν τι ἡ συμμορία καὶ ὁ δῆμος, ναύκραρος δὲ ὁποῖόν τι ὁ δήμαρχος, Σόλωνος οὕτως ὀνομάσαντος, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησί. καὶ ἐν τοῖς νόμοις* (sc. Solonis) *ἐστίν* (cod. *κ. ἐν τ. ν. δὲ* ... nisi forte corr. *λέγει*) *«ἐάν τις ναυκραρίας ἀμφισβητῇ»*

(cf. Phot. p. 59, 13: *ἄν τις ἱερωσύνης ἠμφισβήτει* et apud Poll. 8, 90 *ἱερωσύνης ἀμφισβήτησις*), *καὶ «τοὺς ναυκράρους τοὺς κατὰ ναυκραρίαν». ὕστερον δὲ ἀπὸ Κλεισθένους δῆμοί εἰσι καὶ δήμαρχοι ἐκλήθησαν. ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους πολιτείας ὃν τρόπον διέταξε τὴν πόλιν ὁ Σόλων· «φυλαὶ δὲ ἦσαν τέσσαρες καθάπερ πρότερον καὶ φυλοβασιλεῖς τέσσαρες· ἐκ δὲ τῆς φυλῆς ἑκάστης ἦσαν νενεμημέναι τριττύες μὲν τρεῖς, ναυκραρίαι δὲ δώδεκα καθ' ἑκάστην». ὁ Κλείδημος ἐν τῇ τρίτῃ φησὶν ὅτι Κλεισθένους δέκα φυλὰς ποιήσαντος ἀντὶ τῶν τεσσάρων, συνέβη καὶ ἐς πεντήκοντα μέρη διαταγῆναι αὐτάς. καὶ ἐκάλουν ναυκραρίας* (cod. *διαταγῆναι· αὐτοὺς δὲ ἐκάλουν ναυκράρια*), *ὥσπερ νῦν* [*εἰς*] *τὰ ἑκατὸν* (Boeckh, Staatshaush. I, 728) *μέρη διαιρεθέντα καλοῦσι συμμορίας.*

Cf. Pollux 8, 108: *Δήμαρχοι οἱ κατὰ δήμους ἄρχοντες. ἐκαλοῦντο δὲ τέως ναύκραροι, ὅτε καὶ οἱ δῆμοι ναυκραρίαι. ναυκραρία δ' ἦν τέως φυλῆς δωδέκατον μέρος καὶ ναύκραροι ἦσαν δώδεκα, τέτταρες κατὰ τριττὺν ἑκάστην. τὰς δ' εἰσφορὰς τὰς κατὰ δήμους διεχειροτόνουν οὗτοι καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀναλώματα. ναυκραρία δ' ἑκάστη δύο ἱππέας παρεῖχε καὶ ναῦν μίαν, ἀφ' ἧς ἴσως ὠνόμαστο.* Hesychius s. *ναύκλαροι: δήμαρχοι ... ἀφ' ἑκάστης φυλῆς δώδεκα, οἵτινες ἀφ' ἑκάστης χώρας τὰς εἰσφορὰς ἐξέλεγον· ὕστερον δὲ δήμαρχοι ἐκλήθησαν.*

8. (344)

Harpocr. (et ex eo Photius, cf. Suid.) s. *ἱππάς: Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου* (§. 39) *«ἀπεγράψατο μὲν τίμημα μικρὸν ὡς ἱππάδα τελῶν* (Is. *ὡς ἱππάδα δὲ τελῶν ἄρχειν ἠξίου τὰς ἀρχάς.* cf. Boeckh, Staatsh. I, 657). *Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησὶν ὅτι Σόλων εἰς τέτταρα διεῖλε τέλη τὸ πᾶν πλῆθος Ἀθηναίων, πεντακοσιομεδίμνους καὶ ἱππέας καὶ ζευγίτας καὶ θῆτας.* quem eundem locum spectat Harpocr. (ex quo Phot., Suid.) s. *θῆτες καὶ θητικόν: Ἀντιφῶν ἐν τῷ κατὰ Φιλίνου φησὶ «τούς τε θῆτας ἅπαντας ὁπλίτας ποιῆσαι» καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Ἁγνίου κλήρου* (i. e. in lege Solonea quae ibi citatur, v. Dem. or. 43, 54) *«τῶν ἐπικλήρων ὅσαι θητικὸν τελοῦσιν»* (cf. Boeckh, Staatsh. I, 651). *εἰς τέσσαρα διῃρημένης παρ' Ἀθηναίοις τῆς πολιτείας οἱ ἀπορώτατοι ἐλέγοντο θῆτες καὶ θητικὸν τελεῖν* (ita Bekk., codd. *ἐτελεῖτο.* cf. lex. Seg. 261, 2. Et. M. p. 410, 1. 452, 5). *οὗτοι δὲ οὐδεμιᾶς μετεῖχον ἀρχῆς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης δηλοῖ ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. ὅτι δὲ οὐκ ἐστρατεύοντο εἴρηκε καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν.* idem denique (et ex eo Phot.) eadem repetit s. *πεντακοσιομέδιμνον: Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀνομακλέους*

θυγατρός. ὅτι δὲ τέλη ἐποίησεν Ἀθηναίων ἁπάντων Σόλων, ὧν ἦσαν καὶ οἱ πεντακοσιομέδιμνοι, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.

Cf. Plutarch. Solon. c. 18: *πρῶτον μὲν οὖν τοὺς Δράκοντος νόμους ἀνεῖλε πλὴν τῶν φονικῶν ἅπαντας ... δεύτερον δὲ Σόλων ... ἔλαβε τὰ τιμήματα τῶν πολιτῶν καὶ τοὺς μὲν ἐν ξηροῖς ὁμοῦ καὶ ὑγροῖς μέτρα πεντακόσια ποιοῦντας πρώτους ἔταξε καὶ πεντακοσιομεδίμνους προσηγόρευσε· δευτέρους δὲ τοὺς ἵππον τρέφειν δυναμένους ἢ μέτρα ποιεῖν τριακόσια, καὶ τούτους ἱππάδα τελοῦντας ἐκάλουν· ζευγῖται δ' οἱ τοῦ τρίτου τιμήματος ὠνομάσθησαν, οἷς μέτρον ἦν συναμφοτέρων διακοσίων. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκαλοῦντο θῆτες, οἷς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν, ἀλλὰ τῷ συνεκκλησιάζειν καὶ δικάζειν μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας.* eadem Pollux 8, 130 (ex quo desumtum est schol. in Plat. Remp. p. 415): *τιμήματα δ' ἦν τέτταρα, πεντακοσιομεδίμνων, ἱππέων, ζευγιτῶν, θητικῶν. οἱ μὲν ἐκ τοῦ πεντακόσια μέτρα ξηρὰ καὶ ὑγρὰ ποιεῖν κληθέντες ἀνήλισκον* [*δὲ* om. schol. Pl.] *εἰς τὸ δημόσιον* (quod *ἀναλίσκειν* Pollucis i. e. eius quem sequitur errore ita esse appellatum statuit Boeckh, Staatshaush. I, 653) *τάλαντον· οἱ δὲ τὴν ἱππάδα* (cf. Hesych. s. v.) *τελοῦντες ἐκ μὲν τοῦ δύνασθαι τρέφειν ἵππους κεκλῆσθαι δοκοῦσιν, ἐποίουν δὲ μέτρα τριακόσια, ἀνήλισκον δὲ ἡμιτάλαντον· οἱ δὲ τὸ ζευγήσιον* (cf. Hesych., Phot., Etym. M. s. v. et lex. Seg. 260, 33) *τελοῦντες ἀπὸ διακοσίων μέτρων κατελέγοντο, ἀνήλισκον δὲ μνᾶς δέκα· οἱ δὲ τὸ θητικὸν οὐδεμίαν ἀρχὴν ἦρχον οὐδὲ ἀνήλισκον οὐδέν.* haec omnia (apud Harp., Plut., Poll. et lex.) ex eodem auctore qui primus citaverat Aristotelem.

8ª. (345)

Photius lex. s. *πελάται: οἱ παρὰ τοῖς πλησίον ἐργαζόμενοι· καὶ θῆτες οἱ αὐτοὶ καὶ ἑκτήμοροι, ἐπειδὴ ἕκτῳ μέρει τῶν καρπῶν εἰργάζοντο τὴν γῆν* (ex eodem fonte Hesych. s. *ἑκτήμοροι: οἱ ἕκτῳ μέρει τὴν γῆν γεωργοῦντες*, et qui sedem fragmenti clarius indicat Plutarchus Solon. 13, ubi de rebus Atheniensium ante Solonem narrat: *ἅπας μὲν γὰρ ὁ δῆμος ἦν ὑπόχρεως τῶν πλουσίων· ἢ γὰρ ἐγεώργουν ἐκείνοις ἕκτα τῶν γινομένων τελοῦντες ἑκτημόριοι προσαγορευόμενοι καὶ θῆτες, ἢ χρέα λαμβάνοντες* etc. cf. Hesych. s. *ἐπίμορτος*): — iam sequitur altera apud Photium alterius lexici glossa *πελάται: οἱ μισθῷ δουλεύοντες, ἐπεὶ τὸ πέλας ἐγγύς, οἷον ἔγγιστα διὰ πενίαν προσιόντες. Ἀριστοτέλης.*

Utramque glossam ita habent Schol. in Euthyphr. p. 327 (ad p. 4: *ἐπεὶ ὅ γε ἀποθανὼν πελάτης τις ἦν ἐμὸς καὶ ὡς ἐγεωργοῦμεν ἐν τῇ*

Νάξῳ, ἐθήτευεν ἐκεῖ παρ' ἡμῖν): *πελάτης ὁ ἀντὶ τροφῶν ὑπηρετῶν* (cf. Suid. s. v. et similem explicationem v. *θῆτες* apud Phot. et Etym. M.) *καὶ προσπελάζων* (huc usque eadem ap. Tim. lex. s. v.), *ἀπὸ τοῦ πέλας ἤτοι ἐγγύς· ἐκαλεῖτο ὁ δι' ἔνδειαν προσιὼν μίσθιος δὲ ὑπηρετῶν. ἄλλως. πελάται εἰσὶν οἱ παρὰ τοῖς πλησίον ἐργαζόμενοι καὶ θῆτες. οἱ αὐτοὶ δὲ καὶ ἑκτήμοροι, ἐπεὶ τῷ ἕκτῳ μέρει τῶν καρπῶν εἰργάζοντο τὴν γῆν.* cf. Pollux IV, 165: *ἑκτημόριοι δὲ οἱ πελάται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς*, idemque III, 82: *πελάται δὲ καὶ θῆτες ἐλευθέρων ἐστὶν ὀνόματα διὰ πενίαν ἐπ' ἀργυρίῳ δουλευόντων.* fluxisse haec e Didymo videntur (cf. ad Syracus. pol. fr. — in Etym. Gud. p. 165, 58 *παρὰ Κρησὶ πελάται*, quod licet errore positum sit pro *κλαρῶται*, pelatarum in eadem disputatione partes fuisse ostendit). *προσπελάται* Arcadum, quos cum helotis compares, e Theopompo afferuntur apud Athen. VI p. 271.

9. (346)

Plutarch. Solon. c. 25: *ἰσχὺν δὲ τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκε· καὶ κατεγράφησαν εἰς ξυλίνους ἄξονας ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους, ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσώζετο· καὶ προσηγορεύθησαν, ὡς Ἀριστοτέλης φησί* (sc. *ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ* sicut addit schol. Aristoph. Av. 1354, Aristotelis ultra nudum testimonium nomenque Didymeis excerptis inepto loco insertum nihil retinens), *κύρβεις. καὶ Κρατῖνος ὁ κωμικὸς εἴρηκέ που* (cf. Meineke fr. com. II, 217) «*πρὸς τοῦ Σόλωνος καὶ Δράκοντος οἷσι νῦν φρύγουσιν ἤδη τὰς κάχρυς τοῖς κύρβεσιν*». *ἔνιοι δέ φασιν ἰδίως ἐν οἷς ἱερὰ καὶ θυσίαι περιέχονται κύρβεις, ἄξονας δὲ τοὺς ἄλλους ὠνομάσθαι.* quibus adde Harpocr. (ex quo Photius) s. *κύρβεις*: *Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας. κύρβεις φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ θεῶν* (fr. 24. 25) *ἔχειν ἐγγεγραμμένους τοὺς νόμους* (cf. schol. Apollon. Rhod. 4, 280: *Ἀπολλόδωρος δέ φησιν πᾶσαν δημοσίαν γραφὴν καὶ νόμους κύρβιν καλεῖσθαι, ὅτι* ...) ... *Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησὶν* «*ἀναγράψαντες δὲ τοὺς νόμους εἰς τοὺς κύρβεις ἔστησαν ἐν τῇ στοᾷ τῇ βασιλείᾳ* (*βασιλίδι* cod. D et Phot.).»

Haec Plutarchum cum Müllero secutus et aoristo (*ἔστησαν*) fidem habens e Solonis apud Aristotelem historia sumta esse statui, licet suspicio orta sit plurali qui est apud Harpocrationem numero confirmata ad munus *γραμματέως* (*τῆς βουλῆς* cf. Poll. 8, 98 vel quod idem est *ὑπογραμματέως*, qualis narratur Nicomachus apud Lysiam or. 30, 2—3 cf. 13, 19, 25, 28—29, sc. *ἀναγραφεὺς* et *ταμίας τῶν νόμων* i. e. secundum eundem Lysiam inter *νόμους* et *θυσίας* minime distinguentem, *τῶν κύρβεων καὶ τῶν στηλῶν,*

de quibus v. §. 17) describendum non minus illa pertinuisse quam quae sequuntur apud Plutarchum de thesmothetarum iureiurando ad locum de archontibus (cf. Poll. 8, 86 et exc. Heraclid. p. 5): accedit quod eadem apud Pollucem memoratur *στοὰ βασίλειος*, in qua nimirum ipsae leges servantur in quas ibidem iurant archontes *ἐπὶ τοῦ λίθου ὑφ' ᾧ τὰ ταμιεῖα.* atque ibidem Andocidis etiam aetate leges fuisse positas docet illud *ἀναγράψαι ἐν τῇ στοᾷ* in or. de myst. 82. 85 sive ut est in ipso decreto Tisameni ib. 84, *εἰς τὸν τοῖχον ἵνα περ πρότερον ἀνεγράφησαν.* de qua re quae tradidit Anaximenes secundum Didymum (Harp. p. 136, 17. cf. Poll. 8, 128), ad alia tempora spectant nec cum Aristotelis loco comparari possunt. ceterum ex variis de axibus illis ligneis auctorum testimoniis (quae v. apud Preller. ad Polem. p. 87) haec saltem efficiuntur, antiquo *κύρβεων* vocabulo significari recentiorum *στήλας* (columnas lapideas), ita ut altero verbo addito alterum explicetur (*κύρβεις καὶ στῆλαι* coniunguntur apud Lysiam 30, 17, Platon. politic. p. 298, Theophr. ap. Porph. de abst. p. 138 Rhoer) easdemque columnas quae a forma vocantur *κύρβεις*, *ἄξονας* appellari propter proprium illud *περιστρέφεσθαι.* efficitur praeterea nullum discrimen inter *ἄξονας* et *κύρβεις* agnovisse auctores omnes qui ipsi oculis viderant, velut Aristoteles iste, Eratosthenes, Polemo, contra qui libris docebantur grammaticos Aristophanem aliosque et ipsum Didymum (Harp. 136, 14. 16) in coniecturam erroremque ductos esse: cuius ansam fortasse dedit ipse ille Lysiae locus citatus *τὰς θυσίας τὰς ἐκ τῶν κύρβεων καὶ τῶν στηλῶν* prae ceteris legibus commemorantis. Didymi librum *περὶ τῶν ἀξόνων τῶν Σόλωνος πρὸς Ἀσκληπιάδην* postquam in ipso vitae Solonis initio citavit, secutus esse videtur Plutarchus in ecloga illa et censura legum Solonearum (c. 19—24. cf. Diog. Laert. 1, 55—58) quae maxime essent mirabiles (*ἴδιοι μάλιστα καὶ παράδοξοι* cf. c. 20 in.). attamen ut hanc Didymi esse credo, ita Didymum ipsum verisimile est praecipue usum fuisse Demetrii Phalerei libro *περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας*: huius enim et Atheniensis (non Plutarchi) verba sunt quae leguntur c. 21 fin.: *ὧν τὰ πλεῖστα καὶ τοῖς ἡμετέροις νόμοις ἀπηγόρευται· πρόσκειται δὲ τοῖς ἡμετέροις ζημιοῦσθαι τοὺς ταῦτα ποιοῦντας ὑπὸ τῶν γυναικονόμων* etc. (cf. c. 23 = Dem. Phal. fr. 8 Müll. et de gynaeconomorum sec. Arist. pol. 1323, 4 cf. 1321b7, 1322b37 *ἀρχῇ οὐ δημοτικῇ* a Demetrio instituta quippe qui omnino in legislatione sua ad aristocratiam vergente ad Aristotelis Politicorum sententiam se conformaret, v. Boeckh, Ueber den Plan der Atthis des Philochoros p. 23, Abhdl. der Berl. Acad. 1832). atque eiusdem Demetrii apud Pollucem quoque vestigia sunt, ubi in libro *δικαστικῶν ὀνομάτων* ad recensionem illam et magistratuum

Atticorum et iudiciorum excurrit (8, 85—133) ex uno eodemque sine dubio auctore sumtam, non illo quidem ut volunt Aristotele sed eo qui et Aristotele et Theophrasto (π. νόμων cf. Poll. 8, 122 = Th. ap. Harp. s. Ἄρδηττος, ib. 8, 123 = Arist. fr. 80. 82) et Demetrio (8, 102. cf. 8, 53 et M. H. E. Meier ad lex. rhetor. fragm. Cantabrig. ed. Hal. 1844 p. XIII) usus sit et posteriora (8, 110. 124) passim contulerit comicosque (133) et oratores (100. 103. 114. 121. e Demosthene 8, 99 fin. qui ab eodem scil. citabatur quo usus est Harp. s. μετοίκιον, cf. ad fr. 56) et historicos (Philochorum 99 in. cf. Harp. s. ἀντιγραφεύς, Androtionem 121, Craterum 126). ex illo igitur Didymi libro, aut potius ex eiusdem lexico comico, in quo celeberrimo thesauro s. v. κύρβεις gemina sine dubio exhibebantur (propter Aristoph. av. 1354, nub. 448 et Cratinum a Plut. citatum, cf. Aristoph. ap. schol. Apoll. 4, 280. Maur. Schmidt de Did. fr. p. 59), omnia illa quae in lexicis s. κύρβεις et in scholiis varie mutilata quidem at inter se coniuncta exstant excerpta esse videntur (variorum lexicorum et commentariorum ex eodem fonte excerpta colligunt Phot. et schol. Apoll.): agens enim ille post comicorum testimonia primum de κύρβεων vocabuli origine Asclepiadis ἀξόνων ἐξηγητικὰ contra quae ipsa scripserat Didymus (cf. etiam schol. Aristoph. nub. 37 ubi eundem citat cum Aristotele et Demetrio) cum Phania Eresio (Et. M. et Gud. s. v.), Apollodorum praeterea cum Theophrasto et Aristotelem (Harp. et Phot. 189, 22 s. v., schol. av. 1354, sch. Apoll. 4, 280) citaverat, de ipsa deinde re Eratosthenem (Et. M., sch. Apoll. p. 498, 1 Keil) et contra hunc Polemonem (Harp. s. ἄξονι) et Aristophanem (Et. M., Gud.). ipsum etiam Plutarchum (c. 25 in.) non alium atque lexica exscripsisse Didymi locum manifestum est testanturque verba ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσώζετο, quibus vel postquam similia Pausaniae (1, 18) comparaveris, minimam fidem habeas: sunt enim ipsa Polemonis illa διασώζονται δ' ἐν τῷ πρυτανείῳ. ceterum de eadem re saepius in commentariis Didymum egisse vides ex Harp. p. 136, 10, ubi et lemma et scholium ductum est e Didymi commentario ad Demosthenis orationem contra Aristocratem (or. 23, 28. cf. Harp. s. ἄξονι).

10. (347)

Gellius 2, 12 Hertz: *In legibus Solonis illis antiquissimis quae Athenis axibus ligneis incisae sunt quasque latas ab eo Athenienses ut sempiternae manerent poenis et religionibus sanxerunt, legem esse Aristoteles refert scriptam ad hanc sententiam: si ob discordiam dissensionemque seditio atque discessio populi in duas partes fiet et ob eam causam irritatis animis utrimque arma capientur pugnabitur-*

que, tum qui in eo tempore in eoque casu civilis discordiae non alterutra parte sese adiunxerit, sed solitarius separatusqne a communi malo civitatis secesserit, is domo patria fortunisque omnibus careto, exul extorrisque esto.

Quae hic latis verborum ambagibus reddit Gellius de lege illa ut absona (est enim optimum morum civilium praeceptum, ut multa Solonis, at non lex) ita mox obsoleta (vel potius nunquam valente, cf. Lysiae orat. contra Philonem et maxime §. 27, cui non repugnat §. 29 *ἡ παροῦσα ἀτιμία*: hanc enim male interpretatus esse videtur Taylor in argumento orationi praeposito ed. Lond. 1739. p. 487. cf. §. 33), eadem brevius ita exprimit Plutarch. Solon. c. 20 in.: *τῶν δ' ἄλλων αὐτοῦ νόμων ἴδιος μὲν μάλιστα καὶ παράδοξος ὁ κελεύων ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γενόμενον* idemque Plut. de sera num. vind. c. 4: *παραλογώτατον δὲ τὸ τοῦ Σόλωνος ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει πόλεως μηδετέρᾳ μερίδι προσθέμενον μηδὲ συστασιάσαντα* (cf. Plut. de solert. anim. 8, reipubl. ger. praec. 32. Cic. ep. ad Att. 10, 1).

11. (348)

Plutarch. Solon. c. 32: *ἡ δὲ δὴ διασπορὰ κατακαυθέντος αὐτοῦ* (sc. Solonis) *τῆς τέφρας περὶ τὴν Σαλαμινίων νῆσον ἔστι μὲν διὰ τὴν ἀτοπίαν ἀπίθανος παντάπασι καὶ μυθώδης, ἀναγέγραπται δ' ὑπό τε ἄλλων ἀνδρῶν ἀξιολόγων καὶ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου.*

Idem de Lycurgo in Creta mortuo narrat Aristocrates [Lacedaemonius et Laconicorum auctor recentior atque fabulis indulgens] *ap. Plutarch. Lyc. c.* 31. ita Müller ad fr. 14, cf. Fr. hist. Gr. IV p. 332.

12. (349)

Schol. in Aristoph. Acharn. 234 *Παλλήναδε: οἱ Παλληνεῖς δῆμός ἐστι τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα Πεισιστράτῳ βουλομένῳ τυραννεῖν καὶ Ἀθηναίοις ἀμυνομένοις αὐτὸν συνέστη πόλεμος . . . μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ἀνδροτίων καὶ Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.*

Cf. Phot. p. 592, 25 *τὸ ἀπὸ τῆς Παλληνίδος: τὸ φοβερόν, ἀπὸ τῆς ἐπὶ Παλληνίδι* (*ἐπὶ Παλληνίῳ* Andocid. de myst. 106. cf. Meier in ind. lect. Hal. aest. 1837 p. 6. *ἐπὶ Παλληνίδος* Polyaen. 1, 21. sc. *ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηνᾶς ἱερῷ* cf. Herod. 1, 62) *μάχης ἐν ᾗ ἡττήθησαν Ἀθηναῖοι.*

13. (350)

Schol. in Aristoph. Lysistr. 665 (*ἀλλ' ἄγετε λευκόποδες οἵπερ ἐπὶ Λειψύδριον ἤλθομεν*) *λυκόποδες: λυκόποδας ἐκάλουν, ὡς μὲν*

Ἀριστοτέλης, τοὺς τῶν τυράννων δορυφόρους· τοὺς γὰρ ἀκμάζοντας τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος φυλακῇ ἔλαβον (ita Suid. edd. post Kuesterum, codd. *ἔβαλλον* ut schol. et Apostol. 10, 91). *λυκόποδες δὲ ἐκαλοῦντο ὅτι διὰ παντὸς εἶχον τοὺς πόδας λύκων δέρμασι περικεκαλυμμένους ὥστε μὴ ἐπικαίεσθαι ἐκ τοῦ περιέχοντος. τινὲς δὲ λυκόποδας διὰ τὸ ἔχειν ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ἐπίσημον λύκον* (haec quae sine dubio apud Didymum et in commentario ad Aristoph. et in lexico comico indeque apud Diogenianum extabant, omisit Hesychius, retinuit alia quae ad scripturam Hermanni *λευκόποδες* spectantia hic inserenda sunt, s. *λυκόποδες· οἱ Ἀλκμαιωνίδαι· οἱ μέν τινες διὰ τὴν τῶν ποδῶν λευκότητα· ἦσαν γὰρ ἀεὶ ὑποδεδεμένοι* — corr. *ἀνυπόδητοι*, nisi ad alteram explicationem haec mutilata pertinent). *ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ἔφη τοὺς νῦν λεγομένους Ἀλκμαιωνίδας· οὗτοι γὰρ πόλεμον ἀράμενοι πρὸς Ἱππίαν τὸν τύραννον καὶ τοὺς Πεισιστρατίδας ἐτείχισαν* (eadem voce usus fuit in eadem re Herod. 5, 62) *τὸ Λειψύδριον* (haec inde a. v. *ὁ δὲ Ἀριστοφ.* om. cod. Rav.). — *Λειψύδριον: χωρίον τῆς Ἀττικῆς περὶ τὴν Πάρνηθον* (ita cod. Rav., alii *τὸ ὑπεράνω Πάρνηθος*, *ὑπὸ τὴν Πάρνηθον* Etym. M. *ὑπὲρ Πάρνηθος* Hesych. Suid. Apostol., *ὑπὲρ τῆς Σπάρτης* Eust. *Λειψύδριον τὸ ὑπὲρ Παιονίης τειχίσαντες* Herod. l. c.), *εἰς ὃ συνῆλθόν τινες τῶν* (ita Suid.) *ἐκ τοῦ ἄστεος* (i. e. Alcmaeonidae *ἅμα τοῖσι ἄλλοισι Ἀθηναίων φυγάσι* ut ait Herodotus l. c., eadem ille identidem formula usus *οἱ ἐκ τοῦ ἄστεος* 1, 62. 63), *ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.*

Praeter Suidam qui ex scholiis, Aristotelis nomine omisso, exscripsit eadem, et Apostol. prov. 10, 91 cf. Phot. s. v. *λυκόποδας: Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ· τοὺς πρὸς Ἱππίαν ἀγωνισαμένους ἐπὶ Λειψυδρίῳ ὡς γενναίους* (cf. Apostol.)*· ἔλεγον* (male corrigitur *ἔλαθον* in ed. Porson.) *γὰρ τοὺς δορυφόρους τῶν τυράννων διὰ τὸ κατειλεῖσθαι δέρμασι τοὺς πόδας καὶ λυκόποδας εἶναι· ἢ διὰ τὸ λύκον ἔχειν ἐπίσημον ἐπὶ ταῖς ἀσπίσιν ἀπὸ Διονυσίου* (corr. *Διονύσου*) *πρώτου.* cum quibus cohaerebant olim quae ex eodem auctore qui Aristotelem citaverat quemque reddiderat Aristophanis commentator in scholiis nostris excerptus, manaverunt in lexicorum et proverbiorum (*ἦν δὲ καὶ παροιμιαζομένη ἡ ἐπὶ Λειψ. μάχη*, ut ait Eust.) conditores s. *ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχη* (Etym. M. p. 361, 32. Suid., Eustath. in Il. *δ*, p. 461 Bas., Apostol. 7, 70 Leutsch.): *ἐπὶ τῶν ἀνδρείως ἀγωνιζομένων· τὸ δὲ Λειψύδριον χωρίον ἦν ὑπὸ τὴν Πάρνηθον ὃ ἐτείχισαν* (*μὲν* add. Ap.) *οἱ φυγάδες τῶν τυράννων ὧν* (ita Suid. et Eust., Et. M. *οὗ*, Ap. *οἱ δὲ*) *οἱ Ἀλκμαιωνίδαι προεστήκεσαν* (*προέστησαν* Ap.)*· ἐκπολιορκηθέντων δ' αὐτῶν ὑπὸ τῶν*

περὶ Πεισίστρατον, σκολιὸν εἰς αὐτοὺς ᾔδετο «αἰαῖ Λειψύδριον προδωσέταιρον, οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας μάχεσθ' ἀγαθούς γε (ita Leutsch, *μάχεσθαι ἀγ. τε* libri, *γε* Suid. codd. B. V., *μάχεσθαί τ' ἀγ.* Eust.) *καὶ εὐπατρίδας, ὁπότ'* (*οἳ τότ'* Athen., om. Eust.) *ἔδειξαν οἵων πατέρων ἔσαν* (*ἔασιν* Et. M., *κύρησαν* Athen.). quorum vestigia etiam apud Hesych. s. *Λειψύδριον: χωρίον τι ὑπὲρ Πάρνηθος ὃ ἐτείχιξεν Ἀλκμαίων.* scolium illud exhibetur inter alia multa apud Athenaeum XIV p. 695^{f}.

14. (351)

Schol. in Aristoph. Lysistr. 1153 (*οἱ Λάκωνες ... ἐλθόντες δορὶ πολλοὺς μὲν ἄνδρας Θετταλῶν ἀπώλεσαν, πολλοὺς δ' ἑταίρους Ἱππίου καὶ ξυμμάχους*): *Ἀριστοτέλης φησὶ μετὰ τὸν Ἱππάρχου θάνατον χρησμὸν γενέσθαι τοῖς Λάκωσιν καταλύειν τὴν τυραννίδα, τῆς Πυθίας, ὡς οἱ Ἀλκμαιωνίδαι ἐμισθώσαντο τὸν ἐν Δελφοῖς νεὼν οἰκοδομεῖν* (*τὸν νηὸν μισθοῦνται τὸν ἐν Δελφοῖσι ... ἐξοικοδομῆσαι* Her.), *συνεχῶς τοῦτο χρώσης αὐτοῖς μαντευομένοις, ἕως πρότερον μὲν Ἀγχιμόλιον* (*ἀγχίμολον* cod. Rav.) *ἔπεμψαν κατὰ θάλασσαν* (*πέμπουσι Ἀγχιμόλιον ... πέμπουσι δὲ τούτους κατὰ θάλασσαν πλοίοισι* Her.), *ἀποκρουσθέντος δὲ αὐτοῦ ὀργισθέντες οἱ Λάκωνες Κλεομένη τὸν βασιλέα σὺν μείζονι ἐξέπεμψαν στόλῳ* (*μέζω στόλον στείλαντες ἀπέπεμψαν ... κατ' ἤπειρον* Her.), *καὶ νικήσας τοὺς Θετταλοὺς εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ἀττικὴν* (*τοῖσι δὲ ἐσβαλοῦσι ἐς τὴν Ἀττικὴν χώρην* etc. Her.) *καὶ τὸν Ἱππίαν συνέκλεισεν εἰς τὸ Πελασγικὸν* (*πελαργικὸν* cod. Rav.) *τεῖχος* (*ἐπολιόρκεε τοὺς τυράννους ἀπεργμένους ἐν τῷ Πελασγικῷ τείχει* Her.), *ἕως οἱ παῖδες τῶν τυράννων ἐξιόντες ἑάλωσαν* (*ὑπεκτιθέμενοι γὰρ ἔξω τῆς χώρης οἱ παῖδες τῶν Πεισιστρατιδέων ἥλωσαν* Her.).

Eadem haec uberius narrantur ab Herodoto (5, 62—65) *ὡς οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσιν* (c. 63 in.), et licet neque Atthidum scriptores dissensisse credam (cf. de templo Delphico Philoch. ap. schol. Pind. Pyth. 7, 9 p. 392 Boeckh.), ipsius tamen Herodoti in Pisistratidarum historia Pseudaristotelem vestigia pressisse verborum consensus et in hoc fragmento et in superiori vel nunc conspicuus ostendit.

15. (352)

Schol. in Aristoph. vesp. 502 *εἰ τὴν Ἱππίου καθίσταμαι τυραννίδα: ἀντὶ τοῦ ... ἄλλως. χαλεπὴ γὰρ ἡ Ἱππίου τυραννὶς ἐδόκει γεγονέναι, πολὺ τῆς τοῦ πατρὸς Πεισιστράτου χείρων. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν Λυσιστράτῃ* (cf. schol. ad Lys. 619). *εἰκότως δὲ τεσσάρων ὄντων κατ' ἐνίους τῶν Πεισιστρατιδῶν τὸν Ἱππίαν παρέλαβεν· πρεσβύτατος*

γὰρ ἦν αὐτὸς καὶ τὴν τυραννίδα εἶχε, καθὰ καὶ Θουκυδίδης φησί (1, 20. 6, 54—59). *δοκεῖ δὲ ἡ τυραννὶς καταστῆναι, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης, ἐπὶ ἔτη ν̄* (ita quoque verus Aristoteles in polit. 5, 12 p. 1315ᵇ31, qui 51 annos numerat, ipsius Pisistrati 33 et 18 filiorum), *τοῦ ἀκριβοῦς διαμαρτάνων, Ἀριστοτέλους* (ita Bentley, codd. *Ἀριστοφάνους*) *μὲν τεσσαράκοντα καὶ ἓν φήσαντος* (sicut Isocrates or. 16, 26 *τετταράκοντα δ' ἔτη τῆς στάσεως γενομένης. νᾱ* cum Meursio emendare voluit Bournot p. 271, ut ipsum hoc sit Aristotelis testimonium in polit. 5, 12), *Ἡροδότου δὲ* (5, 65) *ἓξ καὶ τριάκοντα.*

Haec ex eodem Aristotele, quem de eadem re etiam in comm. ad Acharn. et Lysistr. citaverit, Didymum attulisse cum Dindorfio censeo nec qui contra stetit Schneidewin (ad Heraclid. polit. p. 38) pro Aristophanis nomine, quod corruptum et ipse voluit, aliud quod magis conveniret in promptu habuit. de ipso Pisistrato vulgatum 33 annorum numerum praebent etiam exc. Heraclid. p. 4, 12.

16. (353)

Harpocr. s. *ναυκραρικά*: *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους* (11) ... *ναυκράρους γὰρ τὸ παλαιὸν τοὺς ἄρχοντας ἔλεγον, ὡς καὶ ἐν τῇ ε̄* (5, 71) *δηλοῖ. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ* (*περὶ Κλεισθένους* add. schol. nub. 37, ubi Harpocrationis duorum locorum verba et inter se et cum aliis coniuncta in scholia recentiora recepta sunt p. 82, 30—37 ed. Par.) *φησὶ «κατέστησε καὶ* (ita sch., Harp. *κατέστησαν δὲ*) *δημάρχους τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον ναυκράροις· καὶ γὰρ τοὺς δήμους ἀντὶ τῶν ναυκραριῶν ἐποίησε* (ita sch., Harp. *δημίους* vel sec. cod. A *δημαίους ἀντὶ τῶν ναυκράρων ἐποίησαν*).

Idem Aristotelis testimonium quod ex Didymi in Demosthenem commentario hoc loco petitum esse patet, apud eundem Harpocrationem (e quo eadem Eudocia p. 108) tangitur s. *δήμαρχος*: *Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μόσχον. ἄρχων τις ἦν ὁ δήμαρχος· οὗτοι δὲ τὰς ἀπογραφὰς ἐποιοῦντο τῶν ἐν* (ita cod. Darmstad. sec. Acta Monac. 3, 247 et Eudocia. pro *ἐν*, quod codd. vulgo omittunt, etiam Vind., additur *προσόντων* in codd. D. E et Suida qui Harp. repetit) *ἑκάστῳ δήμῳ χωρίων. ἔτι δὲ καὶ τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα παρὰ τούτοις ἦν καὶ συνῆγον τοὺς δήμους ὁπότε δεήσειεν καὶ ψῆφον αὐτοῖς ἐδίδοσαν. τούτους δέ φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ ὑπὸ Κλεισθένους κατασταθῆναι τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον ναυκράροις. ὅτι δὲ ἠνεχυρίαζον οἱ δήμαρχοι δηλοῖ Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις.*

quae de munere demarchorum et hic et in lexicis (cf. Hesych., Etym. M., Lex. rhet. Seg. s. v. p. 237, 8. 242, 16 et supra ad fr. 7. Boeckh Staatsh. I, 664) feruntur, etsi fortasse ad Aristotelem, ad hunc certe historiae (cf. Herod. 5, 69) locum non pertinent.

17. (354)

Plut. Themist. c. 10: *κρατήσας δὲ τῇ γνώμῃ (ὁ Θεμιστοκλῆς) ψήφισμα γράφει, τὴν μὲν πόλιν παρακαταθέσθαι τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἀθηνάων μεδεούσῃ, τοὺς δ' ἐν ἡλικίᾳ πάντας ἐμβαίνειν εἰς τὰς τριήρεις, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας καὶ ἀνδράποδα σώζειν ἕκαστον ὡς δυνατόν ... οὐκ ὄντων δὲ δημοσίων χρημάτων τοῖς Ἀθηναίοις Ἀριστοτέλης μέν φησι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν πορίσασαν ὀκτὼ δραχμὰς ἑκάστῳ τῶν στρατευομένων αἰτιωτάτην γενέσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰς τριήρεις· Κλείδημος δὲ καὶ τοῦτο Θεμιστοκλέους ποιεῖται στρατήγημα ... ἐκπλεούσης δὲ τῆς πόλεως τοῖς μὲν οἶκτον τὸ θέαμα, τοῖς δὲ θαῦμα τῆς τόλμης παρεῖχε γενεὰς* (ita Sintenis, codd. *γονέας*) *μὲν ἄλλῃ προπεμπόντων, αὐτῶν δ' ἀκάμπτων πρὸς οἰμωγὰς καὶ δάκρυα γονέων καὶ περιβολὰς διαπερώντων εἰς τὴν νῆσον. καίτοι πολλοὶ μὲν διὰ γῆρας ἀπολιμπανόμενοι τῶν πολιτῶν ἔλεον εἶχον· ἦν δέ τις καὶ ἀπὸ τῶν ἡμέρων καὶ συντρόφων ζώων ἐπικλῶσα γλυκυθυμία μετ' ὠρυγῆς καὶ πόθου συμπαραθεόντων ἐμβαίνουσι τοῖς ἑαυτῶν τροφεῦσι. ἐν οἷς ἱστορεῖται κύων Ξανθίππου τοῦ Περικλέους πατρὸς οὐκ ἀνασχόμενος τὴν ἀπ' αὐτοῦ μόνωσιν ἐναλέσθαι τῇ θαλάττῃ καὶ τῇ τριήρει παρανηχόμενος ἐμπεσεῖν εἰς τὴν Σαλαμῖνα καὶ λειποθυμήσας ἀποθανεῖν εὐθύς· οὗ καὶ τὸ δεικνύμενον ἄχρι νῦν καὶ καλούμενον Κυνὸς σῆμα τάφον εἶναι λέγουσι* (cf. Plut. Caton. 5: *κύνας δὲ συντρόφους γενομένους καὶ συνήθεις ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ Ξάνθιππος ὁ παλαιὸς τὸν εἰς Σαλαμῖνα τῇ τριήρει παρανηξάμενον ὅτε τὴν πόλιν ὁ δῆμος ἐξέλιπεν, ἐπὶ τῆς ἄκρας ἐκήδευσεν ἣν Κυνὸς σῆμα μέχρι νῦν καλοῦσιν*). quae ex eodem ut superiora Aristotele nominum propriorum (*Κυνὸς σῆμα*) sicut proverbiorum alibi explicationes politicas grammaticasque grammatico studio minutias indagante testatur afferri Aelianus de nat. an. 12, 35 (e quo Tzetzes chil. 4, 182 cf. Asclepiades ibid. 4, 198 ap. Müller. Fr. hist. III, 305): *πέπυσμαι δὲ πρὸς τοῖς ἤδη μοι προειρημένοις κύνας γενέσθαι φιλοδεσπότους, ὡς Ξανθίππου τοῦ Ἀρίφρονος· μετοικιζομένων γὰρ τῶν Ἀθηναίων εἰς τὰς ναῦς ἡνίκα τοῦ χρόνου ὁ Πέρσης τὸν μέγαν πόλεμον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐξῆψε καὶ ἔλεγον οἱ χρησμοὶ λῷον εἶναι τοῖς Ἀθηναίοις τὴν μὲν πατρίδα ἀπολιπεῖν, ἐπιβῆναι δὲ τῶν τριήρων, οὐδὲ οἱ κύνες τοῦ προειρημένου ἀπελείφθησαν, ἀλλὰ συμμετῳ-*

κίσαντο τῷ Ξανθίππῳ καὶ διανηξάμενοι ἐς τὴν Σαλαμῖνα ἀπέσβησαν (ita propos. Iacobs ad Ael. II, 431. codd. *ἀπέβησαν. ἀπέπνευσαν* voluit Siebelis ad Philoch. fr. p. 48). *λέγετον δὲ ἄρα ταῦτα Ἀριστοτέλης καὶ Φιλόχορος.*

18. (355)

Harpocr. s. *ἑλληνοταμίαι: Ἀνδοκίδης ἐν τῷ περὶ εἰρήνης* (§. 38) *εἰ γνήσιος. ὅτι ἀρχή τις ἦν οἱ ἑλληνοταμίαι οἳ διεχείριζόν τινα* (codd. *τὰ* nisi fuit *τὰ κοινὰ χρ.* cf. lexica s. v.) *χρήματα, καὶ Ἀριστοτέλης δηλοῖ ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. μνημονεύει δὲ καὶ Θουκυδίδης αὐτῶν ἐν ᾱ* (1, 96).

Hunc magistratum in Aristidis et societatis Atheniensis historia commemoravisse Aristotelem (v. fr. 62 Müll.), sicut commemoravit Thucydides (l. c.), non autem in magistratuum descriptione, vel inde probatur quod post Euclidem ille non restitutus est (cf. Boeckh Staatsh. I, 242. 246).

19. (356)

Plutarch. Cimon. c. 10: *ἤδη δ' εὐπορῶν ὁ Κίμων ἐφόδια τῆς στρατιᾶς, ἃ καλῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἔδοξεν ὠφελῆσθαι, κάλλιον ἀνήλισκεν εἰς τοὺς πολίτας. τῶν τε γὰρ ἀγρῶν τοὺς φραγμοὺς ἀφεῖλεν, ἵνα καὶ τοῖς ξένοις καὶ τῶν πολιτῶν τοῖς δεομένοις ἀδεῶς ὑπάρχῃ λαμβάνειν τῆς ὀπώρας* (cf. Plut. Pericl. 9: *ὅπως ὀπωρίζωσιν οἱ βουλόμενοι* et ipsius Theopompi verba *ὅπως οἱ βουλόμενοι τῶν πολιτῶν εἰσιόντες ὀπωρίζωνται*), *καὶ δεῖπνον οἴκοι παρ' αὐτῷ λιτὸν μὲν ἀρκοῦν δὲ πολλοῖς* (Theop. *καὶ δεῖπνον ἀεὶ εὐτελὲς παρασκευάζεσθαι πολλοῖς ἀνθρώποις*) *ἐποιεῖτο καθ' ἡμέραν, ἐφ' ὃ τῶν πενήτων ὁ βουλόμενος εἰςῄει καὶ διατροφὴν εἶχεν ἀπράγμονα μόνοις τοῖς δημοσίοις σχολάζων. ὡς δ' Ἀριστοτέλης φησίν, οὐχ ἁπάντων Ἀθηναίων ἀλλὰ τῶν δημοτῶν αὐτοῦ Λακιαδῶν παρεσκευάζετο τῷ βουλομένῳ τὸ δεῖπνον. αὐτῷ δὲ νεανίσκοι παρείποντο ...*

Cum Aristotele facit etiam Theophrastus apud Cic. de off. 2, 18 (*Th. quidem scribit Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. ita enim instituisse et villicis imperavisse ut omnia praeberentur, quicunque Laciades in villam suam devertisset*). altera autem cui haec opponitur sententia, immo iactantia, Theopompi fuit (e Philippicorum libro X, cuius ipsa verba affert Athen. XII, 533 = Theop. fr. 94 Müll.), nimium quidem illius ut Themistocli democratiae fautori detrahentis ita Cimonis contrariae parti addicti popularem tamen liberalitatem augentis. qua de re quum eadem verba in vita Periclis (c. 9) Plutar-

chus repetat, omnem istum sermonem Pericli inimicum, cui Aristotelis mentio in fr. 20 exhibita a Plutarcho inseritur, e Theopompo ductum esse (inde a verbis c. 9 v. 3 Sint. *ἄλλοι δὲ πολλοὶ πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φασὶ τὸν δῆμον* etc.) perspicitur. atque in hoc etiam vitae Cimonis loco ad Aristotelem nihil pertinere nisi ipsius opinionis dissentientis notitiam a Plutarcho Theopompeis insertam quae et praecedant et sequantur (v. 11—16 Sint.), fragmentum probat ab Athenaeo servatum, cui ex eodem fonte eodemque rerum tenore de Cimonis liberalitate agens consentit Nepos (Cim. 4). clarissimus enim erat demagogorum adversarii decimus ille de demagogis Atticis liber, ex quo omnis illa apud Nepotem vita Cimonis pendet quamvis exilis: nam praeter c. 4 non solum in c. 1, ubi de Elpinice (cf. Plut. Cim. c. 4 v. 41—47: *εἰσὶ δ' οἵ* etc.) Theopompi Cimonem defendentis vestigia deprehenduntur, sed quum de exilio c. 3 et cum ipso Theopompo (fr. 92 Müll. ap. schol. in Aristid. t. II p. 284) et cum Plut. Cim. 17—18 et Pericl. 10 et in argumento et ipsis passim verbis consentiat, vel illa quibus apud Plutarchum post c. 9 vita Periclis continuatur (c. 10, v. 1—19) ex eodem fonte Theopompo sumta esse probantur. Heraclides autem in politiis utrum Theopompum secutus sit, cui opinioni favent ut plurimum quae nunc eius restant verba Theopompeis simillima, an Aristotelem (*ἐξ ὧν πολλούς* i. e. aut *τοὺς δεομένους* aut *τοὺς Λακιάδας* cf. Schneidewin ad Her. p. 40) an sicut Plutarchus utramque sententiam posuerit, in tanta tamque libidinosa excerptoris Byzantini brevitate atque temeritate diiudicari nequit. sunt autem eius haec verba: *(Κίμων) τοὺς ἰδίους ἀγροὺς ὀπωρίζειν παρεῖχε τοῖς βουλομένοις, ἐξ' ὧν πολλοὺς ἐδείπνιζεν.*

20. (357)

Plutarch. Pericl. c. 4: *διδάσκαλον δ' αὐτοῦ* (Periclis) *τῶν μουσικῶν οἱ πλεῖστοι Δάμωνα γενέσθαι λέγουσιν, οὗ φασὶ δεῖν τοὔνομα βραχύνοντας τὴν προτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν. Ἀριστοτέλης δὲ παρὰ Πυθοκλείδῃ μουσικὴν διαπονηθῆναι τὸν ἄνδρα φησίν. ὁ δὲ Δάμων ...*

21. (358)

Plutarch. Pericl. c. 9: *ἐπεὶ δὲ Θουκυδίδης ... ἄλλοι δὲ πολλοὶ πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φασὶ τὸν δῆμον ἐπὶ κληρουχίας καὶ θεωρικὰ καὶ μισθῶν διανομὰς προαχθῆναι κακῶς ἐθισθέντα καὶ γενόμενον πολυτελῆ καὶ ἀκόλαστον ὑπὸ τῶν τότε πολιτευμάτων ἀντὶ σώφρονος καὶ αὐτουργοῦ, θεωρείσθω διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἡ αἰτία τῆς μεταβολῆς. ἐν ἀρχῇ μὲν γάρ, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τὴν Κίμωνος δόξαν*

ἀντιταττόμενος ὑπεποιεῖτο τὸν δῆμον, ἐλαττούμενος δὲ πλούτῳ καὶ χρήμασιν, ἀφ' ὧν ἐκεῖνος ἀνελάμβανε τοὺς πένητας, δεῖπνόν τε καθ' ἡμέραν τῷ δεομένῳ παρέχων Ἀθηναίων καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἀμφιεννύων τῶν τε χωρίων τοὺς φραγμοὺς ἀφαιρῶν ὅπως ὀπωρίζωσιν οἱ βουλόμενοι, τούτοις ὁ Περικλῆς καταδημαγωγούμενος τρέπεται πρὸς τὴν τῶν δημοσίων διανομήν, συμβουλεύσαντος αὐτῷ Δημωνίδου τοῦ Οἴηθεν, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστόρηκε. καὶ ταχὺ θεωρικοῖς καὶ δικαστικοῖς λήμμασιν ἄλλαις τε μισθοφοραῖς καὶ χορηγίαις συνδεκάσας τὸ πλῆθος ἐχρῆτο κατὰ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς ... ὥστε τὴν μὲν ἀφαιρεθῆναι τὰς πλείστας κρίσεις δι' Ἐφιάλτου, Κίμωνα δ' ὡς φιλολάκωνα καὶ μισόδημον ἐξοστρακισθῆναι.

Theopompea haec esse quibus brevis (ut in fr. 19 et 20) inserta Aristotelis notitia, modo dixi ad fr. 19. Aristotelis enim in omni hoc loco nihil est nisi illud: *συμβουλεύσαντος αὐτῷ Δημωνίδου τοῦ Οἴηθεν.*

22. (359)

Argum. Isocrat. Areopagit. (ex prolegomenis christiani cuiusdam Isocratis et parum docti commentatoris sexti ut videtur p. Chr. seculi cf. e. g. p. 108, 12 *ὡς σὺν θεῷ μαθησόμεθα* quae Olympiodori et Davidis aetatem sapiunt) apud Schol. in Aeschinem et Isocr. ed. Guil. Dindorf. Oxon. 1852. p. 111: *Ἐφιάλτης τις καὶ Θεμιστοκλῆς* (immo Pericles) *χρεωστοῦντες τῇ πόλει χρήματα καὶ εἰδότες ὅτι ἐὰν δικασθῶσιν οἱ Ἀρεοπαγῖται πάντως ἀποδώσουσι, καταλῦσαι αὐτοὺς ἔπεισαν τὴν πόλιν, οὕτως οὔπως τινὸς μέλλοντος κριθῆναι. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης λέγει ἐν τῇ πολιτείᾳ τῶν Ἀθηναίων ὅτι καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς* (Pericles) *αἴτιος ἦν μὴ πάντα* (*πάντως* cod. Mustoxydis) *δικάζειν τοὺς Ἀρεοπαγίτας· δῆθεν μὲν ὡς δι' αὐτοὺς τοῦτο ποιοῦντες, τὸ δ' ἀληθὲς διὰ τοῦτο πάντα κατασκευάζοντες. εἶτα οἱ Ἀθηναῖοι ἀσμένως ἀκούσαντες τῆς τοιαύτης συμβουλῆς κατέλυσαν αὐτούς.*

Themistoclis nomen commentatoris errore irrepsisse pro Pericle, vidit Andr. Mustoxydes (*Συλλογὴ Ἑλληνικῶν ἀνεκδότων*, fasc. I. Ven. 1816. p. 7 hypothesium = p. 31). ceterum oligarchorum has calumnias (cf. Diod. XI, 77) ex Ephialtis paupertate (Aelian. var. hist. 2, 43) ductas Theopompo et ipsas deberi prompta est legentis coniectura.

23. (360)

Plutarch. Pericl. c. 10: *Ἐφιάλτην μὲν οὖν φοβερὸν ὄντα τοῖς ὀλιγαρχικοῖς καὶ περὶ τὰς εὐθύνας καὶ διώξεις τῶν τὸν δῆμον ἀδικούντων ἀπαραίτητον ἐπιβουλεύσαντες οἱ ἐχθροὶ δι' Ἀριστοδίκου τοῦ Ταναγρικοῦ κρυφαίως ἀνεῖλον, ὡς Ἀριστοτέλης εἴρηκεν.*

Contra Antiphon de caede Herod. 68: *αὐτίκα Ἐφιάλτην τὸν ὑμέτερον πολίτην οὐδέπω νῦν εὕρηνται οἱ ἀποκτείναντες* (cf. Diod. XI, 77).

24. (361)

Schol. (historicorum et comicorum testimoniis de Hyperbolo et Cleone demagogis refertum, quod e commentariis Aristophanicis collectum videtur, cf. schol. vesp. 1007, pac. 681. 692 de Hyperbolo) in Lucian. Tim. 30 p. 47 ed. Iacobitz (cod. Voss. et Paris.): *ἐπέστη δὲ (Κλέων) καὶ τῇ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνῃ, ὡς Φιλόχορος* (cf. Philoch. ap. schol. Ar. pac. 665) *καὶ Ἀριστοφάνης προσθεὶς ἄρχοντα Εὔθυνον* (Ol. 88, 3). *Ἀριστοτέλης δὲ καὶ περιζωσάμενον αὐτὸν λέγει δημηγορῆσαι, εἰς τὴν θρασύτητα αὐτοῦ ἀποσκώπτων* etc. (cf. Schol. in Aeschin. c. Tim. 25 p. 14, 11 Dind.: *λέγεται δὲ Κλέων ὁ δημαγωγὸς παραβὰς τὸ ἐξ ἔθους σχῆμα περιζωσάμενος δημηγορῆσαι*: debebat scil. *ἐντὸς τὴν χεῖρα ἔχειν*, de quo Aesch. l. c.).

Aristophanis et Aristotelis nomina hic inter se commutata esse vidit Hemsterhusius (in ed. Amst. 1743 t. I p. 144). licet enim, ut contra dixit Car. Müller (ad Ar. fr. 70[a]), parile sit fragmentum de Cleophonte sequens (26), comici tamen esse *ἀποσκώπτων* illud (cf. etiam Schol. p. 46 de Polyzelo), non philosophi certissimum est. corrigas igitur cum Hemsterhusio: *ὡς Φιλόχορος προσθεὶς* (pro annalium instituto) *ἄρχοντα Εὔθυνον* (de anno v. Hemst.) *καὶ Ἀριστοτέλης. Ἀριστοφάνης δὲ καὶ περιζ.* etc.

25. (362)

Plutarch. Nic. c. 2: *ἔνεστιν οὖν περὶ Νικίου πρῶτον εἰπεῖν ὃ γέγραφεν Ἀριστοτέλης, ὅτι τρεῖς ἐγένοντο βέλτιστοι τῶν πολιτῶν καὶ πατρικὴν ἔχοντες εὔνοιαν καὶ φιλίαν πρὸς τὸν δῆμον, Νικίας ὁ Νικηράτου καὶ Θουκιδίδης ὁ Μελησίου καὶ Θηραμένης ὁ Ἅγνωνος.*

Quorum ultimus sine dubio Theramenes talis iudicii occasionem auctori dedit.

26. (363)

Schol. in Aristoph. ran. 1532 *Κλεοφῶν δὲ μαχέσθω*: *παρόσον, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, μετὰ τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίαν Λακεδαιμονίων βουλομένων ἐκ Δεκελείας ἀπιέναι ἐφ᾽ οἷς ἔχουσιν ἑκάτεροι καὶ εἰρήνην ἄγειν ἐπὶ τοῦ Καλλίου* (Ol. 93, 3), *Κλεοφῶν ἔπεισε τὸν δῆμον μὴ προσδέξασθαι ἐλθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν μεθύων καὶ θώρακα ἐνδεδυκώς, οὐ φάσκων ἐπιτρέψειν ἐὰν μὴ πάσας ἀφῶσι τὰς πόλεις οἱ Λακεδαιμόνιοι.*

27. (364)

Harpocr. (e Didymo) s. *δεκάζων*: *Ἰσοκράτης περὶ τῆς εἰρήνης* (50) ... *Ἐρατοσθένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας πόθεν τὸ πρᾶγμα εἴρηται δηλοῖ* (cf. schol. vesp. 389) ... *Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ Ἄνυτόν φησι καταδεῖξαι τὸ δεκάζειν τὰ δικαστήρια.*

Ex eodem fonte similia ap. lex. rhet. Seg. s. v., ubi p. 236, 6 (Etym. M. p. 254, 31): *πρῶτος δ' ἐδόκει δεκάσαι Μέλητος* (corr. *Ἄνυτος*) *τὰς εὐθύνας διδοὺς τῆς ἐν Πύλῳ στρατηγίας ἣν κακῶς ἐστρατήγησεν.* cf. Diod. 13, 64 (*καὶ πρῶτος Ἀθηναίων δοκεῖ δικαστήριον δωροδοκῆσαι*).

28. (365)

Harpocr. (ex quo Phot. et Suid., Aristotelis tamen nomine neglecto) s. *τετρακόσιοι*: *Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τῆς μεταστάσεως. οἱ τετρακόσιοι πρὸ ἑπτὰ ἐτῶν κατέστησαν τῶν τριάκοντα τυράννων παρ' Ἀθηναίοις, οἵτινες τέτταρας μῆνας ἦρξαν τῆς πόλεως, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.*

29. (366)

Schol. in Aristoph. vesp. 157 (e Didymo) *Δρακοντίδης*: *πονηρὸς οὗτος καὶ πλείσταις καταδίκαις ἐνεχόμενος, ὡς Πλάτων Σοφισταῖς. Καλλίστρατος δὲ ἕνα τῶν τριάκοντά φησιν, εἰ μὴ ὁμώνυμος· ἔστι γὰρ οὗτος ὁ τὸ περὶ τῶν τριάκοντα ψήφισμα περὶ ὀλιγαρχίας γράψας, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν πολιτείαις* (cf. Lys. contra Eratosth. 73).

30. (367)

Pollux onomast. (ed. I. Bekker, Berol. 1846) 8, 85—87: *ἀρχόντων δὲ τῶν Ἀθήνησιν ὀνόματα οἱ ἐννέα ἄρχοντες. εἰσὶ δὲ ἄρχων, βασιλεύς, πολέμαρχος καὶ θεσμοθέται ἕξ· ἐκ τούτων γὰρ οἱ ἐννέα συμπληροῦνται.* (hic add. Synag. lex. Seg. p. 449, 17 Bekk. = Suid. cf. schol. Plat. Phaedr. p. 313.) *ἐκαλεῖτο δέ τις θεσμοθετῶν ἀνάκρισις* (fr. 31), *εἰ Ἀθηναῖοί εἰσιν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας* (fr. 32) *καὶ τὸν δῆμον πόθεν καὶ εἰ Ἀπόλλων ἔστιν αὐτοῖς πατρῷος* (cf. fr. 1) *καὶ Ζεὺς ἕρκειος καὶ εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσι καὶ εἰ ἐστράτευνται ὑπὲρ τῆς πατρίδος καὶ εἰ τὸ τίμημα ἔστιν αὐτοῖς. ἐπηρώτα δ' ἡ βουλή, ὤμνυον* (fr. 33) *δ' οὗτοι πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ, ἐπὶ τοῦ λίθου ὑφ' ᾧ τὰ ταμιεῖα, συμφυλάξειν τοὺς νόμους καὶ μὴ δωροδοκήσειν, ἢ χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀποτῖσαι. εἶτα ἐντεῦθεν εἰς ἀκρόπολιν ἀνελθόντες ὤμνυον ταὐτά. μυρρίνῃ δ' ἐστεφάνωντο* (cf. schol. Aeschin. p. 11, 26 Dind. Hes. et Phot.

s. *μύρρινος*, schol. Aristoph. ran. 330, vesp. 861), *καὶ κοινῇ μὲν ἔχουσιν ἐξουσίαν θανάτου ἐάν τις κατίῃ ὅποι μὴ ἔξεστι* (cf. Poll. 8, 50), *καὶ κληροῦν δικαστάς, καὶ ἀθλοθέτας* (cf. Poll. 8, 93) *ἕνα κατὰ φυλὴν ἑκάστην καὶ στρατηγοὺς χειροτονεῖν ἐξ ἁπάντων, καὶ καθ' ἑκάστην πρυτανείαν ἐπερωτᾶν εἰ δοκεῖ καλῶς ἄρχειν ἕκαστος, τὸν δ' ἀποχειροτονηθέντα κρίνουσιν, καὶ ἱππάρχους δύο καὶ φυλάρχους δέκα καὶ ταξιάρχους δέκα* (haec male transposita sunt. cf. fr. 45—48). *καὶ κοινῇ μὲν ταῦτα.*

Archontum Atticorum munerumque quae et omnium essent communiter et singulorum recensionem, qua apud Pollucem (8, 85—91) excursus ille (de quo supra ad fr. 9) introducitur de magistratibus Atticis, eam uni Aristoteli deberi totam, licet ita ab auctore quo Pollux usus est in brevius contractam ut praeter alia causarum definitiones ab Aristotele additae omissae sint, id si lexicographorum verba passim consimilia atque eodem rerum ordine prolata (fr. 35. 39. 42. 44) maximeque Harpocrationem comparaveris qui Didymum fere sequitur, facile concesseris. neque alium puto auctorem Aristotelea illa lexicis tradidisse quam ipsum illum Didymum, cuius laboriosa diligentia lexicographis eisque qui in scriptores per secula Christiana praecipue lectitatos ederent commentarios, principali erat fundamento, vel nobis illa in lexicis Byzantinis scholiisque ex commentariis variorum postea collectis atque in unum librum conscriptis ex minima quadam parte conservata. neque obstat quod nunquam neque ille diserto testimonio a Polluce citatur neque qui ex eius thesauris lexica sua excerpserunt (Pamphilum enim a Polluce exscribi puto, non ipsum Didymum, cf. e. g. Pamph. ap. Athen. XI, 496ª s. *πλημοχόη* = Poll. 10, 73). est enim fere labentis eruditionis ea consuetudo et apud veteres inde a primo post Chr. seculo et medio aevo late patens, ut quo scriptore quasi quodam fundamento omnis opera superstructa est, hunc vix vel raro commemorent, describant vero cum ipsis rebus etiam nomina auctorum quibus ille usus sit, falsa propriae lectionis specie iudices parum litteratos decipientes. id quod et in Pollucem cadit et in Harpocrationem et plerosque inde ab ea aetate omnes (cf. de Diogene Laertio V. Rose de libr. Aristot. p. 40) neque omnino est cuius propria diligentia minor, maior doctrinae vana species fuerit quam Athenaeus, qui et Didymo et Pamphilo abutitur. omnis enim vera veterum grammaticorum eruditio Didymi aetate atque in ipso maxime Didymo finitur, ultra quem in fontium indagatione non facile ascenditur, ad quem ubique ducimur. qua de causa Pollucis illum de novem archontibus locum ita exscripsi ut singulis capitibus fragmenta Aristotelica subiicerem cum ipso auctoris nomine aliunde

tradita servaremque in ordinandis illis eum quem Pollux rerum ordinem. ultra vero Pollucis auctoritatem quominus sequar, eius ipsa doctrinae ratione impedior qua non ipse antiquis illis quos passim significat auctoribus usus est, sed paucis et recentibus, maximeque lexicis variorum testimonia componentibus: in quibus quidem non unicum, at praecipuum de omni hoc magistratuum Atticorum loco fontem Aristotelem fuisse, ut fuit Didymo, manifestum est.

31. (368)

Lex. rhetor. fragm. Cantabrig. (post Phot. ed. Oxon.) p. 670, 14 (p. 17 ed. Meier) *θεσμοθετῶν ἀνάκρισις*: *κατὰ Ἀριστοτέλην οἱ θεσμοθέται ἐκ τῶν θ̄ ἀρχόντων, αὐτοὶ ἓξ ὄντες. οἱ δὲ λαχόντες ὑπὸ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων καὶ τοῦ δικαστηρίου* (cf. Dem. 20, 90) *δοκιμάζονται, πλὴν* (ita cod. an *παρὰ*?) *τοῦ γραμματέως ἐρωτώμενοι τίνες αὐτῶν πατέρες, ὁμοίως καὶ δήμων τίνων εἰσί, καὶ εἰ ἔστιν αὐτοῖς Ἀπόλλων πατρῷος* (cf. Eudoc. p. 331) *καὶ Ζεὺς ἕρκειος* (Dinarchi *εἰ τὰ ἱερὰ πατρῷα ἔστιν.* ubi non scribendum est *ἠρία* i. e. *μνήματα, τάφοι*, ut in Demosth. 57, 67. cf. Schoemann ad Isaeum p. 222), *καὶ εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσι* (cf. Xen. mem. 2, 2, 13), *καὶ εἰ τὰ τέλη τελοῦσι, καὶ εἰ τὰς ὑπὲρ τῆς πατρίδος στρατείας ἐστρατεύσαντο. πάντα οὖν* [*ταῦτα* add. Meier] *ἀνάκρισιν εὐλόγως ὠνόμασαν.*

Aristoteles igitur praesentem reipublicae formam describens hic quoque ut in ceteris fragmentis praesenti tempore usus deprehenditur: quod a Polluce et grammaticis ad propriam aetatem respicientibus facile delebatur (cf. fr. 33). abest tamen ab his *τριγονία* illa Pollucis Solonea nec nisi in patrem inquiritur, sicut par erat (cf. Dem. 59, 92. Lys. 24, 13) post Aristidem (cf. Demosth. 57, 67: *ὥσπερ γὰρ τοὺς θεσμοθέτας ἀνακρίνετ', ἐγὼ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐμαυτὸν ὑμῖν ἀνακρίνω. ὦ ἄνθρωπε, τίς ἦν σοι πατήρ;* etc. v. 67—70). nihilo minus in utroque et Pollucis et lexici rhet. loco manet *τὸ τίμημα* (Plut. Aristid. 1) et *τὰ τέλη τελεῖν* (*τὸ εἰσφέρειν ἐκ τῶν ἰδίων*, ut Dinarchus, sc. secundum *τίμημα* illud), quod repetitur etiam a Dinarcho (contra Aristog. 17), qui eandem fere formulam commemorat quasi ad omnium magistratuum probationem pertinentem (cf. etiam Isaei locum supra in fr. 8 appositum). sequitur igitur ut haec aut formulae magis quam rei fuisse credenda sint (cf. Boeckh, Staatsh. I, 660), aut reipublicae in pristinam Solonis formam magis aristocraticam restitutae, qualem Demetrii Phalerei tempore et postea obtinuisse consentaneum est. nisi forte temporum mutatorum rationem habens utrumque *ἀνακρίσεως* modum auctor posuit (addens fere ut Theophrastus ap. Har-

pocr. s. *Ἄρδηττος . . . ὡς κατελέλυτο τὸ ἔθος τοῦτο*. cf. Philochorus in lex. rhet. Cant. p. 675, 25).

32. (369)

Poll. 3, 17: *ὁ δὲ πάππου ἢ τήθης πατὴρ πρόπαππος, ὡς Ἰσοκράτης, τάχα δ' ἂν τοῦτον τριτοπάτορα Ἀριστοτέλης καλοῖ.*

Cf. fr. 30, ubi ab archontibus quaeritur *εἰ Ἀθηναῖοί εἰσιν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας* i. e. ita ut iam ipsi *τριτοπάτορες* sive *πρόπαπποι* fuerint Athenienses. cf. Lex. rhet. Seg. p. 307, 16 *τριτοπάτορες: οἱ μὲν τοὺς πρώτους ἀρχηγέτας* (v. Phot. s. v. p. 604, 4. 605, 9), *οἱ δὲ τρίτους ἀπὸ τοῦ πατρὸς ὅπερ ἐστὶ προπάππους* (cf. Hesych. s. v.). unde in lexicis quoque (Didymi et qui sequuntur) s. v. *τριτοπ.* praeter Atthidum scriptores Aristotelem olim citatum fuisse credideris. itaque minus iam probabilis erit sententia Bournoti p. 276 ad Aristophanis *συγγενικά* haec referentis. ceterum nihil differt quam falsam sine causa dicit C. F. Hermann (Griech. Staatsalterth. §. 148, 5 ed. III) *τετραγονία* illa Asclepiadarum Aristidis (or. 7, p. 72 Dind.), quae cum tribus patribus filium quartum comprehendens archontum nobilitati comparatur: *ὥσπερ γὰρ οἱ θεσμοθέται διὰ τεττάρων εἰσὶν εὐπατρίδαι . . . τέταρτοι γάρ εἰσιν ἐκ γένους* etc.

33. (370)

Harpocr. (ex quo Phot. et Suid.) s. *λίθος: Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος* (or. 54, 26 ubi tamen nunc legitur *βωμὸν*) «*τῶν τε παρόντων καθ' ἕνα ἡμῖν οὑτωσὶ καὶ πρὸς τὸν λίθον ἄγοντες καὶ ἐξορκοῦντες* (nunc *ἐξορκίζοντες*)». *ἐοίκασι δ' Ἀθηναῖοι πρός τινι λίθῳ τοὺς ὅρκους ποιεῖσθαι, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ καὶ Φιλόχορος ἐν τῷ γ̄* (fr. 65 Müll.) *ὑποσημαίνουσιν.*

Cf. Poll. supra in fr. 30 et Plut. Solon. 25: *κοινὸν μὲν οὖν ὤμνυεν ὅρκον ἡ βουλὴ τοὺς Σόλωνος νόμους ἐμπεδώσειν, ἴδιον δ' ἕκαστος τῶν θεσμοθετῶν ἐν ἀγορᾷ πρὸς τῷ λίθῳ καταφατίζων εἴ τι παραβαίη τῶν θεσμῶν ἀνδριάντα χρυσοῦν ἰσομέτρητον* (cf. Schoemann, Griech. Alterth. I, 416) *ἀναθήσειν ἐν Δελφοῖς.* praesens, a Poll. et Plut. mutatum, ex Aristotele servatum est in exc. Heraclid. p. 5, 15: *εἰσὶ δὲ καὶ ἐννέα ἄρχοντες θεσμοθετικοί, οἳ δοκιμασθέντες ὀμνύουσι δικαίως ἄρξειν καὶ δῶρα μὴ λήψεσθαι ἢ ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀναθήσειν* (cf. etiam schol. in Plat. Phaedr. p. 313 Bekk. desumtum ex Hermiae comm. in Phaedr. p. 81 Ast.).

34. (371)

Pollux 8, 87—88 (cf. fr. 30): *ἰδίᾳ δὲ οἱ μὲν θεσμοθέται προγράφουσι πότε δεῖ δικάζειν τὰ δικαστήρια, καὶ τὰς εἰσαγγελίας εἰσαγ-*

γέλλουσιν εἰς τὸν δῆμον καὶ τὰς χειροτονίας, καὶ τὰς προβολὰς εἰσάγουσι καὶ τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς καὶ εἴ τις μὴ ἐπιτήδειον νόμον γράψειεν, καὶ στρατηγοῖς εὐθύνας. γίνονται δὲ γραφαὶ πρὸς αὐτοὺς (cf. fr. 35) *ξενίας, δωροξενίας, δώρων, συκοφαντίας, ψευδοκλητείας, ψευδεγγραφῆς, βουλεύσεως, ἀγραφίου, μοιχείας. εἰσάγουσι δὲ καὶ δοκιμασίαν ταῖς ἀρχαῖς καὶ τοὺς ἀπεψηφισμένους καὶ τὰς ἐκ τῆς βουλῆς καταγνώσεις καὶ δίκας ἐμπορικὰς καὶ μεταλλικὰς καὶ ἐὰν δοῦλος κακῶς ἀγορεύῃ τὸν ἐλεύθερον, καὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐπικληροῦσι τὰ δικαστήρια τὰ ἴδια καὶ τὰ δημόσια, καὶ τὰ σύμβολα τὰ πρὸς τὰς πόλεις κυροῦσι καὶ δίκας τὰς ἀπὸ συμβόλων εἰσάγουσι* (cf. fr. 36) *καὶ τὰς τῶν ψευδομαρτυριῶν τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου.*

Cf. Harpocr. s. *θεσμοθέται*: *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος* (21). *ἀρχή τίς ἐστιν Ἀθήνησιν ἡ τῶν θεσμοθετῶν ἓξ τὸν ἀριθμὸν ὄντων, εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν καλουμένων $\overline{\vartheta}$ ἀρχόντων. καλοῦνται δὲ οὕτως ὅτι τῶν νόμων τὴν ἐπιμέλειαν εἶχον. θεσμοὶ δὲ ἐκαλοῦντο οἱ νόμοι, ὡς προείπομεν* (s. *θεσμός*). *ὅτι δὲ τοὺς νόμους οὗτοι διώρθουν κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἕκαστον εἴρηκεν Αἰσχίνης τε ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος* (38) *καὶ Θεόφραστος ἐν $\overline{\gamma}$ νόμων. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων* (*ἐν τῇ $\overline{\alpha}$ Ἀθηναίων* cod. A i. e. Angelicanus) *πολιτείᾳ διέρχεται ὅσα οὗτοι πράττουσιν.*

35. (372)

Lex. rhet. Cantabrig. p. 674, 7 (Meier, Fr. lex. rhet. p. 25) *ξενίας γραφὴ καὶ δωροξενίας διαφέρει· Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησὶ περὶ τῶν θεσμοθετῶν διαλεγόμενος «εἰσὶ δὲ καὶ γραφαὶ πρὸς* (cod. *περὶ*) *αὐτοὺς ὧν παράστασις* (cod. *περιστάσεις*) *τίθεται ξενίας καὶ δωροξενίας· ξενίας μὲν ἐάν τις κατηγορῆται ξένος εἶναι, δωροξενίας δὲ ἐάν τις δῶρα δοὺς* (cod. *διδοὺς*) *ἀποφύγῃ τὴν ξενίαν.* eademque apud Harpocr. (e quo Phot. et Suid. s. v.) s. *παράστασις*: *Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Πύρρου κλήρου* (47). *τοὔνομα παρὰ πολλοῖς ἐστὶν Ἀττικοῖς· ἔστι δὲ δραχμὴ* (cf. Poll. 8, 39. 127. Phot. p. 384, 22. Meier, Diaeteten Athens p. 13) *καταβαλλομένη ὑπὸ τῶν δικαζομένων τὰς ἰδίας δίκας· Μένανδρος . . . Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ περὶ θεσμοθετῶν λέγων φησὶν οὕτως «εἰσὶ δὲ γραφαὶ πρὸς αὐτούς, ὧν παράστασις τίθεται ξενίας καὶ δωροξενίας ἄν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγῃ τὴν ξενίαν· καὶ ψευδεγγραφῆς καὶ ψευδοκλητείας καὶ βουλεύσεως καὶ ἀγραφίου* (*ἀργυρίου* codd., *γραφίου* Suid. *φίου* Suid. cod. Pal. et Phot.) *καὶ μοιχείας.» Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς ἐν τοῖς περὶ νομοθεσίας* etc. cf. Harp. s. *δωροξενία*: *Λυσίας . . . καὶ Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν τῇ Ἀθη-*

ναίων πολιτείᾳ περὶ τῶν θεσμοθετῶν λέγων γράφει ταυτί «εἰσὶ δὲ καὶ γραφαὶ πρὸς αὐτοὺς ὧν παράστασις τίθεται ξενίας καὶ δωροξενίας ἄν τις δῶρα δοὺς ἀποφύγῃ τὴν συκοφαντίαν (ex sequentibus errore arreptum pro *ξενίαν*).» quae verba eodem ubique modo inducta unum fontem produnt (Didymum).

Quibus addenda quae colliguntur in lexicis s. *ἡγεμονία δικαστηρίου*, velut Harp. 91, 26: *πρὸς δὲ τοὺς θεσμοθέτας αἱ τῆς ξενίας τε καὶ δωροξενίας* (*ἐλαγχάνοντο δίκαι*) *καὶ συκοφαντίας καὶ δώρων καὶ ψευδεγγραφῆς καὶ ὕβρεως καὶ μοιχείας καὶ βουλεύσεως καὶ ἄλλων* (cf. lex. rhet. Seg. p. 310, 12. Phot. p. 59, 18). Poll. 8, 44: *δωροξενίας δὲ εἴ τις ξενίας κρινόμενος δῶρα δοὺς ἀποφύγοι.*

36. (373)

Synagog. lex. Seguer. ap. Bekk. Anecd. p. 436 *ἀπὸ συμβόλων δικάζει*: *Ἀθηναῖοι ἀπὸ συμβόλων ἐδίκαζον τοῖς ὑπηκόοις. οὕτως Ἀριστοτέλης* (cf. Poll. 8, 63. Boeckh, Staatsh. I, 529).

37. (374)

Poll. 8, 89 (cf. fr. 30. 34): *ὁ δὲ ἄρχων διατίθησι μὲν Διονύσια καὶ Θαργήλια μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν, δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται κακώσεως, παρανοίας, εἰς δατητῶν αἵρεσιν* (cf. fr. 39), *ἐπιτροπῆς ὀρφανῶν, ἐπιτρόπων, καταστάσεις, κλήρων καὶ ἐπικλήρων ἐπιδικασίαι. ἐπιμελεῖται δὲ καὶ τῶν γυναικῶν αἳ ἂν φῶσιν ἐπ' ἀνδρὸς τελευτῇ κύειν, καὶ τοὺς οἴκους ἐκμισθοῖ τῶν ὀρφανῶν. ἔστι δ' ἐπώνυμος οὗτος καὶ ἀπ' αὐτοῦ ὁ χρόνος ἀριθμεῖται.*

Cf. (praeter Harp. Phot. Suid.) lex. rhet. Seg. s. *ἡγεμ. δικ.* p. 310, 1: *πρὸς τὸν ἄρχοντα κακώσεως ἐλαγχάνοντο γραφαὶ καὶ τῶν γονέων εἰ τούτους τις αἰτίαν ἔχοι κακοῦν καὶ τῶν ὀρφανῶν* (cf. Harpocr. s. *κακώσεως*, ex quo Phot. p. 126, 1 et lex. rhet. Seg. p. 269, 1), *ἔτι δὲ παρανοίας καὶ ἀργίας, καὶ ἐπιδικασίαι* (*ἀργίας ἐπιδικ. καὶ* cod.) *ἐπικλήρων γυναικῶν.* Lex. rhet. Cantabr. p. 670, 4 (p. 17 Meier) *ἐπώνυμος ἄρχων: ἀφ' οὗ ἡ πόλις χρηματίζει· ἔχει δὲ ἐπιμέλειαν χορηγοὺς καταστῆσαι εἰς Διονύσια καὶ Θαργήλια, ἐπιμελεῖται δὲ καὶ τῶν εἰς Δῆλον καὶ τῶν ἀλλαχόσε πεμπομένων Ἀθήνηθεν χορῶν. λαγχάνονται δὲ πρὸς αὐτὸν* (cod. *παρ' αὐτοῖς*) *καὶ γραφαί, καὶ δίκας εἰς τὸ δικαστήριον εἰσάγει.*

38. (375)

Harpocr. s. *εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν*: *ὄνομα δίκης ἐστὶν ὑπὲρ τοῦ τὰ ἀμφισβητήσιμα εἶναι* (*θεῖναι* corr. Grashof. p. 263) *ἐν φανερῷ*

(τὰ ἀμφισβητούμενα ἐν φανερῷ ποιῆσαι codd. D. E et Suid.). Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ πρὸς τὸν ἄρχοντά φησι λαγχάνεσθαι ταύτην τὴν δίκην, τὸν δὲ ἀνακρίναντα (ita em. Bekk., codd. ἀνακρίνοντα, praeter N. ubi ἀνακριθέντα) εἰσάγειν εἰς τὸ δικαστήριον (cf. Poll. 8, 33. Lex. rhet. Seg. p. 246, 4. Meier, Att. Proc. p. 374).

39. (376)

Harpocr. (ex quo Suid. et Lex. rhet. Seg. p. 235, 26. cf. Etym. M. p. 249, 43) s. δατεῖσθαι: τὸ μερίζεσθαι, οἱ δὲ δατηταὶ οἱονεὶ μερισταί. τὸ δὲ εἰς δατητῶν αἵρεσιν εἶδός τι δίκης ἐστίν. ὁπότε γὰρ κοινωνοῖέν τινες ἀλλήλοις καὶ οἱ μὲν βούλοιντο διανέμεσθαι τὰ κοινά, οἱ δὲ μή, ἐδικάζοντο οἱ βουλόμενοι τοῖς μὴ βουλομένοις προσκαλούμενοι εἰς δατητῶν αἵρεσιν. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀλεξίδημον εἰ γνήσιος, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. cf. lex. rhet. Cantabrig. p. 667, 28 (p. 13 ed. Meier.) εἰς δατητῶν (αἵρεσιν): πρόκλησις νεμέσεως ἢ κληρονομίας ἢ κοινοῦ τινὸς ἀγορασμοῦ· ἐπὶ τῶν διανεμόντων τὰ κοινά τισιν, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ «δίκαι λαγχάνονται πρὸς τὸν ἄρχοντα ἄλλαι τινὲς (ita corr. Meier, cod. ἀλλ' εἴ τις. sunt autem excerptoris) καὶ εἰς δατητῶν αἵρεσιν, ὅταν μὴ θέλῃ κοινὰ τὰ ὄντα νέμεσθαι (Meier: ὅταν ὁ μὲν θέλῃ ὁ δὲ μὴ θέλῃ τὰ κοινὰ ὄντα νέμεσθαι). Lex. rhet. Seg. p. 310, 17 (s. ἡγεμ. δικ.) οἱ διαιτηταὶ (ita cod. cf. Meier, Att. Proc. p. 378) πᾶσαν δίκην δικάζουσι πλὴν τῶν ξενικῶν, οἷον πρόκλησιν νεμήσεως ἐπί τινων ἢ κληρονομίας ἢ κοινὸν ἀγορασμόν. κυρίως μέντοι οἱ διανέμοντες τὰ κοινά τισιν.

40. (377)

Harpocr. (ex quo Phot. et Suid.) s. σῖτος: Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀφόβου (or. 27, 15). σῖτος καλεῖται ἡ διδομένη πρόσοδος εἰς τροφὴν ταῖς γυναιξὶν ἢ τοῖς ὀρφανοῖς, ὡς ἐξ ἄλλων μαθεῖν ἔστι καὶ ἐκ τοῦ Σόλωνος α̅ ἄξονος (καὶ ἐκ Σόλωνος ἄξονον cod. Vind. sicut Bekk. A. B. ceterum Didymus est qui citat, non Aristoteles ut Müller ad Ar. fr. 12) καὶ ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους Ἀθηναίων πολιτείας. Τιμαχίδας δὲ ἡγεῖται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς σῖτον λέγεσθαι τὸν τόκον, ἀγνοεῖ δὲ ὅτι ἓν ἀνθ' ἑνὸς οὐδέποτε παρ' αὐτοῖς ὁ τόκος σῖτος καλεῖται (cf. Poll. 8, 33. Meier, Att. Proc. p. 426).

41. (378)

Poll. (ex quo schol. Plat. Euthyphr. p. 325) 8, 90 (cf. fr. 30, 34. 37): ὁ δὲ βασιλεὺς μυστηρίων προέστηκε μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν καὶ Λη-

ναίων καὶ ἀγώνων τῶν ἐπὶ λαμπάδι καὶ τὰ περὶ τὰς πατρίους θυσίας διοικεῖ. δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται ἀσεβείας καὶ (*καὶ* add. schol. Pl.) *ἱερωσύνης ἀμφισβητήσεως. καὶ τοῖς γένεσι καὶ τοῖς ἱερεῦσι* (ita schol. Pl., *ἱεροῖς* codd.) *πᾶσιν αὐτὸς δικάζει, καὶ τὰς τοῦ φόνου δίκας εἰς Ἄρειον πάγον εἰσάγει καὶ τὸν στέφανον ἀποθέμενος σὺν αὐτοῖς δικαζει. προαγορεύει δὲ τοῖς ἐν αἰτίᾳ ἀπέχεσθαι μυστηρίων καὶ τῶν ἄλλων νομίμων. δικάζει δὲ καὶ τὰς τῶν ἀψύχων δίκας* (cf. Meier, Att. Proc. p. 115). *τὴν δὲ συνοικοῦσαν αὐτῷ βασίλισσαν* (cf. Arist. apor. Hom. ap. Phrynich. p. 225 Lob.) *καλοῦσιν.*

Textum quem dedit Boeckh schol. p. 157 vulgato paulo integriorem unus praestat celeberrimus codex Rehdigeranus Vratislaviensis (Vrat. A), ceteris qui vetera scholia exhibent cum recensione in brevius contracta codicis Zachariae Calergi Cretensis convenientibus, quem codicem ex editione principe Romana a. 1515 repetiverunt editiones Petri Brubacchii (Frf. 1542) et Pauli Stephani (1599) item Oxoniensis (1697), posteaque quibusdam correctis Beck (Lips. 1792) et Heyne (Gott. 1798). quibus accedit etiam quem ipse inspexi codex Vindobonensis graec. hist. 130 bomb. sec. XIV, Pindari Olymp. Pyth. et Nem. I. II cum schol. vett. vulg. continens. in quo quidem textu vulgato scriptorum nominibus temporisque notula omissis haec tantum ab initio scholii leguntur: *Ταύτην τὴν ᾠδὴν ἀνακεῖσθαί φησι γόργων ἐν τῷ* (*τῇ* Vind.) *τῆς ληναίας* (ita Vind. f. 113^a. edd. vett. omnes quum *ληναίας* dent in scholiis Byzantinis, eaedem *σεληναίας* scribunt in veteribus: de qua re nihil monentes *Λινδίας* legunt Beck, Heyne, Boeckh) *ἀθηνᾶς ἱερῷ χρυσοῖς γράμμασιν. ἐνίκησε δὲ καὶ πύθια καὶ ἴσθμια* (quae recte transposuit Beck, vid. ed. t. I p. 408): ~ *φιάλαν ὡς εἴτις*: *ὁ διαγόρας* [*οὗτος* hoc loco om. Vind.] *υἱὸς μὲν ἦν δαμαγήτου τοῦ ῥοδίου. περὶ δὲ τούτου τοῦ διαγόρου ἱστόρηται τοιαῦτα· κατὰ γὰρ τὴν ὀλυμπίαν* etc. lemma interponit Vind. novum scholium minus apto loco (debebat enim post *ῥοδίου*) indicans. in reli-

quis quae discrepent a Vrat. notanda sunt haec: 1) vulgo legitur τεσσάρων (δ̄). 2) vulgo Διώρευς. correxit e Paus. aliisque Beck t. I p. 408, cf. Boeckh Expl. Pind. p. 166. 3) ita scripsi ex Vind. ceteri male ὡς πρὸς προσευχήν. 4) vulgo Εὔκλων, quod e Pausania cum Heynio correxit Boeckh *huc deducente etiam Vrat. A.* 5) codd. et edd. omnes male Ἄνδρωνα. cf. Paus. 6, 6, 2 et 6, 7, 3: πύξ τε ἤσκησαν καὶ ἔσχον Ὀλυμπιακὰς νίκας ἐν μὲν ἀνδράσιν Εὐκλῆς ... Πεισίροδος δὲ ἐν παισίν. 6) vulgo Πεισιρρόθιος, Vrat. A. Πεισίρροθος. at apud Paus. 6, 7 et 5, 6 meliores codices aut praebent Πεισίροδος aut correctura inferunt pro altera lectione Πεισίδωρος. vid. varietatem lectionis apud Schubart. et Walz. ed. t. II p. 216. 377. cf. etiam Boeckh Expl. Pind. p. 166. Πεισίδωρος legitur etiam in codice Philostrati περὶ γυμναστικῆς edito a Minoide Mena (Par. 1858) p. 20. 7) corruptam esse lectionem vulgatam quam bene emendavit Boeckh καὶ λελεγέτης indicant et cod. Vind. scribendo καὶ λελεγέ τῆς et plane omittendo Vrat. D. in sequentibus vulgo, praeter Vind., νικήσαντες κατὰ τὴν etc., ita ut omittantur verba τοὺς παῖδας. praeterea *Vrat. A habet* (ubi? post τοὺς παῖδας?) θυγατέρων τε υἱοὺς Εὐκλεέστατον Καλλιάνακτα (i. e. Εὐκλέα τὸν Καλλιάνακτος Boeckh Expl. Pind. l. c., Paus. 6, 7) καὶ Πεισίρροθον. *pergitur in Vrat. A:* οὗτοι δὲ πολλὰς νίκας ἐκ τῶν Ὀλυμπίων ἔσχον δέκα, ἐκ τῶν Πυθίων δὲ ἔφη *et cetera, quae ad vulgata revertuntur, sed immane quantum depravata.* haec parum explicite a Boeckhio sive Gerhardo tradita intelliget qui codicem videbit. 8) παραλαβόντας Vind. quod sequitur οὖν uncis inclusit Müller. 9) vulgo Ἀριστοπάτειραν, quod et hic et infra removit Boeckh secutus Vrat. A et Paus. 10) vulgo οὐκ ἴσην. 11) *haec inde ab* ἔσχε *dedi ex Vrat. A. sed* ἐξ ἀδελφῆς *obscurum in codice est.* ita Boeckh. 12) vulgo ἐπιχειρῆσαι, Vrat. A συγχωρῆσαι. «*fortasse* ἐπιχωρῆσαι» Heyne in ed. Gott. 1798 t. II p. 318. 13) hic vulgo finitur scholium. reliqua ex Vrat. A, addita particula γάρ, dedit Boeckh.

Prima verba fragmenti docent ad Olympiae quandam descriptionem haec spectare et ad auctorem periegetam, qui velut Polemo ille clarissimus et postea Pausanias monumenta locorum statuasque ex ordine perlustrans recensuerit, eadem ille qua Pausanias (qui tamen in statuis Olympicis diversum videtur sequi ordinem) formula solenni usus (μετὰ δὲ ... ἕστηκε). sunt igitur Apollae sive Apellae Pontici (de quo cf. Boeckh praef. ad schol. Pind. p. 22, Preller de Polem. p. 175, C. Müller Fragm. hist. IV p. 367), non Aristotelis, et si quid omnino huic testimonio inest Aristotelici, continetur varia illa quae de Diagora et Diagoridis postea additur notitia, quae spectat Rhodiorum et gloriam et civitatem. nec dissimile est quod

Pausanias etiam ea quae ipse vidit testisque descripsit, deinde scriptos fontes (velut de Doriei morte Atthidem Androtionis) secutus historicosque paucis illustrat. non igitur est cur primo obtutu concedentes ad Olympionicarum librum mente properemus, praesertim quum pluribus huius rei fontibus paratioribusque extantibus, Timaei Eratosthenis Apollodori chronographiis ad olympionicarum recensum accommodatis, omnino illo non usus esse videtur idem Didymus qui in pythionicis Pindari explicandis Aristotelico Pythionicarum libro carere non potuit. ceterum monendum est ex eadem Olympiae descriptione Apollae locum citare eundem Didymum apud Phot. s. *Κυψελιδῶν ἀνάθημα.*

Σαμίων.

183. (522)

Plin. n. h. V s. 37, 135: *Samon . . . Partheniam primum appellatam Aristoteles tradit, postea Dryussam, deinde Anthemussam. Aristocritus* (de quo Müller, Fr. hist. IV p. 334. cf. 333) *adicit Melamphyllum, dein Cyparissiam, alii Parthenoarussam* (vocis corruptae varias lect. v. ap. Sillig.), *Stephanen.*

Eosdem auctores eodem ordine recensitos legebat Steph. Byz. s. *Σάμος: ἐπιφανὴς πρὸς τῇ Καρίᾳ νῆσος. ἐκλήθη δὲ πρότερον Παρθενία καὶ Δρυοῦσσα καὶ Ἀνθεμοῦσσα καὶ Μελάμφυλλος.* cf. Strabo XIV p. 637: *ἐκαλεῖτο δὲ Παρθενία πρότερον οἰκούντων Καρῶν* (vel Lelegum, quorum rex vocatur Ancaeus Sami pater a Paus. 7, 4. cf. Strabo XV, 672), *εἶτα Ἀνθεμοῦς* (corr. *Ἀνθεμοῦσσα. Ἀνθεμίς* altero loco legitur X p. 457, e quo eandem formam recepit Eustath. in Dion. 533), *εἶτα Μελάμφυλλος, εἶτα Σάμος εἴτ' ἀπό τινος ἐπιχωρίου ἥρωος εἴτ' ἐξ Ἰθάκης καὶ Κεφαλληνίας ἀποικίσαντος.* Schol. in Apoll. Rh. 2, 867: *Παρθενία δὲ ἡ Σάμος ἐκαλεῖτο. ἐκέχρητο γὰρ πολλοῖς ὀνόμασι· καὶ γὰρ Μελάνθεμος* (corr. *Μελάμφυλλος*) *καὶ Παρθενία καὶ Ἀνθεμοῦσσα ἐκαλεῖτο.* ex Heracl. pol. exc. p. 15, 1: *ἡ δὲ νῆσος Παρθενία, ὕστερον δὲ Δρυοῦσσα.* Hesych. s. *Δρυοῦσσα: ἡ Σάμος τὸ παλαιόν* et s. *Δόρυσσα: οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ Σάμος* et s. *Μελάμφυλλος: ἡ Σάμος* idemque s. *Φυλλίς: ἡ Σάμος τὸ πάλαι* (cf. orac. ap. Iambl. v. Pyth. c. 2 p. 18 Kiessl.), quae dispersa nunc Hesychii doctrina ex una disputatione petita videtur auctoris eiusdem e quo sua Plinius excerpserat simillima. idem vero, ut *Φυλλίς* nomen docet simplex pro composito memoratum, habuisse videtur *κτίσεως* narrationem a Iamblicho (l. c. p. 16) traditam, quam Strabo quoque tangit, fortasse Aristoteleam: *λέγεται δὴ οὖν Ἀγκαῖον τὸν κα-*

τοικήσαντα τὴν Σάμον τὴν ἐν τῇ Κεφαλληνίᾳ γεγενῆσθαι μὲν ἀπὸ Διὸς (immo Ποσειδῶνος καὶ Ἀστυπαλαίας τῆς Φοίνικος, cf. schol. Ap. Rh. 1, 185. 2, 866. Paus. l. c. Arist. ap. Zenob. 5, 71 et sch. Od. χ, 9) . . . φρονήσει δὲ καὶ δόξῃ τῶν ἄλλων Κεφαλλήνων διαφέρειν. τούτῳ δὲ γενέσθαι χρησμὸν παρὰ τῆς Πυθίας συναγαγεῖν ἀποικίαν ἀπὸ τῆς Κεφαλληνίας καὶ . . . οἰκίσαι νῆσον τὴν δι' ἀρετὴν τοῦ ἐδάφους καὶ τῆς γῆς Μελάμφυλλον καλουμένην, προσαγορεῦσαί τε τὴν πόλιν Σάμον ἀντὶ τῆς Σάμης τῆς ἐν Κεφαλληνίᾳ. τὸν μὲν οὖν χρησμὸν συνέβη γενέσθαι τοιοῦτον·

Ἀγκαῖ', εἰναλίαν νῆσον Σάμον ἀντὶ Σάμης σε
οἰκίζειν κέλομαι· Φυλλὰς (corr. Φυλλὶς) δ' ὀνομάζεται αὕτη.

184. (523)

Schol. in Apollon. Rh. (quae in usum suum convertit Tzetzes in Lycophr. 488, Aristotelem citans τὸν τοὺς πέπλους συντάξαντα i. e. quem ego quidem puto non sicut tradunt philosophum fuisse sed eum qui Pepli epigrammata composuit. de qua re v. ad Orchom. pol.) p. 315, 16 Keil. (in faciliorem sermonem haec arbitrarie, ut solet, mutavit editor scholiorum Byzantinus cod. Paris. et Vindob., v. ed. Lips. 1813 p. 23 = cod. Vind. phil. gr. 81 f. 6[a]) Παρθενίης Ἀγκαῖος: Ἀριστοτέλης φησί, τιθεὶς ἐπὶ Ἀγκαίου τὴν παροιμίαν, ὅτι γέγονε φιλογέωργος Ἀγκαῖος καὶ πολλὰς ἐφύτευσεν ἀμπέλους. εἰπόντος δὲ αὐτῷ τοῦ θεράποντος ὅτι θᾶττον ἀποθανεῖται ἢ πίεται ἐκ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπέλου, Ἀγκαῖος ὡρίμου γενομένου τοῦ καρποῦ τρίψας βότρυν ἐκάλεσε τὸν θεράποντα καὶ εἶπεν ὡς ἔζησεν μέχρις οὗ καρποφορήσῃ ἡ ἄμπελος, καὶ ἔμελλε πίνειν. τοῦ δὲ θεράποντος εἰπόντος «πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου», διηγγέλη αὐτῷ τις σῦς διαλυμαινόμενος τὴν χώραν, ἐφ' ὃν ἐκδραμὼν πρὶν πίῃ ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ. διὸ ἐπεκράτησεν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν παρὰ προσδοκίαν τι πραττόντων. καὶ Φερεκύδης ἐν τῇ η̄ φησὶ τὸν Ἀγκαῖον ὑπὸ τοῦ Καλυδωνίου συὸς πληγέντα τὸν μηρὸν ἀποθανεῖν.

Eadem paulo aliis verbis apud Zenobium V, 71 (quibus concinit licet brevior Diogen. VII, 46, e quo sua, ut ipse testatur, sumsit Mich. Apostol. XIV, 46, eandem hic addens proverbii sententiam quam apponit Gregor. Cypr. cod. Leid. 95: ἐπὶ τῶν εἰς χρόνον μακρὸν γενήσεσθαι μελλόντων. eandem praeferens Zenobii narrationem in scholia vulg. ad Apollon. Rh., Laur. codicis lectione reiecta, intulisse videretur Ioannes Lascaris primus editor, v. ed. Lips. p. 357, nisi plane eadem omnia iam haberet Eudocia viol. p. 24) πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χεί-

λεος ἄκρου: παροιμία λεχθεῖσα ἐξ αἰτίας τοιαύτης· Ἀγκαῖος παῖς Ποσειδῶνος φυτεύων ἀμπελῶνα βαρέως ἐπέκειτο τοῖς οἰκέταις. εἷς δὲ τῶν οἰκετῶν ἔφη μὴ μεταλήψεσθαι τὸν δεσπότην τοῦ καρποῦ. ὁ δὲ Ἀγκαῖος ἐπειδὴ ὁ καρπὸς ἐφθάκει, χαίρων ἐτρύφα καὶ τὸν οἰκέτην ἐκέλευσε κεράσαι αὐτῷ. μέλλων δὲ τὴν κύλικα προσφέρειν τῷ στόματι ὑπεμίμνησκεν αὐτὸν τοῦ λόγου, ὁ δὲ ἔφη τὸν εἰρημένον στίχον. τούτων ἔτι λεγομένων (ἄλλος add. cod. Bodl. et Diog.) οἰκέτης ἦλθεν ἀπαγγέλλων ὡς ὑπερμεγέθης σῦς τὸν ὄρχατον λυμαίνεται. ὁ δὲ Ἀγκαῖος ἀποβαλὼν τὴν πόσιν ἐπὶ τὸν σῦν ὥρμησε καὶ πληγεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἐτελεύτησεν· ὅθεν ἡ παροιμία. Διονύσιος δέ φησιν εἰρῆσθαι αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἀντινόου μνηστευσαμένου τὴν Πηνελόπην συμφορᾶς (Od. χ, 9)· προσαγόμενος γὰρ τὸ ἔκπωμα ἐτελεύτησε τοξευθεὶς παρὰ τοῦ Ὀδυσσέως. quibus verbis Aristotelica aeque recitari comprobant schol. ad Odyss. χ, 9 (ἤτοι ὁ καλὸν ἄλεισον), ubi eodem utroque testimonio apposito utriusque auctor nominatur. quod quidem scholium (ed. Dindorf. Ox. 1855 p. 706, 14 ex schol. vulg. idem autem sch. extat etiam in cod. Marc. 613 f. 262ᵃ) ita legitur in codice Vindobonensi (Graec. phil. 133) fol. 132ᵃ: Διονύσιος ὁ Θρᾷξ ἐν ταῖς μελέταις φησίν· ἐφ' οὗ τὴν «πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος» παροιμίαν διαδεδόσθαι λέγεται (in vulg. et Marc. ita: Διον. ὁ Θρ. ἐν τ. μ. ἵνα φησὶ τὴν πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἀφ' οὗ παροιμίαν διαδ.)· προστιθέμενος γὰρ ὁ Ἀντίνοος (γὰρ ἀντίνους Marc.) τὸ πόμα (πῶμα vulg.) βάλλεται. λέγει δὲ Ἀριστοτέλης περὶ τῆς παροιμίας οὕτως· Ἀγκαῖος ὁ Ποσειδῶνος καὶ Ἀστυπαλαίας Σάμιος ὢν τὸ γένος, ἔχων οἰκέτην ἀπὸ Κρήτης ἐκέλευσεν αὐτὸν προσφέρειν ποτὸν πίνειν, ὅθεν ἐντεῦθεν αἱ ἄμπελοι τυγχάνουσιν (haec inde ab ὅθεν in schol. vulg. post πιεῖν leguntur). εἰπόντος δὲ αὐτοῦ ὡς οὐ δυνήσεται πιεῖν, αὐτὸς ὁ Ἀγκαῖος κατακερτομήσας τοὺς θεράποντας ἔλαβε τὴν κύλικα καὶ προσέθετο. λέξαντος δὲ ἐκείνου «πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου», ἄφνω συνέβη χρῆμα μεγάλου συὸς (συὸς μεγάλου vulg. Marc.) ἐπιβαρῆσαι τοῖς Ἀγκαίου χωρίοις· ἀκούσαντα δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῶν χειλέων τὴν κύλικα καταθεῖναι καὶ διαδραμεῖν (ita et Marc., δραμεῖν vulg.) πρὸς τὸν ἄγριον (ὗν add. Marc. et vulg.), συμβαλόντα δὲ τῷ κάπρῳ τελευτῆσαι. ἔνθεν φασὶ (φησὶ vulg. et Marc.) καταρρυῆναι (κατανοῆσαι vulg. et Marc.) τὴν παροιμίαν.

Eadem in Samiorum republica Heraclidem (ex Aristotele) attulisse testantur Exc. p. 15, 2. in ipso autem proverbio illo κύλικος pro κοτύλης explicatione postea illatum esse fidem facit Athen. XI p. 478. ceterum quod de Samo insula ait Strabo XIV p. 637: ἔστι δ' οὐκ εὔοινος, καίπερ εὐοινουσῶν τῶν κύκλῳ νήσων, cum Ancaei memoria cohaerere vitem co-

lentis scite observavit Thirlwall in Philological Museum t. I p. 107 (Cambr. 1832). similis autem narratio de Calchante ferebatur, e qua proverbii originem repetebant alii (v. Festus s. manum et mentum p. 149 Müll., Serv. in Virg. ecl. 6, 72. inde *μάντις* ille apud Tz. in Lyc. 488 pro servo inductus).

185. (524)

Aelian. de nat. an. XVII, 20: *Ἀριστοτέλης λέγει γενέσθαι* (vulgo *γίνεσθαι*) *ἐν Σάμῳ λευκὴν χελιδόνα* (sequuntur alia ex alio Aristotelis loco hist. an. 6, 5 addita).

Cf. Heraclid. pol. exc. p. 15, 5: *ὅτι ἐν τοῖς Σαμίοις ἐφάνη λευκὴ χελιδὼν οὐκ ἐλάττων πέρδικος.* et Duris ap. Antigon. mir. 132 (120 West.) *ἐπὶ . . . χελιδόνα λευκὴν φανῆναι.* Aelianus sua fortasse sumsit ex Alexandro Myndio, e quo eadem alio loco affert X, 34: *ὤφθησάν ποτε καὶ χελιδόνες λευκαί.* ceterum cf. Pseudarist. de signis aquarum c. 3, 2: *στρουθὸς ἐὰν λευκὸς ἢ χελιδὼν ἢ ἄλλο τι τῶν μὴ εἰωθότων λευκῶν, χειμῶνα μέγαν σημαίνουσιν* (cf. *π. σημείων* fr. 5, 7).

186. (525)

Aelian. de nat. an. XII, 40: *τιμῶσι δὲ ἄρα Δελφοὶ μὲν λύκον, Σάμιοι δὲ πρόβατον, Ἀμπρακιῶται δὲ μὴν τὸ ζῶον τὴν λέαιναν. τὰ δὲ αἴτια τῆς ἑκάστου τιμῆς εἰπεῖν οὐκ ἔστιν ἔξω τῆσδε τῆς σπουδῆς. Δελφοῖς μὲν χρυσίον ἱερὸν σεσυλημένον καὶ ἐν τῷ Παρνασσῷ κατορωρυγμένον ἀνίχνευσεν ὁ λύκος· Σαμίοις δὲ καὶ αὐτοῖς τοιοῦτο χρυσίον κλαπὲν πρόβατον ἀνεῦρε καὶ ἐντεῦθεν Μανδρόβουλος ὁ Σάμιος τῇ Ἥρᾳ πρόβατον ἀνάθημα ἀνῆψεν. καὶ τὸ μὲν Πολέμων* (cf. Paus. X, 14) *λέγει τὸ πρότερον, τὸ δὲ Ἀριστοτέλης τὸ δεύτερον.*

Eandem rem, ex Ephoro (fr. 161) tangunt proverbiorum libri et lexica (s. *ἐπὶ τὰ* vel *τοῦ Μανδραβόλου*, v. not. ad Zen. 3, 82 ed. Gott.), cf. Clem. Alex. protr. p. 11 extr. *πρόβατον, ὥς φησιν Εὐφορίων* (Meineke Anal. Al. p. 141), *σέβουσι Σάμιοι* (ubi corr. *Ἔφορος*).

187. (526)

Schol. in Aristoph. av. 471 *οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας: ὅτι τὸν λογοποιὸν Αἴσωπον διὰ σπουδῆς εἶχον. ἦν δὲ ὁ Αἴσωπος Θρᾷξ, ἠλευθερώθη δὲ ὑπὸ Ἴδμονος τοῦ κωφοῦ. ἐγένετο δὲ πρῶτον Ξάνθου δοῦλος. ὁ δὲ κωμικὸς Πλάτων καὶ ἀναβιῶναί φησιν αὐτὸν ἐν τοῖς Λάκωσιν* (Cobet in Plat. p. 95) . . . *διὰ σπουδῆς δὲ εἶχον τὸν Αἴσωπον. καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Σαμίων πολιτείᾳ εἰπόντα φησὶν αὐτὸν μῦθον ηὐδοκιμηκέναι.*

Heraclid. pol. exc. p. 15, 10: *Αἴσωπος δὲ ὁ λογοποιὸς εὐδοκίμει τότε. ἦν δὲ Θρᾷξ τὸ γένος, ἠλευθερώθη δὲ ὑπὸ Ἴδμονος τοῦ κωφοῦ. ἐγένετο δὲ πρῶτον Ξάνθου δοῦλος.*

Scholium illud cum reliqua omni quam scholia gestant doctrinae copia ex Didymi commentario Aristotelem comicosque citantis superesse nemo negabit. Aristotelis autem testimonium qui sine dubio ipsam illam fabulam ab Aesopo recitatam narraverat, in brevius contractum esse patet. ad quem auctorem cetera quoque quae de Aesopo servo leguntur non dubito quin pertineant. quum vero easdem res eisdem verbis eodemque sermonis tenore in brevius contractas ex Heraclide servaverit excerptor iste politiarum recentissimus quas e Didymo Symmachus vel quisquis scholii auctor est, ad eundem scriptorem utrumque locum redire manifestum est, ut scilicet Heraclides ille aut ipse sit Didymus, quem Aristotelis politias tantopere tractasse scimus (cf. *Δίδυμος ὁ τοῦ Ἡρακλείδου*, quem quidem alterum et iuniorem Didymum esse vult Suidas), aut aliquis Didymo recentior, fortasse ipse ille Didymi discipulus, de quo Suidas (i. e. Hesychius).

188. (527)

Zenob. prov. 6, 12 *τὸ περὶ Δρῦν* (vel *παρὰ Δρυί* in Mantissa prov. t. II p. 776 Gott.) *σκότος*: *Ἀριστοτέλης φησὶν ἐν τῇ Σαμίων πολιτείᾳ Πριηνέων πολλοὺς ὑπὸ Μιλησίων ἀναιρεθῆναι περὶ τὴν καλουμένην Δρῦν· ὅθεν καὶ τὰς Πριηνείας γυναῖκας ὀμνύναι τὸ περὶ Δρῦν σκότος.*

Eundem Aristotelem reddit Plutarchus quaest. Graec. 20: *Τίς ὁ λεγόμενος ἐν Πριήνῃ παρὰ Δρυὶ σκότος; Σάμιοι καὶ Πριηνεῖς πολεμοῦντες ἀλλήλοις τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἐβλάπτοντο καὶ ἔβλαπτον, μάχης δὲ μεγάλης γενομένης χιλίους Σαμίων οἱ Πριηνεῖς ἀπέκτειναν· ἑβδόμῳ δὲ ὕστερον ἔτει Μιλησίοις συμβαλόντες παρὰ τὴν καλουμένην Δρῦν, τοὺς ἀρίστους ὁμοῦ τε καὶ πρώτους ἀπέβαλον τῶν πολιτῶν· ὅτε καὶ Βίας ὁ σοφὸς εἰς Σάμον ἐκ Πριήνης πρεσβεύσας εὐδοκίμησε. ταῖς δὲ Πριηνέων γυναιξίν, ὁμοῦ τοῦ πάθους τούτου καὶ τῆς συμφορᾶς ἐλεεινῆς γενομένης, ἀρὰ κατέστη καὶ ὅρκος περὶ τῶν μεγίστων «ὁ παρὰ τῇ Δρυὶ σκότος» διὰ τὸ παῖδας αὐτῶν καὶ πατέρας καὶ ἄνδρας ἐκεῖ φονευθῆναι.*

Occasionem huius narrationis Bias praebuit eiusque, ut Aesopi in fr. praecedente, in Samum insulam iter. idem illud de utroque redit *τότε εὐδοκίμει.*

189. (538)

Plutarch. Pericl. c. 26: *ἅμα δὲ τῇ νίκῃ καὶ τῇ διώξει τοῦ λιμένος κρατήσας (ὁ Περικλῆς) ἐπολιόρκει τοὺς Σαμίους . . . ἐπεὶ δὲ μείζων ἕτερος στόλος ἦλθεν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν καὶ παντελῶς κατεκλείσθησαν οἱ Σάμιοι, λαβὼν ὁ Περικλῆς ἑξήκοντα τριήρεις ἔπλευσεν εἰς τὸν ἔξω πόντον, ὡς μὲν οἱ πλεῖστοι λέγουσι* (etiam Thucyd. 1, 116), *Φοινισσῶν νεῶν ἐπικούρων τοῖς Σαμίοις προσφερομένων ἀπαντῆσαι καὶ διαγωνίσασθαι πορρωτάτω βουλόμενος, ὡς δὲ Στησίμβροτος ἐπὶ Κύπρον στελλόμενος· ὅπερ οὐ δοκεῖ πιθανὸν εἶναι. ὁποτέρῳ δ' οὖν ἐχρήσατο τῶν λογισμῶν ἁμαρτεῖν ἔδοξε. πλεύσαντος γὰρ αὐτοῦ Μέλισσος ὁ Ἰθαγένους, ἀνὴρ φιλόσοφος στρατηγῶν τότε τῆς Σάμου, καταφρονήσας τῆς ὀλιγότητος τῶν νεῶν ἢ τῆς ἀπειρίας τῶν στρατηγῶν ἔπεισε τοὺς πολίτας ἐπιθέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις. καὶ γενομένης μάχης νικήσαντες οἱ Σάμιοι καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἄνδρας ἑλόντες πολλὰς δὲ ναῦς διαφθείραντες ἐχρῶντο τῇ θαλάσσῃ καὶ παρετίθεντο τῶν ἀναγκαίων πρὸς τὸν πόλεμον ὅσα μὴ πρότερον εἶχον* (cf. Thucyd. 1, 117). *ὑπὸ δὲ τοῦ Μελίσσου καὶ Περικλέα φησὶν αὐτὸν Ἀριστοτέλης ἡττηθῆναι ναυμαχοῦντα πρότερον. οἱ δὲ Σάμιοι τοὺς αἰχμαλώτους τῶν Ἀθηναίων ἀνθυβρίζοντες ἔστιζον εἰς τὸ μέτωπον γλαῦκας· καὶ γὰρ ἐκείνους οἱ Ἀθηναῖοι σάμαιναν* (in hoc loco describendo quem errorem commiserit Plutarchus arguit Photii locus et ipsa rei ratio). *ἡ δὲ σάμαινα ναῦς ἐστιν ὑόπρωρος μὲν τὸ σίμωμα* (cf. Hesych. Phot. s. *σάμαινα*), *κοιλοτέρα δὲ καὶ γαστροειδής, ὥστε καὶ φορτοφορεῖν καὶ ταχυναυτεῖν* (eadem descriptio Didymi dicitur ab Hesychio s. *Σαμιακὸς τρόπος*, qui Didymus huius rei testem citaverat Lysimachum, ut docet Photius. ceterum *σαμαίνας* et *σεσίμωνται* apud Hes. corrigas pro Musuri *Σαμίας ναῦς* et *σεσήμανται* ubi codex *σεσήμονται* sec. Schow. Hes. rest. p. 683)· *οὕτω δ' ὠνομάσθη διὰ τὸ πρῶτον ἐν Σάμῳ φανῆναι Πολυκράτους τυράννου κατασκευάσαντος. πρὸς ταῦτα τὰ στίγματα λέγουσι καὶ τὸ Ἀριστοφάνειον ᾐνίχθαι « Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος ».*

Ultima haec a Plutarcho e Didymi commentario ad Aristophanis Babylonios interposita sunt, cuius in hunc versum docta explicatio legitur apud Hesych. (qui ipsius versus argumentum e fabulae nexu plenius exponit) Photium et Suidam s. *Σαμίων ὁ δῆμος* (cf. Hes. et Phot. s. *Σαμιακὸς τρόπος* eosdemque s. *σάμαινα*), auctores autem narrationis a Plutarcho omissos lexicon a Photio et Suida exscriptum servavit Duridem et Lysimachum: *οἱ δὲ ὅτι Ἀθηναῖοι μὲν τοὺς ληφθέντας ἐν πολέμῳ Σαμίους ἔστιζον γλαυκί* (*κατὰ τοῦ προσώπου* add. Aelian. var. hist. 2, 9 qui eiusdem facti mentionem facit), *Σάμιοι δὲ σαμαίνῃ· ἡ δὲ σαμαίνη*

ἐστὶ (Photii codex γλαυκισαμιοι τῇ σαμενης ἐστι idemque excepto τῇ Suidae ed. Med. 1499. Σάμιοι δὲ σ. ὅ ἐστι editores) πλοῖον δίκροτον ὑπὸ Πολυκράτους πρῶτον κατασκευασθὲν τοῦ Σαμίων τυράννου, ὡς Λυσίμαχος ἐν β̄ νόστων. τὸ δὲ πλάσμα Δούριδος (illud scil. de Atheniensium crudelitate narratum, ad quod etiam aliud Photii fr. pertinet p. 570, 18 s. τὰ Σαμίων. cf. Prov. Bodl. et Vat. in App. prov. IV, 84 Gott. t. I). cum qua de Duride Didymi censura ipse non suo iudicio munitus consentit Plutarchus c. 28: Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος τούτοις ἐπιτραγῳδεῖ πολλὴν ὠμότητα τῶν Ἀθηναίων καὶ τοῦ Περικλέους κατηγορῶν, ἣν οὔτε Θουκυδίδης ἱστόρηκεν οὔτ' Ἔφορος οὔτ' Ἀ ρ ι σ τ ο τ έ λ η ς. quae omnia adscripsi non solum ut novo exemplo monstrarem Plutarchi in vitis conscribendis rationem recentiorum parata doctrina fulti, sed probarem etiam Aristotelis testimonium, ad quod nihil nisi pauca illa verba ὑπὸ δὲ τοῦ Μελίσσου etc. ceteris quae Duridis sunt (e Duride certe illud de Aspasia Samiaci belli causa c. 25 in. cf. Harpocr. s. Ἀσπασία p. 37, 15) contraria pertinent, ex alio scriptore et ipsum repetitum esse, e Didymo scilicet qui de Samiis uberrime hac occasione data et in commentario et in lexico agens Aristotelem identidem (cf. fr. seq.) citaverit.

190. (529)

Photius (eademque Suid. et Apostol. prov. XV, 32) Σ α μ ί ω ν ὁ δ ῆ μ ο ς ὡ ς π ο λ υ γ ρ ά μ μ α τ ο ς: Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις, ἐπισκώπτων τοὺς ἐστιγμένους (haec accuratius Hesych. s. v.). οἱ γὰρ Σάμιοι καταπονηθέντες ὑπὸ τῶν τυράννων, σπάνει τῶν πολιτευομένων ἐπέγραψαν τοῖς δούλοις ἐκ πέντε στατήρων τὴν ἰσοπολιτείαν (democratiae scil. tempore ab Atheniensibus institutae), ὡς Ἀ ρ ι σ τ ο τ έ λ η ς ἐν τῇ Σαμίων πολιτείᾳ· ἢ ὅτι παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρώτοις τὰ κδ̄ γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου, ὡς Ἄνδρων ἐν τρίποδι . . . Θεόπομπος (cf. Ephorus ap. schol. Ven. Il. η, 185). οἱ δὲ ὅτι Ἀθηναῖοι μὲν τοὺς ληφθέντας et cetera quae iam supra adscripsi ad fr. praeced.

Σ α μ ο θ ρ ᾳ κ ῶ ν.

191. (530)

Schol. in Apollon. Rhod. I, 917 p. 355 Keil. ἀ ρ ρ ή κ τ ο υ ς ἀ γ α ν ῇ σ ι: τὰς τελετὰς λέγει τὰς ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἀγομένας . . . ἡ δὲ Σαμοθρᾴκη ἐκαλεῖτο πρότερον Λευκωσία (Λευκοσία Laur. et editionis principis schol. vulg. Λευκωσία schol. Paris. ed. p. 73 et Vind. cod. f. 20ᵃ, ubi ita quod primum posuerat Λευκοσία scriba correxit. Λευκωνία schol. Il. ω, 78 et Eust. p. 1340. Λευκανία codd. Heracl. pol. p. 19, 13,

quia praecedunt *Λευκανοί*, cf. Schneid. p. 87), ὡς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν Σαμοθρᾴκης πολιτείᾳ. ὕστερον δὲ ἀπὸ Σάου τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Ῥήνης παιδὸς (cf. Diodor. V, 48) Σάμος προσωνομάσθη κατὰ παρένθεσιν τοῦ $\overline{\mu}$. Θρᾳκῶν δὲ οἰκησάντων αὐτὴν ἐκλήθη Σαμοθρᾴκη.

Eadem fuit scholiorum Homericorum doctrina. ita enim cod. B ad Il. ω, 78 (unde Eustath. p. 1340) Σάμου: τῆς νῦν Σαμοθρᾴκης. σάμους δὲ τοὺς λόφους ἔλεγον (Strabo X p. 457. VIII p. 346). ἐκαλεῖτο δὲ Λευκωνία (corr. Λευκωσία), εἶτα οἰκισθεῖσα ὑπὸ Σαμίων, ὧν τὰ σκάφη οἱ αἰχμάλωτοι Θρᾷκες (immo Θρῇσσαι sec. Eust.) κατέδυσαν. de Sao et m littera intercalata Samo cf. Aristoph. ap. schol. Il. ν, 12 (inde Σάιοι, quos ex Archilochi fr. apud Strabonem X p. 457 servato affert Eust. in Dion. 534. cf. Hesych. s. Σαωκίς. Schol. Nic. ther. 472), ubi aliud hoc scholium legitur in codd. AD (unde Eustath. p. 917): Σάμιοι οἱ ἐν Ἰωνίᾳ μετὰ διακοσιοστὸν (καὶ ἔνατον add. D. καὶ μικρόν τι πρὸς Eust.) ἔτος τῶν Τρωικῶν χρησμὸν ἔλαβον παρὰ τοῦ Πυθίου εἰς τὴν ἐν Τρῳάδι Θρᾴκην μετοικῆσαι, ἀφ' ὧν ἡ Σαμοθρᾴκη (προσηγορεύθη. ἡ ἱστορία παρὰ Ἀπολλοδώρῳ). Σάμον οὖν Θρηικίης τῆς Σαμοθρᾴκης. τὸ δὲ ἐν αὐτῇ ὄρος Σαώκη. quo loco comparato manifestum est brevi Heraclidis fragmento p. 19 subesse et Aristotelis testimonium et Apollodori: Σαμοθρᾴκη τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο Λευκανία (corr. Λευκωσία) διὰ τὸ λευκὴ εἶναι, ὕστερον δὲ Θρᾴκων κατασχόντων Θρᾳκία· τούτων δὲ ἐκλιπόντων ὕστερον ἔτεσιν ἑπτακοσίοις Σάμιοι κατῴκισαν αὐτὴν ἐκπεσόντες (cf. Paus. 7, 4 et Antiphontis oratoris verba apud Suid. s. Σαμοθρᾴκη) τῆς οἰκείας καὶ Σαμοθρᾴκην ἐκάλεσαν.

Σικυωνίων.

192. (531)

Pollux IX, 77: τὸ μέντοι τῶν ὀβολῶν ὄνομα οἱ μὲν ὅτι πάλαι βουπόροις ὀβελοῖς ἐχρῶντο πρὸς τὰς ἀμοιβάς, ὧν τὸ ὑπὸ τῇ δρακὶ πλῆθος ἐδόκει καλεῖσθαι δραχμή, τὰ δ' ὀνόματα καὶ τοῦ νομίσματος μεταπεσόντος εἰς τὴν νῦν χρείαν ἐνέμεινεν ἐκ τῆς μνήμης τῆς παλαιᾶς· Ἀριστοτέλης δὲ ταὐτὸν λέγων ἐν Σικυωνίων πολιτείᾳ σμικρόν τι καινοτομεῖ, ὀφελοὺς αὐτοὺς τέως ὠνομάσθαι λέγων, τοῦ μὲν ὀφέλλειν δηλοῦντος τὸ αὔξειν, αὐτῶν δὲ διὰ τὸ εἰς μῆκος ηὐξῆσθαι ὧδε κληθέντων. ὅθεν καὶ τὸ ὀφείλειν ὠνομάσθαι φησὶν οὐκ οἶδ' ὅπως· ἐπὶ μέντοι τῶν ὀβελῶν ὑπηλλάχθαι τὸ $\overline{\varphi}$ εἰς τὸ $\overline{\beta}$ κατὰ συγγένειαν.

Cf. Plutarch. Lysand. 17: τοῦτο δὲ (sc. τὸ πάτριον τῶν Λακεδαιμονίων νόμισμα) ἦν σιδηροῦν... κινδυνεύει δὲ καὶ τὸ πάμπαν ἀρχαῖον οὕτως ἔχειν, ὀβελίσκοις χρωμένων νομίσμασι σιδηροῖς, ἐνίων δὲ χαλ-

κοῖς· ἀφ' ὧν παραμένει πλῆθος ἔτι καὶ νῦν τῶν κερμάτων ὀβολοὺς καλεῖσθαι, δραχμὴν δὲ τοὺς ἓξ ὀβολούς· τοσούτων γὰρ ἡ χεὶρ περιεδράττετο. Plutarchum sequitur Eustath. in Il. p. 421. cf. p. 136. Etym. M. s. *ὀβελίσκος*, cui et ipsi cum Etym. Gud. s. v. est *ὀβελίσκος παρὰ τὸ ὀφέλλειν καὶ εἰς μῆκος αὔξεσθαι.*

(*Σινωπέων.*)

193. (532)

Schol. in Apollon. Rhod. II, 946 p. 436, 15 Keil. (unde hausit Eudocia p. 375 recensionem cod. Parisini secuta, cf. p. 197 Lips. ceterum cf. Hesych. s. *Σανάπην*, ubi huius disputationis exile quoddam fragmentum servatur) *ἔνθα Σινώπη: ... ἐν δὲ τοῖς Ὀρφικοῖς Ἄρεως καὶ Αἰγίνης γενεαλογεῖται (ἡ Σινώπη)· κατὰ δέ τινας Ἄρεως καὶ Παρνάσσης· κατ' Εὔμηλον καὶ Ἀριστοτέλη Ἀσωποῦ. καὶ οὗτος μέν* (scil. qui explicatur poeta Apollonius, cf. rec. Paris.) *φησιν ὅτι Ἅλυν τε τὸν ποταμὸν ἐπλάνησε καὶ Ἀπόλλωνα καὶ Δία, αἰτησαμένη παρ' αὐτῶν πρότερον ἵν' ἐπιτύχοι οὗ ἂν θέλοι, ἔπειτα εἰποῦσα παρθενίας ὀρέγεσθαι ταύτης ἐπέτυχεν ὡς ἂν ὅρκῳ δεδεμένων αὐτῶν. Φιλοστέφανος δέ φησι τοὐναντίον Ἀπόλλωνι αὐτὴν μιγεῖσαν ἀποκυῆσαι τὸν προσαγορευθέντα Σύρον.*

(*Συβαριτῶν.*)

194. (533)

Athen. XII p. 520: *εἰς τηλικοῦτον δ' ἦσαν τρυφῆς ἐληλακότες (οἱ Συβαρῖται) ὡς καὶ παρὰ τὰς εὐωχίας τοὺς ἵππους ἐθίσαι πρὸς αὐλὸν ὀρχεῖσθαι. τοῦτ' οὖν εἰδότες οἱ Κροτωνιᾶται ὅτε αὐτοῖς ἐπολέμουν, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ διὰ τῆς πολιτείας αὐτῶν, ἐνέδοσαν τοῖς ἵπποις τὸ ὀρχηστικὸν μέλος· συμπαρῆσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ αὐληταὶ ἐν στρατιωτικῇ σκευῇ. καὶ ἅμα αὐλούντων ἀκούοντες οἱ ἵπποι οὐ μόνον ἐξωρχήσαντο ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀναβάτας ἔχοντες ηὐτομόλησαν πρὸς τοὺς Κροτωνιάτας. τὰ ὅμοια ἱστόρησε καὶ περὶ Καρδιανῶν ὁ Λαμψακηνὸς Χάρων ...*

Eandem Aristotelis narrationem, quam Eustathius etiam in quibusdam verbis consentiens tangit in Dionys. v. 374, nescio unde pleniorem atque integriorem habet Iulius Africanus in cestis vel cestorum reliquiis c. 14 p. 293 (ed. Par. 1693 post Mathemat. vet.): *Εἰς τοῦτό ποτε ἐλάσαι τρυφῆς Συβαρίτας λόγος ὡς παρὰ δεῖπνον εἰς τὸ συμπόσιον αὐτοὺς* (sc. *ἵππους*) *εἰσάγειν, τοὺς δ' ἀκούσαντας αὐλήματος ἀνίστασθαι ἐπὶ τὼ πόδε καὶ τοῖς προσθίοις ὥσπερ χειρονομοῦντας ὀρχεῖσθαι. ὑβρι-*

σθέντα δὲ αὐλητὴν εἰς Κροτωνιάτας αὐτομολῆσαι προσφάτως ἱππομαχίᾳ νενικημένους, μέγιστα δὲ ὠφελήσειν τὸ κοινὸν ἐπαγγείλασθαι· παραδώσειν γὰρ πᾶν τὸ Συβαριτικὸν ἱππικὸν αἰχμάλωτον. πιστεῦσαι τοὺς Κροτωνιάτας αὐτῷ καὶ ἐπιτρέψαι στρατηγεῖν, τὸν δὲ αὐλήσαντα τοῖς τῆς πόλεως αὐληταῖς δεῖξαι τὸ μέλος καὶ ὅτε καιρὸς ἦν παρεγγυῆσαι τὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἔξοδον. ὡς δὲ οἱ Συβαρῖται ἐπῆλθον πανδημεὶ πολύ τι φρυαττόμενοι τῇ τῆς ἵππου περιουσίᾳ καὶ ἀνεμίγησαν αἱ φάλαγγες, ὑπὸ σημεῖον ἓν ηὔλησαν οἱ πάντες, συνήθους δὲ ἦχου ἀκούσαντες οἱ ἵπποι ὥσπερ οἴκοι ἐδιδάσκετο ἀποσεισάμενοι τοὺς ἀναβάτας ὑπωρχοῦντο πάντες. τότε οὖν οἱ ἱππόται ἑάλωσαν κείμενοι καὶ οἱ ἵπποι ἐλήφθησαν ὀρχούμενοι, ἀναστησάντων αὐτοὺς συνήθων μελῶν.

195. (534)

Athen. XII p. 523 (in eadem qua praecedens fragmentum de populis propter luxuriam famosis disputatione): *καὶ οἱ τὴν Σῖριν δὲ κατοικοῦντες, ἣν πρῶτοι κατέσχον οἱ ἀπὸ Τροίας ἐλθόντες* (Achaei scil. cf. Strabo VI p. 264. Steph. s. *Σῖρις*), *ὕστερον δ' ὑπὸ Κολοφωνίων* (hic verbum aliquod desiderari vidit Casaubonus. epitome Athenaei simpliciter habet *ὕστερον δ' οἱ Κολοφώνιοι*), *ὥς φησι Τίμαιος καὶ Ἀριστοτέλης, εἰς τρυφὴν ἐξώκειλαν οὐχ ἧσσον Συβαριτῶν. καὶ γὰρ ἰδίως παρ' αὐτοῖς ἐπεχωρίασε φορεῖν ἀνθινοὺς χιτῶνας, οὓς ἐζώννυντο μίτραις πολυτελέσι· καὶ ἐκαλοῦντο διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν περιοίκων μιτροχίτωνες, ἐπεὶ Ὅμηρος τοὺς ἀζώστους ἀμιτροχίτωνας καλεῖ.*

De communibus Siritarum et Sybaritarum rebus (contra Tarentinos) v. Strab. p. 265. 264. ceterum ab iisdem Crotoniatis, a quibus Sybaris, Siris etiam expugnata est (Iustin. XX, 2).

Συρακουσίων.

196. (535)

Poll. VI, 16 (s. *οἶνος*): *καί που καὶ* (sc. *ἐστὶν οἶνος*) *γλυκὺς Πόλλιος· ἔστι μὲν ἐκ Συρακουσῶν, Πόλλις δ' αὐτὸν ὁ Ἀργεῖος πρῶτος ἐπεσκεύασεν, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα, ἢ ἀπὸ τοῦ Συρακοσίων βασιλέως Πόλλιδος, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει.*

Loci Aristotelei vestigia habes etiam in Athen. epit. I p. 31[b] ... *ἣν* (sc. vitem Biblinam: haec enim ad Hippyis Rhegini locum antea citati, cui male tribuit C. Müller in Hippyis fr. 7, non iam pertinent) *Πόλλιν τὸν Ἀργεῖον, ὃς ἐβασίλευσε Συρακοσίων, πρῶτον εἰς Συρακούσας κομίσαι* (*φασὶν*) *ἐξ Ἰταλίας· εἴη ἂν οὖν ὁ παρὰ Σικελιώταις γλυκὺς καλούμενος Πόλλιος ὁ Βίβλινος οἶνος.* item in Etym. M. p. 197, 32 s. *Βίβλινος*

οἶνος: *οἷον «ὕδωρ δὲ πίνει, τὸν δὲ Βίβλινον στυγεῖ». ἀπὸ Βιβλίνης οὕτω καλουμένης Θρακίας ἀμπέλου, ἥτις διὰ τὸ εὐθαλὴς εἶναι ἐν Ἑλλάδι, μετετέθη καὶ ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ Πόλλιδος τοῦ Σικυωνίου* (corr. *Συρακουσίου*) *τυράννου· ἔνθεν αὐτήν τινες καὶ Πόλλιον καλοῦσιν. Ἐπίχαρμος δὲ* etc. Aelianus denique var. hist. 12, 31 ... *καὶ ἐν Συρακούσαις Πόλλιος· ἐκλήθη δὲ ἀπό τινος ἐγχωρίου βασιλέως.*

Ceterum non hic solum sed alter etiam Aristotelis e Troezen. pol. locus ab Athenaeo additus e reliquiis est disputationis de vinis nobilibus e Didymi lexico comico (qui semel ipse citatur Athen. p. 30[d] de Pramnio) vel potius e Pamphilo sumtae, quae leguntur apud Athen. epit. I c. 51—58, Poll. 6, 15—17, Aelian. (quem ipso Athenaeo usum fuisse falso statuit Iacobs ed. praef. p. 37) var. hist. 12, 31 atque e loco de Pramnio vino (Athen. p. 30) apud Hesych. et Phot. (= Suid.) s. v. *Πράμνιος*, cf. Etym. M. p. 686, 29 et de Biblino (Ath. 31[a]) apud Etym. M. p. 197, 32 s. *Βίβλινος*, cf. Lex. Seg. p. 225, 31. e Pausaniae denique lexico apud Eustath. in Od. p. 1385, 15 (*γλεῦξις* cf. Poll. 6, 16—17. Athen. ep. I p. 31[e]).

197. (536)

Phot. (et ex eodem lexico eadem Suidas) s. *καλλικύριοι*: *οἱ ἀντὶ τῶν γεωμόρων ἐν Συρακούσαις γενόμενοι, πολλοί τινες τὸ πλῆθος. δοῦλοι δ' ἦσαν οὗτοι τῶν φυγάδων, ὡς Τίμαιος ἐν ϛ· ὅθεν τοὺς ὑπερβολῇ πολλοὺς καλλικυρίους ἔλεγον. ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ τοῦ εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν παντοδαποὶ ὄντες, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν Συρακουσίων πολιτείᾳ, ὅμοιοι τοῖς Λακεδαιμονίων εἵλωσι καὶ παρὰ Θεσσαλοῖς πενέσταις καὶ παρὰ Κρησὶ κλαρώταις.*

Cf. ex eodem fonte Zenob. prov. 4, 54 *καλλικυρίων πλείους*: *οὕτως ἐν Συρακούσαις ἐκλήθησαν οἱ ἐπεισελθόντες γεωμόροις καλλικύριοι* (eadem ex eodem fonte i. e. Didymo derivata apud Hesych. s. *κιλλικύριοι*: *οἱ ἐπεισελθόντες γεωμόροις· δοῦλοι δὲ ἦσαν οὗτοι καὶ τοὺς κυρίους ἐξέβαλον*, de qua re v. Herod. 7, 155 ubi vocantur *κυλλύριοι*). *ἔνθεν παροιμιωδῶς ἔλεγον, εἴ ποτε πλῆθος ἤθελον ἐμφῆναι, ὅτι πλείους ἦσαν τῶν καλλικυρίων. δοῦλοι δὲ ἦσαν οὗτοι καὶ τοὺς κυρίους ἐξέβαλον. ἡ δὲ αἰτία τῆς κλήσεως αὐτῶν διὰ τὸ παντοδαποὺς εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν ὥστε τοῖς κυρίοις ἐγκεῖσθαι.* cf. Plutarch. prov. 10.

Verior vocis forma quam habet Hesychius apud eundem Photium legitur s. *κιλλικύριοι* (= *κιλλαγύριοι*? i. e. *ὀνηλάται*, a *κίλλος ὄνος* et *ἀγείρειν*, cf. *κιλλακτήρ* ap. Hes. s. v. et Poll. 7, 56. 185): *ἐν Συρακούσαις τινὲς ἐκλήθησαν, οἱ ἀντὶ τῶν γεωμόρων μέρος καταλαβόντες τοῦ πολιτεύματος οἷον εἵλωτες καὶ πενέσται τινές.* cum eisdem memoran-

tur Cretensium κλαρῶται, Μαριάνδυνοι Heracleotarum, εἵλωτες Laced., Thessalorum πενέσται etiam apud Phot. s. κλαρῶται, et praeterea in Etymolog. Gudiano p. 165, 53 s. εἵλωτες Atheniensium θῆτες, Argivorum γυμνῆτες vel γυμνήσιοι et Sicyonii κορυνηφόροι (cf. Poll. 3, 83. Steph. B. s. Χίος et de omni hac materia O. Müller, Dor. lib. III c. 4). quae omnia ex uno eodemque loco eiusdem auctoris (Didymi, ut docet Hesychii et Zenobii et inter se et cum ceteris lexicis consensus) de helotibus servitiique modis similibus disserentis sumta sunt, ex quo et Athenaeus hausit VIII c. 84 sqq. (cf. etiam Suid. = Phot. p. 409, 18 s. πενέσται cum Athen. 8, 85) et Harpocration s. εἱλωτεύειν et s. πενέσται, qui de helotis eadem explicatione utitur εἵλ. οἱ μὴ γόνῳ δοῦλοι etc. quam ex eodem fontis loco, ubi et de helotibus sermo erat et de penestis ceterisque, penestis adhibet Athen. VI, 85 πενέστας scribens τοὺς μὴ γόνῳ δούλους: id quod confirmat, qui utrisque simul et helotibus et penestis eandem illam addiderat descriptionem auctor lexici rhetorici s. εἵλωτες apud Eustath. in Il. p. 295 Rom.: ὅτι ὥσπερ εἵλωτες ἐν Λακεδαίμονι οὕτω πενέσται μὲν παρὰ Θετταλοῖς οἱ μὴ γόνῳ δοῦλοι ἀλλὰ πολέμῳ, καλλικύριοι δὲ ἐν Συρακούσαις, Μαριάνδυνοι δὲ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ καὶ κλαρῶται ἐν Κρήτῃ.

198. (537)

Schol. (e Did.) in Pind. Pyth. I, 89: αὐτὸν δὲ τὸν Ἱέρωνα ἐν τῇ τῶν Συρακουσίων πολιτείᾳ (φησὶν Ἀριστοτέλης) δυσουρίᾳ δυστυχῆσαι. cf. supra ad Gelens. pol.

199. (538)

Athen. X p. 435[e]: Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῇ Συρακουσίων πολιτείᾳ καὶ συνεχῶς φησὶν αὐτὸν (scil. Διονύσιον τὸν νεώτερον) ἔσθ' ὅτε ἐπὶ ἡμέρας ἐνενήκοντα μεθύειν· διὸ καὶ ἀμβλυωπότερον γενέσθαι τὰς ὄψεις.

Cf. Plutarch. Dion. 7: κατὰ μικρὸν ἡ περὶ τὸ μειράκιον ἄνεσις τοὺς ἀδαμαντίνους δεσμοὺς ἐκείνους (cf. Ael. 6, 12), οἷς ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος ἔφη δεδεμένην ἀπολείπειν τὴν μοναρχίαν, ἐξέτηξε καὶ διέφθειρεν. ἡμέρας γάρ, ὥς φασιν, ἐνενήκοντα συνεχῶς ἔπινεν ἀρξάμενος καὶ τὴν αὐλὴν ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ... μέθαι καὶ σκώμματα ... κατεῖχον. ubi historici cuiusdam (Theopompi) eiusdemque narrationi qui ab Aeliano excerptus est, Aristotelis non nisi pauca illa verba aliunde accepta nec satis apte inseruntur. quibus consentiunt Theopompi (qui de eadem re ab Aeliano citatur var. hist. 6, 12) et Theophrasti testimonia cum Aristotele allata ab Athenaeo.

200. (539)

Pollux IX, 87: *τοῦτό γε μὴν οὐκ ἄκαιρον, ὅτι τὸ μὲν Ἀττικὸν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἐδύνατο δραχμὰς Ἀττικάς ... τὸ μέντοι Σικελικὸν τάλαντον ἐλάχιστον ἴσχυεν, τὸ μὲν ἀρχαῖον, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, τέτταρας καὶ εἴκοσι τοὺς νούμμους, τὸ δὲ ὕστερον δυοκαίδεκα. δύνασθαι δὲ τὸν νοῦμμον τρία ἡμιωβόλια.*

Siculum hoc talentum esse Syracusanum Festi loco comparato statuit Boeckh, Metrolog. Untersuch. p. 312. 355. accedit quod ultima verba ab Aristotele aliena *δύνασθαι δὲ τὸν νοῦμμον τρία ἡμιωβόλια*, quibus idem nummus definitur de quo praecedit Aristotelis testimonium, ex Apollodori in Sophronem Syracusanum commentario derivata sunt. utriusque scriptoris locos Didymus ut solet apposuerat, e Pamphili lexico vel Diogeniano acceperat Pollux. hunc enim fontem agnoscit scholium codd. BL in Hom. Il. ε, 576 (quod non solum a Suida s. *τάλαντον* repetitur, extremis tamen de nummo verbis abiectis, sed similiter etiam in margine codicis cuiusdam Romani sermonum quorundam Gregorii Nazianzeni epitaphio in patrem adscriptum invenerat Montfaucon, Diar. Ital. p. 214): *ὁ δὲ Διόδωρος ἐν τῷ περὶ σταθμῶν «τάλαντόν ἐστι μνῶν ἑξήκοντα, ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ρ̄, ἡ δὲ δραχμὴ ὀβολῶν ϛ̄, ὁ δὲ ὀβολὸς χαλκῶν η̄, ὁ δὲ χαλκοῦς λεπτῶν ζ̄». τὸ τάλαντον δὲ τὸ νῦν λεγόμενεν Ἀττικόν* (cf. schol. Hom. Il. ι, 122 *τάλαντα: τὰ νῦν ἑξακισχίλια λέγεται παρὰ Ἀθηναίοις* i. e. *ἑξακισχιλίας δύναται.* quod e lexico *τῆς Ἰλιάδος* i. e. ex his ipsis schol. Homer. repetitur ab auctore Etym. M. p. 744, 40)· *παρὰ δὲ Σικελιώταις* (sec. Aristot.) *τὸ μὲν ἀρχαῖον ἦν νούμμων* (quod in *μνῶν* corruptum est et in schol. Hom. et apud Suid. et schol. Gregor.) *κδ̄, νῦν δὲ ιβ̄. δύναται δὲ εἶναι τρία ἡμιωβόλια* (nummus scil., de quo Boeckh l. c. p. 312), *ὡς ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος Ἀπολλόδωρος. ἐκ τῶν Διογενιανοῦ τῆς ἐπιτομῆς* (*τῶν Οὐσηστίνου* i. e. *Οὐηστίνου* addit schol. Greg., cf. Suid. s. v.) *Ἑλληνικῶν ὀνομάτων* (cf. schol. B ad Il. β, 169 = qu. Homer. fr. 2). ceterum haec olim pertinebant ad vocem *τάλαντον*, sub qua quae habent Phot. p. 566, 3—24 et Suidas et Etym. M. p. 744, 17—33 ex uno eodemque lexico (non autem ex Polluce) transscripta, eadem e lexici huius fonte uberiora extant apud Pollucem 9, 52—55. *νόμον* autem scripsisse Aristotelem, non *νοῦμμον* (ut Pollux), recte adnotavit Ahrens de dial. Dor. p. 391 (cf. Boeckh l. c. p. 310).

Ταραντίνων.

201. (540)

Poll. IX, 80 (de cuius fonte cf. ad Agrigent. pol. fr.): *ὁ δὲ νοῦμ-*

μος ... ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων. Ἐπίχαρμός τε γὰρ ἐν ταῖς χύτραις φησὶν ... καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ταραντίνων πολιτείᾳ καλεῖσθαί φησι νόμισμα παρ' αὐτοῖς νοῦμμον, ἐφ' οὗ ἐντετυπῶσθαι Τάραντα τὸν Ποσειδῶνος δελφῖνι ἐποχούμενον (cf. Boeckh, Metrol. Unters. p. 317).

Τεγεατῶν.

202. (541)

Schol. in Apollon. Rh. IV, 264, p. 494 Keil. (unde Eudocia p. 438) *Ἀρκάδες οἳ καὶ πρόσθεν: οἱ Ἀρκάδες δοκοῦσι πρὸ τῆς σελήνης γεγονέναι, ὡς καὶ Εὔδοξος ἐν γῆς περιόδῳ ... Μνασέας δέ φησι Προσέληνον Ἀρκάδων* (*πρὸ σελήνης Ἀρκάδας* schol. vulg. p. 586 Lips. et Eud.) *βασιλεῦσαι. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Τεγεατῶν πολιτείᾳ φησὶν ὅτι βάρβαροι τὴν Ἀρκαδίαν ᾤκησαν, οἵτινες ἐξεβλήθησαν ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων ἐπιθεμένων αὐτοῖς πρὸ τοῦ ἐπιτεῖλαι* (*ἀνατεῖλαι* Eud.) *τὴν σελήνην, διὸ κατωνομάσθησαν προσέληνοι. Δοῦρις δὲ ... τινὲς δέ φασιν Ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς σελήνης, ὅθεν καὶ προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας κληθῆναι.*

203. (542)

Plutarch. quaest. Graec. 5: *τίνες οἱ παρὰ Ἀρκάσι καὶ Λακεδαιμονίοις χρηστοί; Λακεδαιμόνιοι Τεγεάταις διαλλαγέντες ἐποιήσαντο συνθήκας καὶ στήλην ἐπ' Ἀλφειῷ κοινὴν ἀνέστησαν, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται Μεσσηνίους ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς χώρας καὶ μὴ ἐξεῖναι χρηστοὺς ποιεῖν. ἐξηγούμενος οὖν ὁ Ἀριστοτέλης τοῦτό φησι δύνασθαι τὸ μὴ ἀποκτιννύναι βοηθείας χάριν τοῖς λακωνίζουσι τῶν Τεγεατῶν.*

Eodem fragmento utitur Plutarch. in quaest. Rom. 52 (qua *εὐχὴν* quam dicit Romanorum explicaret *μηδένα χρηστὸν γενέσθαι τῶν οἰκογενῶν*) ... *καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Ἀρκάδων πρὸς Λακεδαιμονίους συνθήκαις γεγράφθαι φησὶ μηδένα χρηστὸν ποιεῖν βοηθείας χάριν τοῖς λακωνίζουσι τῶν Τεγεατῶν, ὅπερ εἶναι μηδένα ἀποκτιννύναι.*

Τενεδίων.

204. (543)

Stephan. Byz. ethn. ep. s. *Τένεδος: νῆσος τῶν Σποράδων ... ἐκαλεῖτο δὲ Λευκόφρυς ... καὶ παροιμία Τενέδιος αὐλητής, ἐπὶ τῶν τὰ ψευδῆ μαρτυρούντων. τὸν γὰρ αὐλητὴν ἡ Φυλονόμη πρὸς Κύκνον ἤγαγε μαρτυροῦντα ὅτι Τένης αὐτὴν ἤθελε βιάσασθαι. ἔστι καὶ ἑτέρα παροιμία Τενέδιος πέλεκυς, ἐπὶ τῶν ἤτοι πικρῶς ἢ καὶ*

μᾶλλον συντόμως ἀποκοπτόντων τὰ ζητήματα καὶ τὰ ἄλλα πράγματα. καί φησιν Ἀριστείδης καὶ ἄλλοι τὸν ἐν Τενέδῳ Ἀπόλλωνα πέλεκυν κρατεῖν διὰ τὰ συμβάντα τοῖς περὶ Τένην. ἢ μᾶλλον, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Τενεδίων πολιτείᾳ, ὅτι βασιλεύς τις ἐν Τενέδῳ νόμον ἔθηκε τὸν καταλαμβάνοντα μοιχοὺς ἀναιρεῖν πελέκει ἀμφοτέρους. ἐπειδὴ δὲ συνέβη τὸν υἱὸν αὐτοῦ καταληφθῆναι μοιχόν, ἐκύρωσε καὶ περὶ τοῦ ἰδίου παιδὸς τηρηθῆναι τὸν νόμον καὶ ἀναιρεθέντος εἰς παροιμίαν παρῆλθε τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τῶν ὠμῶς πραττομένων. διὰ τοῦτό φησι καὶ ἐπὶ τοῦ νομίσματος τῶν Τενεδίων κεχαράχθαι ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ μέρει πέλεκυν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου δύο κεφαλὰς εἰς ὑπόμνησιν τοῦ περὶ τὸν παῖδα παθήματος. ἔστι καὶ ἄλλη παροιμία Τενέδιος ξυνήγορος, ὁ ἀπότομος καὶ σκληρός (haec ultima plenius apud Phot. p. 576, 15—17 et Suid. s. *Τενέδιος ξυνήγορος*, unde Macar. 8, 7).

Eadem omnia, quae Stephanus, legerat Diogenianus, apud quem (prov. 8, 58) nunc quidem apposita habentur haec s. *Τενέδιος πέλεκυς: ἐπὶ τῶν πικρῶς ἢ μᾶλλον συντόμως ἀποκοπτόντων τὰς ζητήσεις ἢ καὶ τἄλλα πράγματα. ἢ ἐπὶ τῶν ὠμῶν νόμων· νόμον γάρ τις ἔταξε παρ' αὐτοῖς τὸν καταλαβόντα μοιχὸν πελέκει κόπτειν.* legerat etiam Hesychius, qui ita mutilavit s. *Τενέδιον βέλος: ἀντὶ τοῦ Τενέδιως πέλεκυς. παροιμία δέ ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀποτόμως τι πραττόντων* (cf. Macar. 8, 7)· *ἐπεὶ* (ed. *ἔτι*) *ἄρα τὸ πρᾶγμα Τενέδιοι* (ed. *Τενεδίῳ*, cod. *Τενέδιον*) *πελέκει συνέκοψαν: — Τενέδιος ξυνήγορος, ὁ ἀπότομος καὶ σκληρός.* Aristotelis locum duobus, ut videtur, diversorum lexicorum glossis in communi fonte coniunctis Photius etiam et Suidas (inde Apostol. 16, 26) reddunt s. *Τενέδιος πέλεκυς: Ἀριστοτέλης μέντοι, ὅτι βασιλεὺς Τενέδιος μετὰ πελέκεως δικάζων τὸν ἀδικοῦντα εὐθέως ἀνῄρει* (cf. Hes. non enim haec ad ea redire credo quae casu quodam similia e Zenobiana explicatione habet Photius p. 576, 10. quod si tamen esset, Aristotelis nomen in falsum locum male transtulisse lexicographus, non utramque Aristoteles putandus esset causam narrasse cum Schneidewino ad Her. p. 66. revera autem in Photii eodem loco, quo gemina Aristotelica, etiam Zenob. explicatio sequitur p. 576, 25)· *ἢ ὅτι* (sequuntur quae Plutarchus etiam habet de Pyth. orac. 12) ... *ἢ ὅτι βασιλεύς τις νόμον θεὶς πελέκει τοὺς μοιχοὺς ἄμφω καρατομεῖν καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἐτήρησε τοῦτο· καθ' ὃ καὶ ἐν τῷ νομίσματι ἐφ' οὗ μὲν πέλεκυς ἐφ' οὗ δὲ δύο πρόσωπα ἐξ ἑνὸς αὐχένος.* iam vero eadem de his rebus doctrina (Didymea scilicet), quam Diogeniani fons tulit et Hesychii et Stephani, ex Heraclide excerpta legitur (p. 12), ita ut utrumque proverbium appareat, obscurius primum, diserte alterum et *Τενέδιος αὐλητής* cum

eadem de noverca narratione quae a Zenobio atque in lexicis Photii et Suidae (Apost. 16, 25) s. *Τενέδιος ἄνθρωπος* apponitur verbisque communem cum Zenobio Didymi et Tarrhaei epitomatore fontem prodentibus narrata, cum aliis insuper quae Diodorus quoque similiterque addidit (5, 83: *νόμιμον ἔθεντο μηδένα αὐλητὴν εἰς τὸ τέμενος εἰσιέναι.* cf. Plut. qu. Gr. 28), et *Τενέδιος πέλεκυς* cum Aristotelica explicatione verbisque ex parte Aristotelis e Stephano Photioque notis, his quidem (p. 12, 13): *νόμον δέ τινά φασι τῶν βασιλέων Τενεδίοις θέσθαι, εἴ τις λάβοι μοιχόν, ἀποκτεῖναι τοῦτον πελέκει. ἁλόντος δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ λαβόντος ἐρομένου τὸν βασιλέα τί χρὴ ποιεῖν, ἀποκρίνασθαι τῷ νόμῳ χρῆσθαι. καὶ διὰ τοῦτο τοῦ νομίσματος αὐτοῦ ἐπὶ θάτερα πέλεκυς κεχάρακται, ἐπὶ θάτερα δὲ ἐξ ἑνὸς αὐχένος πρόσωπον ἀνδρὸς καὶ γυναικός. καὶ ἐκ τούτου λέγεται ἐπὶ τῶν ἀποτόμων τὸ ἀποκεκόφθαι Τενεδίῳ πελέκει.* quae non dubito quin ex Didymo revera petierit Heraclides (cf. ad pol. Sam. et Corinth.), quem omnino credo collectanea sua de politiis omnia e Didymi lexico (cf. Menandri test. ap. Zen.) conscripsisse in hunc ab ipso finem, ut in alios ab aliis multis (velut a Polluce et Athenaeo, intercedente quidem Pamphilo), excerpto.

205. (544)

Strabo VIII p. 380: *καὶ ἡ Τενέα δ' ἐστὶ κώμη τῆς Κορινθίας, ἐν ᾗ τοῦ Τενεάτου Ἀπόλλωνος ἱερόν . . . δοκεῖ δὲ καὶ συγγένειά τις εἶναι Τενεδίοις πρὸς τούτους ἀπὸ Τέννου τοῦ Κύκνου, καθάπερ εἴρηκεν Ἀριστοτέλης· καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος δὲ τιμὴ παρ' ἀμφοτέροις ὁμοία οὖσα δίδωσιν οὐ μικρὰ σημεῖα.*

Cf. Pausan. II, 5 de Tenea: *οἱ δὲ ἄνθρωποί φασιν οἱ ταύτῃ Τρῶες εἶναι, αἰχμάλωτοι δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκ Τενέδου γενόμενοι ἐνταῦθα Ἀγαμέμνονος δόντος οἰκῆσαι· καὶ διὰ τοῦτο θεῶν μάλιστα Ἀπόλλωνα τιμῶσιν.* idem de Sami colonis argumentum ex antiquo fonte (fort. Aristotele, cf. ad Sam. pol. fr. 183) repetit Iambl. v. Pyth. s. 4.

(*Τηνίων.*)

206. (545)

Plin. n. h. IV s. 22, 65: *Tenos . . . quam propter aquarum abundantiam Aristoteles Hydrussam appellatam ait, aliqui Ophiussam.*

Ex eodem fonte Stephan. Byz. s. *Τῆνος*: *νῆσος Κυκλάς, ἀπὸ οἰκιστοῦ Τήνου. ἐκλήθη καὶ Ὑδροῦσσα διὰ τὸ κατάρρυτον εἶναι, καὶ Ὀφιοῦσσα.*

Τροιζηνίων.

207. (546)

Athen. epit. I p. 31[c]: *εἴη ἂν οὖν ὁ παρὰ Σικελιώταις γλυκὺς καλ. Πόλλιος ὁ Βίβλινος οἶνος* (haec ad alium Aristotelis locum pertinent, de quo v. in Syracus. pol. fr. 196. quae sequuntur ab epitomatore mutilata non cum illis cohaerent, quemadmodum C. Müller falso statuit et ad Ar. polit. fr. 95 et ad Hippyis Rhegini fr. 7, sed cum altero Aristotelis testimonio ex Troezen. pol., id quod non solum e loco Plutarcheo sed Suidae etiam ratione confirmatur, qui quum s. *Ἀλθηφιάς* Athenaei loco utatur (cf. Zonar. p. 126) recte simul apponit oraculum illud. de utriusque Ar. fragmenti fonte v. ad Syrac. pol.). *ἐν τῷ χρησμῷ, φησίν, ὁ θεὸς ηὐτομάτισε·*

πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις
οὐδ' ἱερὰν Ὑπέραν, ὅθι γ' ἄτρυγον οἶνον ἔπινες.

ὠνομάζετο δὲ παρὰ Τροιζηνίοις, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ αὐτῶν πολιτείᾳ, ἄμπελος Ἀνθηδονιὰς καὶ Ὑπεριὰς ἀπὸ Ἄνθου (a quo urbis nomen ducitur etiam schol. Il. *β*, 508) *τινὸς καὶ Ὑπέρου, ὡς καὶ Ἀλθηφιὰς ἀπὸ Ἀλθηφίου* (cf. *Ἄλθηπος, Ἀλθηπία* Paus. 2, 30) *τινὸς ἑνὸς τῶν Ἀλφειοῦ ἀπογόνων.*

208. (547)

Plutarch. quaest. Graec. c. 19: *Τίς ἡ Ἀνθηδὼν περὶ ἧς ἡ Πυθιὰς εἶπε· πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις; ἡ γὰρ ἐν Βοιωτοῖς οὐκ ἔστι πολύοινος. τὴν Καλαυρίαν* (quae est insula *πλησίον Τροιζῆνος*) *Εἰρήνην τοπαλαιὸν ὠνόμαζον* (auctore Anticlide apud Harpocr. s. *Καλαυρία*, e quo Phot. et Suid., cf. etiam Steph. Byz. s. v.) *ἀπὸ γυναικὸς Εἰρήνης, ἣν ἐκ Ποσειδῶνος καὶ Μελανθείας τῆς Ἀλφειοῦ γενέσθαι μυθολογοῦσιν. ὕστερον δὲ τῶν περὶ Ἄνθην καὶ Ὑπέρην αὐτόθι κατοικούντων Ἀνθηδονίαν καὶ Ὑπέρειαν ἐκάλουν τὴν νῆσον* (cf. Paus. 2, 30. de Anthe Strab. 8 p. 374). *εἶχε δὲ ὁ χρησμὸς οὕτως, ὡς Ἀριστοτέλης φησί·*

πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις
οὐδ' ἱερὰν Ὑπέραν, ὅθι γ' ἄτρυγον οἶνον ἔπινες.

ταῦτα μὲν ὁ Ἀριστοτέλης· ὁ δὲ Μνασιγείτων φησὶν Ὑπέρητος ἀδελφὸν ὄντα τὸν Ἄνθην ἔτι νήπιον ἀπολέσθαι καὶ τὸν Ὑπέρην κατὰ ζήτησιν αὐτοῦ πλανώμενον εἰς Φερὰς πρὸς Ἄκαστον, ἢ Ἄδραστον, ἐλθεῖν, ὅπου κατὰ τύχην ὁ Ἄνθης ἐδούλευεν οἰνοχοεῖν τεταγμένος. ὡς οὖν εἱστιῶντο, τὸν παῖδα προσφέροντα τῷ ἀδελφῷ ἐπιγνῶναι καὶ εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν ἡσυχῇ· πῖν' οἶνον τρυγίαν, ἐπεὶ οὐκ Ἀνθηδόνα ναίεις.

209. (548)

Plutarch. Thes. 3: *Θησέως τὸ μὲν πατρῷον γένος εἰς Ἐρεχθέα καὶ τοὺς πρώτους αὐτόχθονας ἀνήκει, τῷ δὲ μητρῴῳ Πελοπίδης ἦν. Πέλοψ γὰρ οὐ χρημάτων πλήθει μᾶλλον ἢ παίδων μέγιστον ἴσχυσε τῶν ἐν Πελοποννήσῳ βασιλέων, πολλὰς μὲν ἐκδόμενος θυγατέρας τοῖς ἀρίστοις, πολλοὺς δὲ ταῖς πολιτείαις υἱοὺς ἐγκατασπείρας ἄρχοντας· ὧν εἷς γενόμενος Πιτθεὺς ὁ Θησέως πάππος πόλιν μὲν οὐ μεγάλην τὴν Τροιζηνίων ᾤκισε, δόξαν δὲ μάλιστα πάντων ὡς ἀνὴρ λόγιος ἐν τοῖς τότε καὶ σοφώτατος ἔσχεν. ἦν δὲ τῆς σοφίας ἐκείνης τοιαύτη τις ὡς ἔοικεν ἰδέα καὶ δύναμις, οἵᾳ χρησάμενος Ἡσίοδος εὐδοκίμει μάλιστα περὶ τὰς ἐν τοῖς Ἔργοις γνωμολογίας. καὶ μίαν γε τούτων ἐκείνην λέγουσι Πιτθέως εἶναι· μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω* (erg. 370). *τοῦτο μὲν οὖν καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος εἴρηκεν. ὁ δ' Εὐριπίδης τὸν Ἱππόλυτον ἁγνοῦ Πιτθέως παίδευμα προσειπὼν ἐμφαίνει τὴν περὶ τὸν Πιτθέα δόξαν. Αἰγεῖ δὲ παίδων δεομένῳ* etc.

Aristotelis hoc de Pitthei Troezeniorum (cum Troezene fratre) conditoris sapientia (non autem de Pittheo Thesei avo) manifestum est nonnisi interponi alius cuiusdam de Theseo scriptoris Attici narrationi quam reddat Plutarchus, neque ex Atheniensium republica excerptum fuisse sed ex Troezeniorum.

(*Χαλκηδονίων.*)

210. (549)

Plinius n. h. VII s. 57 (quae est *περὶ εὑρημάτων* e Philostephani libro derivata aeque ac similis illa Clementis Alex. collectio in strom. I c. 16. auctores ex uno fonte citatos habes p. 132 extr. Sylb. cf. etiam supra ad Athen. pol. fr. 6): *longa nave Iasonem primum navigasse Philostephanus auctor est, Hegesias Paralum, Ctesias Semiramim, Archemachus Aegaeonem. biremem Damastes Erythraeos fecisse, triremem Thucydides* (1, 13) *Aminoclem Corinthium, quadriremem Aristoteles Carthaginienses, quinqueremem Mnesigiton Salaminios, sex ordinum Xenagoras Syracusios, ab ea ad decemremem Mnesigiton Alexandrum Magnum, ad XII ordines Philostephanus Ptolemaeum Soterem, ad quindecim Demetrium Antigoni, ad XXX Ptolemaeum Philadelphum, ad XL Ptolemaeum Philopatorem qui Tryphon cognominatus est. onerariam* etc.

Cf. Clemens Alex. strom. I p. 132 Sylb. (t. II p. 54, 11 Lips.): *Καρχηδόνιοι δὲ πρῶτοι τετρήρη κατεσκεύασαν, ἐναυπήγησε δὲ αὐτὴν Βόσπορος αὐτοσχέδιον* (*αὐτόχθων* Euseb. ex Clem. et exc. Palat. cf. Klotz

in ed. Lips. t. IV p. 214). in utroque autem loco pro Carchedoniis Chalcedonios intelligendos esse solenni errore (Plinii etiam tempore) confusos, Bospori nomen admonet.

(*Χαλκιδέων.*)

Ab hac philosophi Stagiritae politia diversum ferebatur alius veterisque auctoris Aristotelis (nisi forte legendum est: Archemachi) Chalcidensis opus inscr. *περὶ Εὐβοίας* vel *Εὐβοικά* (*Ἀρ. ὁ Χαλκιδεὺς ἐν τῷ περὶ Εὐβοίας* Harp. s. *Ἄργουρα*, *Ἀρ. ὁ περὶ Εὐβοίας πεπραγματευμένος* qui citatur a Lysimacho Alexandrino *ἐν τῷ β̄ τῶν νόστων* ap. schol. Apoll. Rh. 1, 558), qualia praeter istum multi ediderunt (*οἱ τὰ Εὐβοικὰ γράψαντες* Harp. s. *Ταμῦναι*): Suidas (sch. Ap. l. c.), *Ἀρχέλαος* (Harp. s. *Ἀλόννησος*) sive potius *Ἀρχέμαχος* (Harp. s. *Κοτύλαιον ὄρος*. Athen. 6, 264[a]).

211. (550)

Strabo X p. 445: *οὐ μόνον δὲ Μάκρις ἐκλήθη ἡ νῆσος* (Euboea scil.) *ἀλλὰ καὶ Ἀβαντίς. Εὔβοιαν γοῦν εἰπὼν ὁ ποιητὴς τοὺς ἀπ' αὐτῆς Εὐβοίας οὐδέποτε εἴρηκεν ἀλλ' Ἄβαντας ἀεί* (cf. schol. ad Il. *β*, 536. Etym. Gud. p. 217, 13) ... *φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ἐξ Ἄβας τῆς Φωκικῆς Θρᾷκας ὁρμηθέντας ἐποικῆσαι τὴν νῆσον καὶ ἐπονομάσαι Ἄβαντας τοὺς ἔχοντας αὐτήν· οἱ δὲ ἀπὸ ἥρωός φασι, καθάπερ καὶ Εὔβοιαν ἀπὸ ἡρωίνης* (eadem e Strabone Eust. in Il. p. 281).

De metonomasiis insulae praeter Strabonem cf. Plin. 4 s. 21, Steph. s. *Ἀβαντίς* (cf. schol. Apoll. Rh. 4, 1175) et *Εὔβοια*, Etym. M. p. 389, 1. Eustath. in Dionys. perieg. 520 (ed. Oxon. 1697 p. 208): *καὶ τὴν μὲν Μάκριν, ὅ ἐστι τὴν Εὔβοιαν, Ἀβαντιάδα λέγει* (*ὁ Διονύσιος*) *ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἔθνους τῶν Ἀβάντων, Θρᾳκίου ἔθνους, ὥς φησιν Ἀρριανός* (de quo cf. ad Del. pol.), *κληθέντος οὕτως ἀπό τινος Ἀργείου υἱοῦ Ποσειδῶνος Ἄβαντος.* cf. Steph. s. *Ἀβαντίς*: *ἡ Εὔβοια ... ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἄβαντος τοῦ Ἀργείου ἢ τοῦ υἱοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀρεθούσης* (eandem genealogiam tradit Porphyrius ad Il. *β*, 540 ap. Eust. p. 281), *ὡς Ἀριστοκράτης* (qui Aristocrates idem sine dubio qui Plinio est Aristocritus de Samo insula una cum Aristotele citatus 5 s. 37. cf. Müll. Fr. hist. IV p. 336 et 333).

212. (551)

Strabo X p. 447: *αἱ δ' οὖν πόλεις αὗται* (sc. Chalcis et Eretria) *διαφερόντως αὐξηθεῖσαι καὶ ἀποικίας ἔστειλαν ἀξιολόγους εἰς Μακεδονίαν. Ἐρέτρια μὲν γὰρ συνῴκισε τὰς περὶ Παλλήνην καὶ τὸν Ἄθω*

πόλεις, ἡ δὲ Χαλκὶς τὰς ὑπὸ Ὀλύνθῳ, ἃς Φίλιππος διελυμήνατο· καὶ τῆς Ἰταλίας τε καὶ Σικελίας πολλὰ χωρία Χαλκιδέων ἐστίν. ἐστάλησαν δὲ αἱ ἀποικίαι αὗται, καθάπερ εἴρηκεν Ἀριστοτέλης, ἡνίκα ἡ τῶν ἱπποβοτῶν (Chalcidensium, v. Herod. 5, 77. 6, 100. Plut. Pericl. 23) *ἐπεκράτει πολιτεία· προέστησαν γὰρ αὐτῆς ἀπὸ τιμημάτων ἄνδρες ἀριστοκρατικῶς ἄρχοντες.*

---

212 a. (551)

Apostolius proverb. XI, 97 Leutsch. *νάνος ὢν ὕπεικε: ἐπὶ τῶν μικρῶν. οὕτω Νεοκλείδης καὶ Ἀριστοτέλης, ὁ δὲ Θεόφραστος ὡς νάνον καὶ αἰδοῖον ἔχοντα μέγα· οἱ γοῦν νάνοι* (cf. Arist. h. a. 6, 24) *μέγα αἰδοῖον ἔχουσιν.*

Cf. Suid. (et similiter etiam Hesych., Photius) s. *νάνος: ἐπὶ τῶν μικρῶν παρὰ Νεοκλείδῃ καὶ Ἀριστοτέλει.*

Hoc Aristotelis testimonium (si quidem revera proverbium indicatur: nam glossam potius ex lexico quodam hic repeti credas scriptorum usu illustratam. cf. Leutsch ad Apost.) ex politiis sumtum fuisse puto, e quibus alia proverbia plurima citantur apud paroemiographos aliosque. *παροιμίαι* enim eius qui ferebantur (D. L. 5, 26. cf. Schneidewin. praef. ad paroemiogr. Gr. p. III) nusquam adhibentur aliorumque Peripateticorum *περὶ παροιμιῶν* libris locum cesserunt, velut Theophrasti (D. L. 5, 45) et (de quo cf. etiam supra Ar. fr. 6) Clearchi. atque simili quidem ratione ad politias (Thessal. fr. 112) pertinere dixi proverbium *ἐς κόρακας*, Harpocrationis autem locum s. *ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι*, quod proverbium *Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν καὶ Ἀριστοτέλης Βίαντος* esse dixerint, ad Arist. eth. 5, 3. 1130, 1 referendum esse patet.

Cephisosodori Isocratei vituperatione (qui *ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον τῷ παροιμίας ἀθροῖσαι, Ἀντιφάνους ὅλον ποιήσαντος δρᾶμα τὸ ἐπιγραφόμενον παροιμίαι* sec. Athen. II p. 60[c]) non librum quendam certum notari sed morem philosophi notissimum a discipulis Isocrateorum inimicis peculiarium librorum editione propagatum monuit Rose de Ar. l. p. 51.

---

212 b. (552)

Clemens Alex. strom. I p. 144 Sylb.: *Ἐξήκεστός τε ὁ Φωκέων τύραννος δύο δακτυλίους φορῶν γεγοητευμένους τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους διῃσθάνετο τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων, ἀπέθανεν δὲ ὅμως δολοφονηθεὶς καίτοι προσημήναντος τοῦ ψόφου, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Φωκέων πολιτείᾳ.*

Fragmentum manifesto spurium atque in Aristotelem auctorem mala fide scriptum (sicut fr. probl. Hom. 30[a]) recentes primi fere post Christum natum seculi Chaldaicasque sapiens superstitiones. quod ad pessimum illud pertinere falsarum litterarum genus, de quo praeclare egit R. Hercher in editione libelli de fluviis et in comm. de Ptolemaei Chenni Nova historia (N. Jahrb. f. Phil. u. Paed. Suppl. N. F. t. I. 1855), persuadet Dorotheus (ἐν τῷ πρώτῳ Πανδέκτῃ) in eodem loco citatus, fictus ille Pseudoplutarcheorum testis quem ex Parallelis novimus (v. fr. apud Müller. Script. rer. Alex. p. 155—56) novitque ipse Clemens (v. protr. p. 12 Sylb. = Parall. c. 20), homo semidoctus facileque et saepe deceptus quemque Ptolemaei quoque inventis fidem habuisse animadvertit Hercher de Ptol. p. 289. neque sincerior, quam Aristotelis, ceterorum scriptorum auctoritas est in utroque Clementis loco (cf. Hercher p. 20) una cum Dorotheo citatorum Demarati (Fr. hist. IV, 378), Pythoclis (ib. IV, 488) et Monimi etiam, ut credo, mirabilium scriptoris et aliorum fortasse, quorum et nomina nota et libri. ceterum de eisdem Phocensibus alteroque Phocensium tyranno Coroneo mira novaque narrant et Pythocles ille fictus ἐν $\bar{\gamma}$ περὶ ὁμονοίας (Clem. p. 12. cf. p. 144) et Anonymus (quem Parallelis gemina habere animadvertit Hercher p. 19 not. cf. de Leucone p. 223, 1 West. = Par. 21[a]) codicis Florent. in exc. ap. Westerm. Paradox. p. 222, 15 (de Corone, de qua cf. Dorotheus ap. Clem. p. 144). lapidis autem proprietas, quum ipsi annuli in mentem revocent fabulam Lydiacam de Gygis vel avi eius annulo, comparatur cum principum Lydorum lapide quem proponit auctor de fluviis (7, 3 ὁσάκις γὰρ ἂν φῶρες ἐπέλθωσιν, σάλπιγγος ἦχον ἀναδίδωσιν ὁ λίθος). atque hunc quidem notum est Aristotelis quoque falso fictoque testimonio uti (25, 4), non minus quam Ptolemaeum Hephaestionis filium (v. Hercher de Ptol. p. 271).

LIII.

Ν ό μ ι μ α.

Politiarum Graecarum libris quasi complementum quoddam, post Theophrastum huius argumenti auctorem celeberrimum et vere philosophum, dedisse videntur legum morumque libri (quatuor secundum Laertium 5, 26) inscripti νόμοι (nisi corrigendus est Laertius) vel νόμιμα, qui barbarorum eorumque quos certa atque exculta reipublicae forma carere Graeci crederent, leges atque consuetudines (itaque νόμιμα βαρβαρικά.

cf. Zenob. 5, 25 ad proverbium *νόμος καὶ χώρα* i. e. ländlich sittlich) colligerent singulis capitibus deinceps enumeratas. ex quo opere cum fragmentis rarioribus etiam partium quarundam inscriptiones traduntur (*νόμιμα Τυρρηνῶν, νόμιμα Ῥωμαίων*), de quibus non aliter statuendum est ac de singularibus politiarum libris, qui ex universo opere proprio titulo citantur (nam parum fide dignus est Hesychius, qui *νόμιμα Ῥωμαίων* seorsim indicat). ex ipsis autem fragmentis commentariorum generi fere tumultuario hunc quoque librum accensendum esse coniicitur, in quo auctor Peripateticus nulla theoriae philosophiaeque ratione habita studioque mere historico congregaret (*νομίμων βαρβαρικῶν συλλογή* Hesych.) quae politico *ἀξιόλογα* haberentur. eum ipsos usurpasse, quanquam dubium est, concedas Dionysium Halicarnassensem et Apollonium illum mirabilium scriptorem cuius aetas ignoratur: antiquiores fontes cum Varrone et Plinio Romanis repetunt Athenaeus et Pollux (qui ex Didymo pendent) atque Plutarchus. ceterum similium commentariorum auctores qui *νόμιμα βαρβαρικὰ* inscriberentur, praeter eos qui singularium gentium *νόμιμα* referrent, habes Theodectem (Suid. s. v.), Nymphodorum (Müller Fr. hist. Gr. II, 379. cf. Zenob. l. c.), Pseudo-Hellanicum (cf. Euseb. pr. ev. p. 466[b]). Theophrastus autem qui (una cum Timaeo) citatur *ἐν τῷ περὶ Τυρρηνῶν* in schol. ad Pindari Pyth. 2, 3, neque ad Aristotelis *νόμιμα* neque ad *νόμους* Theophrasti referendus videtur, sed male ita scriptus esse pro Theopompo.

1. (553)

Varro de ling. Lat. VII, 70 (p. 147 O. Müller): *praefica dicta, ut Aurelius scribit, mulier ad luctum* (ita Turnebus. cf. Festus s. praefica. codd. *ab luco* vel *a luco*) *quae conduceretur, quae ante domum mortui laudes eius caneret. hoc factitatum Aristoteles scribit in libro qui inscribitur νόμιμα βαρβαρικά* (ita Turn. *nomina barbarica* codd.).

Aristotelis testimonium nulla causa est cur ad ipsos Romanos cum Car. Muellero (fr. 245) referamus. dixerat sine dubio de Caribus notissimaque illa Carica Musa (Plat. leg. VII p. 800, unde *μέλος Καρικόν* apud Platonem com. Athen. XV, 665. cf. Didymea spolia Athenaei IV p. 174 et Pollucis IV, 76. Hes. s. *γίγγρας*). quum praesertim eiusdem testis locum tangere videatur Hesych. s. *Καρῖναι: θρηνῳδοὶ μουσικαί, αἳ τοὺς νεκροὺς τῷ θρήνῳ παραπέμπουσαι πρὸς τὰς ταφὰς καὶ τὰ κήδη. παρελαμβάνοντο δὲ αἱ ἀπὸ Καρίας γυναῖκες* (cf. Ammon. s. *ἐπικήδειος* p. 54 Valck., Eust. Od. p. 1673).

2. (554)

Apollonius hist. mirab. 11: *Ἀριστοτέλης δὲ ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς· [ἐν Λάτμῳ additur ex Antig.] τῆς Καρίας σκορπίοι γίνονται οἳ τοὺς μὲν ξένους πατάξαντες οὐ λίαν ἀδικοῦσι, τοὺς δὲ ἐπιχωρίους παραυτὰ ἀποκτείνουσιν.*

Accuratius eundem locum iam citaverat Antigonus hist. mir. 18 (16 West.): *ἐν Λάτμῳ δὲ τῆς Καρίας φησὶν Ἀριστοτέλης τοὺς σκορπίους ἐὰν μὲν τῶν ξένων τινὰ πατάξωσιν, μετρίως λυπεῖν, ἐὰν δὲ τῶν ἐγχωρίων, ἕως θανάτου κατατείνειν.* repetiit Plinius n. h. 8 s. 84: *in Latmo Cariae monte Aristoteles tradit a scorpionibus hospites non laedi, indigenas interimi.* Aelianus denique (n. a. V, 14), qui verbis quidem pro arbitraria sophistae ratione liberius mutatis eadem adscripsit, Aristotelis nomen paulo antea citati omisit.

Ceterum verus Aristoteles ubi in historia animalium de naturae morumque secundum regiones differentia sermonem iniicit, quum et ipse Caricos scorpiones commemoret, silet tamen animum eorum hospitalem, quem quasi quandam *τοῦ Ξενίου Διὸς* erga hospites benevolentiam ridicule Aelianus praedicavit. ita enim ille (8, 29. p. 607, 13): *καὶ πρὸς τὰ δήγματα δὲ τῶν θηρίων μεγάλην ἔχουσιν αἱ χῶραι διαφοράν, οἷον περὶ μὲν Φάρον καὶ ἄλλους τόπους οἱ σκορπίοι οὐ χαλεποί, ἐν ἄλλοις δὲ τόποις καὶ ἐν τῇ Καρίᾳ πολλοὶ καὶ μεγάλοι καὶ χαλεποὶ γίγνονται κἄν τινα πατάξωσιν ἄνθρωπον ἢ θηρίον ἀποκτείνουσιν* (et vel ipsas sues, maxime nigras). quibus quae *νομίμων* hic auctor addidit, plane sunt e genere eorum quae in dissertationum zoologicarum tertia *περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν* collegit Theophrastus: e quo sumta esse puto quae de simili anguium Syrorum more Mirabilium Aristotelicorum auctor habet c. 149. 150, cum ipsis scorpionibus Caricis composita ab Apollonio (12) et Plinio, et ab Antigono quoque, nisi quod hic de Psyllis Libycis narrat quae de Syris ceteri.

3. (555)

Plinius VII s. 2, 15: *supra Nasamonas confinesque illis Machlyas Androgynos esse utriusque naturae inter se vicibus coeuntes Calliphanes tradit. Aristoteles adicit dextram mammam iis virilem, laevam muliebrem esse.*

Aristotelis nomen firmat index auctorum in hoc Plinii libro citatorum, in quo pro indicis istius ratione eodem ordine quem ipse libri textus praebet, inter Agatharchidem et Nymphodorum redeunt Calliphanes, Aristoteles. ceterum qui mox sequitur apud Plinium (VII s. 2, 27) alter

Aristotelis locus de Pygmaeis (fr. 250 Müll.), historiae animalium est libri VIII, 12 (p. 597, 6—9).

3 a.

Vid. fr. dub. 3. —

4. (556)

Athenaei epit. I p. 23 (ubi de usu verbi *ἀνακεῖσθαι*): *Ἀριστοτέλης ἐν Τυρρηνῶν νομίμοις «οἱ δὲ Τυρρηνοὶ δειπνοῦσι μετὰ τῶν γυναικῶν ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ».*

Ex eodem auctore (cf. Theopomp. apud Athen. XII p. 517f) eadem Heraclides (exc. pol. p. 18, 6) *Τυρρηνοὶ τέχνας ἔχουσι πλείστας* (quod, quum idem ad Pherecratis comici versum repetat Athen. XV p. 700, Didymo deberi probabile est et una quidem cum ipso quod sequitur Aristotelis testimonio ceterisque Heraclideis), *πάντες δὲ ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατάκεινται κἂν παρῶσί τινες.*

5. (557)

Pollux IV, 56 (ubi de carminibus ad tibiam cantatis): *Τυρρηνοὶ δὲ τῷ Ἀριστοτέλους λόγῳ οὐ πυκτεύουσιν ὑπ' αὐλῷ μόνον ἀλλὰ καὶ μαστιγοῦσι καὶ ὀψοποιοῦσιν.*

Cf. Plutarch. de cohib. ira c.11: *οὐ γάρ, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ κατ' αὐτὸν ἐν Τυρρηνίᾳ μαστιγοῦσθαι τοὺς οἰκέτας πρὸς αὐλόν, οὕτω πρὸς ἡδονὴν δεῖ ... τῆς τιμωρίας ἐμφορεῖσθαι.*

Aristotelis qui ferebatur fontem monstrare videtur Athenaeus (XII p. 518), qui eadem Alcimi (scil. *ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ τῶν βίβλων Ἰταλικῇ*, cf. Athen. X p. 441. Müller Fr. hist. IV p. 296) verba citat: *ὑπὸ δὲ τῆς τρυφῆς οἱ Τυρρηνοί, ὡς Ἄλκιμος ἱστορεῖ, πρὸς αὐλὸν καὶ μάττουσι καὶ πυκτεύουσι καὶ μαστιγοῦσιν.* nisi forte utrumque testem eisdem verbis adscriptum invenerat Athenaeus (*ὡς Ἄλκιμος καὶ Ἀριστοτέλης*).

6. (558)

Dionysius Halicarn. ant. Rom. I, 72: *ὁ δὲ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει καὶ τὰ καθ' ἑκάστην πραχθέντα συναγαγὼν* (Hellanicus fr. 53 Müll.) *Αἰνείαν φησὶν ἐκ Μολοττῶν εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντα μετ' Ὀδυσσέως* (cf. Dionys. eodem cap. infra et Serv. in Aen. 1, 273) *οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πόλεως, ὀνομάσαι δ' αὐτὴν ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἰλιάδων Ῥώμης. ταύτην δὲ λέγει ταῖς ἄλλαις Τρωάσι παρακελευσαμένην κοινῇ μετ' αὐτῶν ἐμπρῆσαι τὰ σκάφη, βαρυνομένην τῇ πλάνῃ. ὁμολογεῖ δ' αὐτῷ καὶ Δαμάστης ὁ Σιγειεὺς καὶ ἄλλοι τινές* (cf. Polyaen. 8, 25, 2). *Ἀριστοτέλης*

δὲ ὁ φιλόσοφος Ἀχαιῶν τινὰς ἱστορεῖ τῶν ἀπὸ Τροίας ἀνακομισαμένων περιπλέοντας Μαλέαν, ἔπειτα χειμῶνι βιαίῳ καταληφθέντας, τέως μὲν ὑπὸ τῶν πνευμάτων φερομένους πολλαχῇ τοῦ πελάγους πλανᾶσθαι, τελευτῶντας δ' ἐλθεῖν εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς Ὀπικῆς ὃς καλεῖται Λάτιον ἐπὶ τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει κείμενος. ἀσμένους δὲ τὴν γῆν ἰδόντας ἀνελκύσαι τε τὰς ναῦς αὐτόθι καὶ διατρῖψαι τὴν χειμερινὴν ὥραν παρασκευαζομένους ἔαρος ἀρχομένου πλεῖν. ἐμπρησθεισῶν δὲ αὐτοῖς ὑπὸ νύκτα τῶν νηῶν οὐκ ἔχοντας ὅπως ποιήσονται τὴν ἄπαρσιν, ἀβουλήτῳ ἀνάγκῃ τοὺς βίους ἐν ᾧ κατήχθησαν χωρίῳ ἱδρύσασθαι· συμβῆναι δὲ αὐτοῖς τοῦτο διὰ γυναῖκας αἰχμαλώτους, ἃς ἔτυχον ἔχοντες ἐξ Ἰλίου· ταύτας δὲ κατακαῦσαι τὰ πλοῖα φοβουμένας τὴν οἴκαδε Ἀχαιῶν ἄπαρσιν ὡς εἰς δουλείαν ἀφιξομένας.

Quem ad finem haec auctor attulerit indicat Plutarchus, qui eodem loco usus est in quaest. Rom. 6: *διὰ τί τοὺς συγγενεῖς τῷ στόματι φιλοῦσιν αἱ γυναῖκες; πότερον, ὡς οἱ πλεῖστοι νομίζουσιν, ἀπειρημένον ἦν πίνειν οἶνον ταῖς γυναιξίν· ὅπως οὖν πιοῦσαι μὴ λανθάνωσιν ἀλλ' ἐλέγχωνται περιτυγχάνουσαι τοῖς οἰκείοις, ἐνομίσθη καταφιλεῖν. ἢ δι' ἣν Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος αἰτίαν ἱστόρηκε; τὸ γὰρ πολυθρύλλητον ἐκεῖνο καὶ πολλαχοῦ* (cf. Pseudarist. mirab. 109. Dionys. ant. Rom. I, 52. Strabo VI p. 262. Samothr. reip. fr. 191) *γενέσθαι λεγόμενον, ὡς ἔοικεν, ἐτολμήθη καὶ ταῖς Τρῳάσι περὶ τὴν Ἰταλίαν. τῶν γὰρ ἀνδρῶν ὡς προσέπλευσαν ἀποβάντων, ἐνέπρησαν τὰ πλοῖα, πάντως ἀπαλλαγῆναι τῆς πλάνης δεόμεναι καὶ τῆς θαλάττης, φοβηθεῖσαι δὲ τοὺς ἄνδρας ἠσπάζοντο τῶν συγγενῶν καὶ οἰκείων μετὰ τοῦ καταφιλεῖν καὶ περιπλέκεσθαι τοὺς προστυγχάνοντας· παυσαμένων δὲ τῆς ὀργῆς καὶ διαλλαγέντων, ἐχρῶντο καὶ τὸ λοιπὸν ταύτῃ τῇ φιλοφροσύνῃ πρὸς αὐτούς.*

Aristotelem secutus esse Heraclides Lembus deprehenditur, qui in amplissimo Historiarum opere (C. Müller, Fr. hist. Gr. t. III p. 167) haec scripsit sec. Festum s. *Roma* (p. 269 O. Müll.): *Lembos qui appellatur Heraclides existimat, revertentibus ab Ilio Achivis, quosdam tempestate deiectos in Italiae regiones, secutos Tiberis decursum, pervenisse ubi nunc sit Roma ibique propter taedium navigationis impulsas captivas auctoritate virginis cuiusdam tempestivae nomine Rhomes incendisse classem atque ab ea necessitate ibi manendi urbem conditam ab eis et potissimum eius nomine eam appellatam, a cuius consilio eas sedes sibi firmavissent.* eundem autem Heraclidis locum, qui inter alia multa scriptorum Graecorum de Romae origine testimonia in ipsius Festi fragm.

Farn. legitur, ex eodem Verrii Flacci thesauro repetierunt Servius in Virg. Aen. I, 273 et Solin. c. 1.

7. (559)

Plutarch. Camill. c. 22: *τοῦ μέντοι πάθους αὐτοῦ καὶ τῆς ἁλώσεως ἔοικεν ἀμυδρά τις εὐθὺς εἰς τὴν Ἑλλάδα φήμη διελθεῖν. Ἡρακλείδης γὰρ ὁ Ποντικὸς οὐ πολὺ τῶν χρόνων ἐκείνων ἀπολειπόμενος ἐν τῷ περὶ ψυχῆς συγγράμματί φησιν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας λόγον κατασχεῖν ὡς στρατὸς ἐξ Ὑπερβορέων ἐλθὼν ἔξωθεν ἡρήκοι πόλιν Ἑλληνίδα Ῥώμην ἐκεῖ που κατῳκημένην περὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν. οὐκ ἂν οὖν θαυμάσαιμι μυθώδη καὶ πλασματίαν ὄντα τὸν Ἡρακλείδην ἀληθεῖ λόγῳ τῷ περὶ τῆς ἁλώσεως ἐπικομπάσαι τοὺς Ὑπερβορέους καὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν. Ἀριστοτέλης δὲ ὁ φιλόσοφος τὸ μὲν ἁλῶναι τὴν πόλιν ὑπὸ Κελτῶν ἀκριβῶς δῆλός ἐστιν ἀκηκοώς, τὸν δὲ σώσαντα Λεύκιον εἶναί φησιν· ἦν δὲ Μάρκος, οὐ Λεύκιος, ὁ Κάμιλλος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰκασμῷ λέλεκται.*

LIV.

Δικαιώματα.

Iudiciorum decretorumve publicorum libri singularis quem index memorat (D. L. 5, 26 *δικαιώματα α̅*, non *α̅ β̅* ut vulgo editur contra cod. Laur. et Italos omnes), ita argumentum describitur in vita Aristotelis Marciana (cod. 257 f. 276. cf. Rose de Ar. l. p. 246) inter varia iuvenis Aristotelis opuscula enumerante *καὶ τὰ γεγραμμένα αὐτῷ δικαιώματα Ἑλληνίδων πόλεων, ἐξ ὧν Φίλιππος τὰς φιλονεικίας τῶν Ἑλλήνων διέλυσεν, ὡς μεγαλορρημον[ήσαντά π]οτε καὶ εἰπεῖν «ὥρισα γῆν Πέλοπος»*. eadem in vers. lat. vet. sic leguntur: *et scriptas ab eo iustificationes Graecarum civitatum, cum quibus Philippus* (altera lectio *philosophus* ex compendio *ph's* nata est) *lites Graecorum determinabat.* in quo testimonio id parum accurate narratum videtur, quod ad solum Philippum eiusque rerum Graecarum arbitri (cf. Isocr. ep. 3) statuta (cf. e. gr. *ἡ δίκη περὶ Ὠρωποῦ* O. Müller Orchom. p. 405. Dorer I, 147. Meier s. v. Oropus in Ersch und Gruber Encyclop. III, 5 p. 506 sqq. Strabo IX p. 399: *Ὠρωπὸς δ' ἐν ἀμφισβητησίμῳ γεγένηται πολλάκις· ἵδρυται γὰρ ἐν μεθορίῳ τῆς τε Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας.* Atheniensibus Oropum tradidit Philippus rex ol. 110, 3. ex eadem litis Oropiae narratione excer-

ptus videbitur Harpocrationis de Drymo locus comparanti Demosth. or. 19, 326: *ἀντὶ δὲ τοῦ τὸν Ὠρωπὸν ὑμῖν ἀποδοθῆναι περὶ Δρυμοῦ καὶ τῆς πρὸς Πανάκτῳ χώρας μεθ' ὅπλων ἐξερχόμεθα.* ex eadem fortasse etiam Aristoteles de Graea nunc Oropo apud Steph. s. *Τάναγρα* et s. *Ὠρωπός.* simile exemplum praebet Strabo IX p. 427, ubi de Naupacto Locrensium oppido: *ἔστι δὲ νῦν Αἰτωλῶν Φιλίππου προσκρίναντος.* item iterum de Halo IX p. 433: *ἐν μέσῳ δ' ἐστὶ Φαρσάλου καὶ Φθιωτῶν· Φίλιππος μέντοι Φαρσαλίοις προσένειμεν ἀφελόμενος τῶν Φθιωτῶν.* cf. etiam de Nesto fl. Strabo p. 331. 323) historiae illae referuntur. collegisse enim auctor variarum litium inter Graeciae stirpes de finibus regendis aliisque rebus controversis antiquitus traditarum publiceque compositarum (velut in fabuloso exemplo Plutarchi qu. Gr. 14 *μεταπεμφθεὶς ὑπ' ἀμφοτέρων διαιτητὴς Νεοπτόλεμος ἐδικαίωσε,* Ithac. pol. fr. 122. ceterum cf. M. H. E. Meier, Die Privatschiedsrichter u. die öff. Diaeteten Athen's. Halle 1846 p. 29 sqq. 43 sqq.) exempla in modum commentarii deinceps proposita (cf. fr. 3 *ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον*) eademque fere ratione conscripta (id quod titulus significat singula capita collectaneaque promittens), qua liber qui nunc dicitur oeconomicus secundus (p. 1346, 26: *ὅσα δέ τινες τῶν πρότερον πεπράγασιν . . . ἃ ὑπολαμβάνομεν ἀξιόλογα αὐτῶν εἶναι συναγηόχαμεν* etc.). ex quo quae de Alexandro Molosso in altero fragmento narrantur, ea non Aristotelem auctorem eius fuisse (cf. Rose de Ar. l. p. 58), sed discipulum quendam Peripateticum qui multo post Alexandrorum ipsiusque Aristotelis fata scriberet, praeter ipsam libri indolem pro certo significant. utrumque fragmentum Didymo tradenti debetur.

1. (560)

Harpocration. lex. rhet. s. *Δρυμός: πόλις μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς· Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς πρεσβείας* (or. 19, 326). *Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς δικαιώμασί φησιν οὕτως «ἔπειτα Δρυμὸν ἓν Ἀττικὸν καὶ ἕτερον Βοιώτιον».*

2. (561)

Steph. Byz. ep. s. *Ὠρωπός . . . Ἀριστοτέλης γοῦν τὸν Ὠρωπὸν Γραῖάν φησι λέγεσθαι· ἡ δὲ Γραῖα τόπος τῆς Ὠρωπίας πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατ' Ἐρετρίας καὶ Εὐβοίας κειμένη.* idemque s. *Τάναγρα: πόλις Βοιωτίας, ἣν Ὅμηρος* (Il. *β*, 498) *Γραῖαν καλεῖ διὰ τὸ πλησίον εἶναι. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ποιμανδρία· Λυκόφρων . . . τὴν δὲ Γραῖαν ἔνιοι λέγεσθαι τὸ νῦν τῆς Θηβαικῆς καλούμενον* (add. *γραίας* s. *γραός,*

cf. Xen. Hell. V, 4, 50 et Polyaen. 2, 1, 12 ubi corrupte nunc legitur *ῥέας ἕδος*, ceterosque quos affert Meineke in ed. Steph. p. 601) *ἕδος, τινὲς δὲ τὴν Ταναγραίαν, ὧν εἷς ἐστὶ καὶ Καλλίμαχος. Ἀριστοτέλης δὲ Γραῖαν καλεῖ τὴν νῦν Ὠρωπόν· ἔστι δὲ τόπος τῆς τῶν Ὠρωπίων πόλεως πρὸς τῇ θαλάττῃ.*

Cf. Strabo IX p. 404: *καὶ ἡ Γραῖα δ' ἐστὶ τόπος Ὠρωποῦ πλησίον καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου καὶ τὸ Ναρκίσσου τοῦ Ἐρετριέως μνῆμα ... τινὲς δὲ τῇ Τανάγρᾳ τὴν αὐτήν φασιν· ἡ Ποιμανδρὶς δ' ἐστὶν ἡ αὐτὴ τῇ Ταναγρικῇ.* quum autem omnis illa et Stephani et Strabonis (de cuius fonte Apollodoro cf. Lehrs, de Aristarcho p. 250) de Graea oppido disputatio ad Homerici catalogi (Il. *β*, 498) explicationem faciat, prompta est suspicio a librario quodam male lectum fuisse in Stephani epitome Aristotelis nomen pro Aristarcho neque nisi errorem pridem vulgatum repetiisse Eustathium (p. 266 Rom.), qui ubi ad Il. l. l. e Stephano (s. *Τάναγρα*) scholiisque Homericis et Strabone sua compilat, et illud Stephani refert *Ἀριστοτέλης δέ φασι Γραῖαν λέγει τὴν νῦν Ὠρωπόν.*

3. (562)

Pseudo-Ammonius (quem Erennium Philonem *περὶ διαφόρων σημαινομένων* appellare solet Eustathius ab exili quam sub hoc nomine traditam habemus Byzantini cuiusdam epitoma integri auctoris titulum retinente plane diversum, cf. p. 831. 855. 906. 1698. 1871 ed. Rom. etc. idem eiusdem argumenti librum passim citat Philoponi, ut p. 1681. 1536. 906, quem ab aliis Philoponi magistro, sicut in comm. ad Aristotelem scriptis factum est, tributum fuisse conieceris, ita ut qui nunc legatur Ammonius veri integrique sive Ammonii sive Philoponi titulum servaverit, quum sit ex illo excerptus. cf. Philop. s. *γελοῖος* ap. Eust. p. 906 = Amm. p. 36) p. 98 ed. Valck. s. *νῆες*: *Δίδυμος ἐν δεκάτῳ ῥητορικῶν ὑπομνημάτων φησὶν οὕτως ὅτι διαφέρουσιν αἱ νῆες τῶν πλοίων. τὰ μὲν γάρ ἐστι στρογγύλα, αἱ δὲ κωπήρεις καὶ στρατιώτιδες. Ἀριστοτέλης δὲ ἱστορεῖ ἐν δικαιώμασι τῶν πόλεων* (*πολέμων* codd.) *οὕτως «Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον, Ταραντίνων αὐτὸν μεταπεμψαμένων ἐπὶ τὸν πρὸς τοὺς βαρβάρους πόλεμον, ἐξέπλευσε ναυσὶ μὲν πεντεκαίδεκα πλοίοις δὲ συχνοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ στρατηγικοῖς* (*στρατιωτικοῖς* ter Eust.).

Hoc loco ter utitur Eustathius, in Od. *μ* p. 1727: *Ἐρέννιος οὖν Φίλων διαφέρειν φησὶ νῆας πλοίων κατὰ Δίδυμον· τὰ μὲν γὰρ στρογγύλα, αἱ δὲ στρατιώτιδες. εἰς ὃ φέρει καὶ χρῆσιν Ἀριστοτέλους ταύτην «Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς* ... et in Od. *α* p. 1408: *Δίδυμος γὰρ*

φασι διαφορὰν οἶδε πλοίου καὶ νηὸς παραγαγὼν χρῆσιν τοιαύτην «Ἀλ. ὁ Μ... et in Il. β p. 684: ὅτι διαφέρουσι τῶν ὕστερον κοινότερον λεγομένων πλοίων δηλοῖ ὁ γράψας οὕτω «Δίδυμος ἐν ῑ ῥητορικῶν (ed. male ἐν ἱστορικῷ) φησὶν ὡς διαφέρουσι νῆες πλοίων ὅτι αἱ μὲν εἰσι στρογγύλαι αἱ δὲ στρατιώτιδες. Ἀριστοτέλης δέ, φησίν, ἱστορεῖ ἐν δικαιώμασι πόλεων οὕτως «ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς αὐτὸν μεταπεμψαμένων Ταραντίνων etc.

LV.

Πυθιονῖκαι.

De Pythionicarum libro quantum quidem ex fragmentis coniicere licet paucis illis et ex prima eruditionis Graecae aetate repetitis (dubitari enim potest num ipse viderit Didymus) nihil ultra nunc statuere licet, nisi eorum qui et in musicis (cf. schol. Pind. Pyth. XII inscr.) et in gymnicis ludis victores renunciati essent, recensionem fuisse pythiadum seriem secutam atque brevi περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἀγῶνος prooemio (sicut apud recentiores omnes usque ad Phlegontem et Iulium Africanum) instructam. victoris nomini cum patria additum fuisse patrem etsi non constat, verisimile tamen est propter monumentorum publicorum consuetudinem, de qua testatur etiam schol. Pind. Nem. VI. inscr. τοῦτον τὸν Ἀλκιμίδαν ἀναγράφεσθαί φησιν Ἀσκληπιάδης ἀντὶ Αἰγινήτου (quem Pindarus dicit) Κρῆτα οὕτως· Ἀλκιμίδας Θέωνος Κρής. quorum victorum memoria quum antea tabulis contineretur lapidi inscriptis — poetarum enim et carmina epinicia et epigrammata statuis destinata temporis nota carebant — a Peripateticis historiae eruditae conditoribus mandata litteris primum et scriptis edita videtur: erant enim musicae maxime historiae fontes ludorum annales ut Dionysia dramaticae ita melicae Pythia, et quos Plutarchus in libro de musica solos fere secutus est musicae historiae (περὶ μουσικῆς) auctores clarissimos Heraclidem Ponticum et Aristoxenum (ex Heraclide scil. sua fere omnia, si exceperis cap. 5 et 11 sq., transtulit Lysias Plutarchi, Soterichus ex Aristoxeno *nostro* cf. c. 43), eos ut sua probarent monumentis publicis usos esse manifestum est, et aliis — adhibetur enim ab Heraclide ἡ ἀναγραφὴ ἡ ἐν Σικυῶνι (Pythiorum sc.) ἀποκειμένη (i. e. lapidi inscripta) δι' ἧς τάς τε ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει καὶ τοὺς ποιητὰς καὶ τοὺς μουσικοὺς ὀνομάζει Plut. c. 3 cf. c. 8 (ἀναγέγραπται), item ἡ τῶν Παναθηναίων γραφὴ ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶ-

νος ib. c. 8, *Κάρνεια* etiam memorantur ib. c. 6 cf. Didym. ap. Athen. XIV, 635[e] — et ipsis Pythionicarum tabulis, in quibus Terpander quidem *τὰ Πύθια τετράκις ἑξῆς νενικηκὼς ἀναγέγραπται* (c. 4), Sacadas autem *τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται* (c. 8). itaque *τὰ Δελφῶν ὑπομνήματα* (Plut. Sol. 11) videtur edidisse (hoc enim *ἐκδοῦναι* vocabulo Plut. Num. 1 de Hippia Eleo dicens utitur, ubi de Olympionicis ab illo editis quorundam famam refert ex oratione quadam eius Olympica de victorum gloria et virtute sine dubio natam) qui Pythionicas scripsit, ita qui Olympionicas *τὰ Ἠλείων ἐς τοὺς ὀλυμπιονίκας γράμματα* (Paus. 6, 13. 6, 2. 3, 21. 5, 21: quae spectant ad ol. 68, 90, 125, 178. eadem simpliciter *τὰ Ἠλείων γράμματα ἀρχαῖα* 5, 4 de Iphito Iphiti filio et *τὰ Ἠλείων γράμματα* 10, 13 de ol. 211, vel *ὁ κατάλογος τῶν ὀλυμπιάδων* 6, 22 de anolympiadibus ol. 8, 34, 104. cf. etiam 6, 19. 6, 9) i. e. tabulas victorum ab hellanodicis lapidi inscriptas, quae post prima Paraballontis et Euanoridae (quem male scriptorem habet C. Müller Fr. hist. IV, 407) Eleorum specimina (Paus. 6, 6. 6, 8. cf. Phlegon ap. Phot. cod. 97 p. 83[b]30 Bekk.) quum publico decreto sanctum esset ut continuarentur (ita fere ut est in nota illa inscriptione Attica ap. Boeckh. Corp. Inscr. I n. 213: *ἀναγράφειν δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἐάν τις τούτων τι νικήσῃ τοὺς ἐπιμελητὰς ἐφ' ὧν ἂν νικήσῃ ἐν τῇ αὐτῇ στήλῃ*), antiquitatis studio eodem quo post ol. 59 et 61 (Paus. 6, 18. cf. 6, 10) vel antiquissimorum victorum (velut Oebotae) statuae multae publice ponerentur atque Iphitus Eleorum rex et ludorum auctor fabulosus monumentis ab hellanodicis illustraretur (dico statuas illas Iphiti et *Ἐκεχειρίας* ap. Paus. 5, 10 et ipsum discum ludorum quasi *statula* continentem Paus. 5, 20 cf. Phlegont. ol. fr. ap. Westermann. Paradoxogr. p. 206. 3: *καὶ ὁ δίσκος ἐγράφη τοῖς ἑλλανοδίκαις καθ' ὃν ἔδει τὰ Ὀλύμπια ἄγειν*), illo igitur ad ludorum origines fabulosas ascendente, ita ad initium suppletae sunt ut ab illis prima Coroebi olympias secundum Callimachum (cf. schol. Lucian. cod. Vindob. p. 220 Iac.) 13 olympiadibus, 27 secundum Eratosthenem et Aristodemum Eleum (Cramer. Anecd. Par. II, 141) ceterosque distare videretur posterisque rei naturam pervertentibus ultima illa quam Elei *ἀναγραφῇ* assecuti essent, haberetur prima ex qua legitima recensio et continua coepta esset. de tempore nil nunc definiri potest, neque tamen vel pythiadum recensionem iam ab initio (ol. 48, 3) continuam fuisse credo, nedum Isthmiacam et Nemeacam (cf. Paus. 6, 13. citantur *αἱ Ἰσθμιακαὶ ἀναγραφαί* sch. Pind. Isthm. I, 11. *Νεμεονῖκαι* a Didymo sch. Pind. Nem. VIII inscr. et ad Nem. VI inscr. ex Asclepiade quem scil. citavit Didymus). publica haec monumenta ipse inspexit Pausanias, qui praeterea

de Olympionicis sola exegetarum scientia memoriaque (cf. 5, 7 *Ἠλείων οἱ τὰ ἀρχαιότατα μνημονεύοντες* i. e. ipsi illi *ἐξηγηταὶ τῶν Ἠλείων* 5, 21. 10. 20) usus est, non librorum neque Aristotelis neque alius cuiusquam auctoritate. neque magis quam apud periegetas, quum inde a Timaei historiis (Polyb. t. II p. 735 Bekk.) olympionicis multi operam dedissent, Aristotelici libri mentio mox rarioris apud alium ullum scriptorem extat. quae enim nunc ad eum referri solent narratiunculae (Krause, Olympia p. VIII sq., Mülleri fr. 261—64), ea utpote *ἀναγραφῆς* rationem, qualis nunc quidem in scriptis Aristotelis agonisticis obtinuisse statuenda est, longe excedentia ad politias uno loco excepto iure removentur. disertis igitur testimoniis nunc non nisi *πυθιονῖκαι* citantur et *διδασκαλίαι*, quos titulos ita refert index Diogenis Laertii ut de utroque argumento alterius cuiusdam Peripatetici librum alium addere videatur. etenim vix credo quae dicuntur *νῖκαι Διονυσιακαί* (*ἀστικαὶ καὶ ληναῖαι* explicans addit Hesychius) ad gymnicos Dionysiorum ludos spectasse. atque *πυθιονῖκαι μουσικῆς*, quum unam tantum omnium *ἀναγραφὴν* Didymus noverit, non seorsim propositi sed e duobus libris male confusis (*πυθιονῖκαι ᾱ. περὶ μουσικῆς ᾱ*: ita omisso tamen *περὶ* habet cod. Laur. 69, 28 cf. Hesych. ind.) nati videntur, ita ut bis exhibiti sint *πυθιονῖκαι* et *πυθιονικῶν ἔλεγχοι* (= *ἀναγραφή*). *πυθικός* autem (sc. *λόγος*) qui additur ad aliud librorum genus historicum *περὶ ἀγώνων* (cf. Dicaearch. fr. 43 sqq.) pertinens, fortasse est ipse Menaechmi Sicyonii liber (ex quo oraculum de Orphei morte Apollinis filii affert Chaeris in sch. Pind. Pyth. IV, 313 cf. Paus. 9, 30): Hesychius enim qui totum hunc Diogenis locum mutilavit (*ἐλέγχους* enim Pyth. non intelligens inepte ascivit notos illos sophisticos elenchos titulosque qui repetiti viderentur sc. *πυθιονῖκαι* et *διδασκαλίαι* omisit) sic habet: *ὀλυμπιονίκας βιβλίον ᾱ, ἐν ᾧ Μέναιχμον ἐνίκησεν, περὶ μουσικῆς ᾱ, ἐλέγχων . . . νικῶν Διονυσιακῶν.* ubi ante absurdum illud et corruptum *ἐν ᾧ M. ἐνίκησεν* titulum quendam excidisse patet, scil. *πυθικὸν ὃν ἔνιοι Μεναίχμου* (*εἶναί φασιν*? nisi haec pertinent ad *πυθιονῖκαι μουσικῆς*?).

1. (563)

Plutarch. Solon. c. 11: *Ἤδη μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τούτων ἔνδοξος ἦν ὁ Σόλων καὶ μέγας, ἐθαυμάσθη δὲ καὶ διεβοήθη μᾶλλον ἐν τοῖς Ἕλλησιν εἰπὼν ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς ὡς χρὴ βοηθεῖν καὶ μὴ περιορᾶν Κιρραίους ὑβρίζοντας εἰς τὸ μαντεῖον, ἀλλὰ προσαμύνειν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ Δελφοῖς. πεισθέντες γὰρ ὑπ' ἐκείνου πρὸς τὸν πόλεμον ὥρμησαν οἱ Ἀμφικτύονες, ὡς ἄλλοι τε* (*ὡς ἄλλοι τε πολλοί* leg. *in*

quibusdam codicibus sec. Steph.) *μαρτυροῦσι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν πυθιονικῶν ἀναγραφῇ Σόλωνι τὴν γνώμην ἀνατιθείς. οὐ μέντοι στρατηγὸς ἐπὶ τοῦτον ἀπεδείχθη τὸν πόλεμον, ὡς λέγειν φησὶν Ἕρμιππος Εὐάνθη τὸν Σάμιον· οὔτε γὰρ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ τοῦτ' εἴρηκεν, ἔν τε τοῖς Δελφῶν ὑπομνήμασιν Ἀλκμαίων, οὐ Σόλων στρατηγὸς ἀναγέγραπται.*

Cf. Paus. 10, 37 (*καὶ Σόλωνα ἐξ Ἀθηνῶν ἐπηγάγοντο συμβουλεύειν*). consentit ipse Aeschines (adv. Ctesiph. §. 33: *λαβόντες δὲ τὸν χρησμὸν οἱ Ἀμφικτύονες ἐψηφίσαντο Σόλωνος εἰπόντος Ἀθηναίου τὴν γνώμην ... ἐπιστρατεύειν ἐπὶ τοὺς ἐναγεῖς κατὰ τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ*). publico igitur decreto usus esse videtur Pythionicarum auctor, quem ex commentario quodam ad hunc ipsum Aeschinis locum (Didymi?) citavisse Plutarchus videtur e variis fontibus sparsam Solonis vitam consuens lacunasque vix explens orationis specie.

2. (564)

Hesych. lex. s. *Βοῦθος περιφοιτᾷ· παροιμία ἐπὶ τῶν εὐήθων καὶ παχυφρόνων, ἀπὸ Βούθου τινὸς μετενεχθεῖσα τοῦ Πύθια νικήσαντος, ὃν ἀναγράφει καὶ Ἀριστοτέλης νενικηκότα.*

Cf. Zenob. proverb. Did. et Tarrhaei epit. II, 66 (Leutsch. et Schneid.) *Βοῦθος περιφοιτᾷ: ταύτης μέμνηται Κρατῖνος ἐν Χείρωσι. τέτακται δὲ ἐπὶ τῶν εὐήθων καὶ παχυφρόνων ἀπό τινος πυθιονίκου Βούθου μετενεχθεῖσα.* idem fere legitur apud Herodian. *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 42 (p. 146 ed. K. Lehrs. Regim. 1853) manavitque ex paroemiographis recentioribus in Plutarchi etiam quae vocantur proverbia (I, 33 in t. I. p. 326 ed. Gott. *ἀπό τινος πυθιονίκου Βούθου καλουμένου*) et solo argumento servato in Suidam (s. v.) et Macarium (prov. I, 81 in t. II p. 151 ed. Gott.). differre videtur *Βούτας* olympionices apud Paus. 6, 17 (ed. Schub. et Walz. t. II p. 430).

3. (565)

Schol. in Pindar. Isthm. II inscr. *Ξενοκράτει Ἀκραγαντίνῳ: Οὗτος ὁ ἐπίνικος γέγραπται μὲν εἰς Ξενοκράτην Ἀκραγαντῖνον ... οὗτος δὲ ὁ Ξενοκράτης οὐ μόνον Ἴσθμια νενίκηκεν ἵπποις, ἀλλὰ καὶ Πύθια τὴν εἰκοστὴν τετάρτην πυθιάδα, ὡς Ἀριστοτέλης ἀναγράφει· καὶ Σιμωνίδης δὲ ἐπαινῶν αὐτὸν ἀμφοτέρας αὐτοῦ τὰς νίκας κατατάσσει.*

Ex hoc loco corrigenda sunt quae de eadem re leguntur in schol. Pind. Olymp. II, 87 a Boeckhio primum ex codd. Vrat. D et Gotting. prolata (p. 73), quibus consentit de quo vid. ad fr. 521 Vindob. (f. 100[b]): *Ὀλύμ-*

πια μὲν γὰρ αὐτὸς (sc. Θήρων) γέρας ἔδεκτο, ἀντὶ τοῦ μόνος· Πύθια δὲ καὶ Ἴσθμια Ξενοκράτης. κατὰ δὲ τὴν τοῦ Ἀριστοτέλους (sc. ἀναγραφὴν) πυθιονίκης (codd. sec. Boeckh. πυθιονίκαν, Vind. πυθιό cum compendii nota) μόνος Θήρων (scr. Ξενοκράτης) ἀναγέγραπται. ἤτοι οὖν συλληπτικῶς εἴρηκεν ἢ ἐπεὶ Θήρωνος ἵπποις ὁ Ξενοκράτης ἐνίκησε· διὸ καὶ συνανεκήρυξε Θήρωνα. iam vero et hanc rem et temporis notam (pyth. 24 i. e. ol. 71, 3) superius allatam ita simpliciter auctoris nomine neglecto confirmat schol. Pind. Pyth. VI inscr. (p. 387): Ξενοκράτει Ἀκραγαντίνῳ: γέγραπται Ξενοκράτει Ἀκραγαντίνῳ νενικηκότι (et ἅρματι quidem) κατὰ τὴν κδ πυθιάδα — ut pythiadum numeros omnes in scholiis traditos ex solo Aristotelis libro a Didymo sumptos esse merito suspiceris (cf. etiam Boeckh in Expl. Pind. p. 296. 127. 207).

Pythionicae Didymi.

ol. 69, 3	πυθιάδι κβ	παῖδας στάδιον παῖδας δίαυλον	Ἱπποκλέας Θεσσαλὸς ἀπὸ Πελίννης (schol. Pyth. 10)
ol. 71, 3	πυθιάδι κδ	αὐλητής	Μίδας Ἀκραγαντῖνος (schol. Pyth. 12)
		ἅρματι	Ξενοκράτης Ἀκραγαντῖνος (schol. Pyth. 6)
ol. 72, 3	πυθιάδι κε	αὐλητής	Μίδας Ἀκραγαντῖνος (schol. Pyth. 12)
			Ἐργοτέλης Ἱμεραῖος (schol. Olymp. 12)
		τεθρίππῳ	Μεγακλῆς Ἀθηναῖος (schol. Pyth. 7)
ol. 73, 3	πυθιάδι κς	κέλητι	Ἱέρων Συρακόσιος (sch. Pyth. 1 et 3)
ol. 74, 3	πυθιάδι κζ	κέλητι	Ἱέρων Συρακόσιος (sch. Pyth. 1 et 3)
ol. 75, 3	πυθιάδι κη	παῖδας στάδιον	Θρασυδαῖος Θηβαῖος (schol. Pyth. 11)
		ὁπλίτης	Τελεσικράτης Κυρηναῖος (schol. Pyth. 9)
ol. 76, 3	πυθιάδι κθ		Ἐργοτέλης Ἱμεραῖος (schol. Olymp. 12)
		ἅρματι	Ἱέρων Αἰτναῖος (= Συρακόσιος. schol. Pyth. 1 et 3)

ol. 77, 3	πυθιάδι λ̄ στάδιον	Τελεσικράτης Κυρηναῖος (schol. Pyth. 9)
ol. 78, 3	πυθιάδι λᾱ ἅρματι	Ἀρκεσίλαος Κυρηναῖος (sch. Pyth. 4. 5. cf. 6)
ol. 80, 3	πυθιάδι ,λγ̄ πάλῃ (λε̄ codd.)	Ἀριστομένης Αἰγινήτης (sch. Pyth. 8. cf. Boeckh Expl. Pind. p. 308)

Praeter scholia Pindarica ab uno tantum Pausania pythiadum numeri afferuntur (10, 7. 8, 18. 6, 14). hic vero aut ipse Pythica monumenta adiit (cf. 8, 18 de Agesilao Lusio et 6, 14 de Sacada), sicut fecit Olympiae, aut quod in historia quam dedit Pythici non solum sed Olympici etiam agonis factum esse credas (10, 7. 5, 8), scriptorem quendam περὶ ἀγώνων: plurimi enim qui ibi habentur numeri (quorum ultimi ol. 147 et pyth. 69 = ol. 116, 3) ad ludorum vicissitudines pertinent et additamenta. neque aliter statuas de una illa quam novimus Nemeade apud sch. Pind. Nem. VII inscr. (de qua cf. Expl. Pind. p. 416). nam quum praeter illam Nemeadum et Isthmiadum (nedum aliorum ludorum, velut Panathenaeorum) numeri nulli ne a Didymo quidem in commentariis Pindaricis harum rerum curiosi (cf. maxime sch. Pyth. III inscr.) memorentur, victorum catalogi libris editi (Νεμεονῖκαι, Ἰσθμιονῖκαι) omnino non videntur extitisse.

LVI.

Διδασκαλίαι.

Quum quaecunque e didascaliis simpliciter tanquam ex nota quadam auctoritate citantur et omnibus parata hoc est chartae, non lapidi inscripta, ad veteres illos grammaticos Alexandrinos, rei quidem litterariae auctores, at monumentorum parum Polemone iudice (cf. Preller de Pol. fr. p. 89) curiosos, Callimachum dico, Eratosthenem, Aristophanem Byzantium, aut expresso nomine referantur aut ad eosdem utpote Didymi fontes ex quo fragmenta omnino omnia manavisse videntur, in scholiis Aristophanicis Platonicisque et ab Harpocratione et lexicorum conditoribus expilati pertinere reprehendantur neque praeter Aristotelem auctor alius et qui Callimachi aetatem praecedat eiusdem plane argumenti librum edidisse perhibeatur (nam vel inter Peripateticos harum rerum monumentorumque studiosos Dicaearchi et Heraclidis Pontici scripta de fabularum argumentis edita sec. Schneidewin. p. 35 sq. 13 magis ad litterarum

quam ludorum musicorum historiam pertinuisse neque didascalicas res nisi per accidens, velut in arg. Ran. et Oed. tyr., spectasse videntur. Callimachi autem ipsius et Pergamenorum ἀναγραφαὶ τῶν διδασκαλιῶν i. e. τῶν δραμάτων catalogi erant fabularum bibliographici et secundum poetas numeris appositis ordinati, non agonistici), unum eundemque librum modo apposito Aristotelis nomine modo omisso citavisse probantur qui Didymo usi sunt ultimo illo verae eruditionis thesauro universali, quem tamen ipsum ex Eratosthenis περὶ κωμῳδίας opere aliisque sua repetiisse nec legisse didascalias propter aridum argumentum raro scriptas merito suspiceris. nihil igitur impedit quin non solum omnia quae in didascaliis aut extare dicuntur aut non extare, Aristotelis libro tribuamus, sed etiam quaecunque in Aristophanis Byzantii (Etym. M. p. 672, 27) argumentorum reliquiis apud posteriores commentatores nunc servatis (de quibus cf. Schneidewin de hypothesibus trag. Graec. Aristophani Byz. vindicandis, Abh. d. Gött. Ges. d. Wiss. Bd. 6, hist.-phil. Kl.) didascalica habentur ex eodem fonte derivata intelligamus (cf. Ferd. Ranke, de Aristoph. vita p. 165. 143). quae si reputes, de natura illius libri iam Callimachi aetate Aristoteli adscripti ita statuas ut secundum annos ad archontes Atticos (quos cum olympiadum annis postea Alexandrini componebant) descriptos didascalorum omnium i. e. poetarum (eorum scil. qui ipsi docerent sive propria sive quae essent aliorum poetarum, velut Callistratus et Philonides quae Aristophanis, cf. arg. Vesp. et Th. Bergk ap. Mein. Fr. Com. II p. 927) et tragicorum trium et quinque (cf. arg. Plut. IV) comicorum fabularumque quibus quoque anno et in Dionysiis urbanis et in Lenaeis certassent, nomina exhiberentur, adderentur actores primarum (ut in inscriptionibus agonisticis cf. Boeckh C. I. t. I no. 1584 et Rangabé, Antiq. Hellén. II p. 692) et choregi. num vero ultra didascalias dramaticas hanc musicorum in Dionysiis Atticis ludorum tabulam ad dithyrambicos etiam choros poetasque pertinuisse testimoniis de Pantacle et Cinesia e didascaliis memoratis (cf. Ranke p. 144) vocisque διδάσκαλος traditae definitioni (v. Harp. et Hesych. s. v.) concedendum sit, id quum Pantacles, licet melicus poeta fuisse appareat ex Antiphontis loco (v. fr. 7), idem tamen et fabulas docere potuerit, Cinesiae vero mentio si certa est ad chori dramatici historiam spectet (cf. schol. Ran. 151) historicisque passim notulis didascaliarum annorumque seriem illustratam fuisse suadeat ut credamus, — haec dubitans in medio relinquo. neque enim magis credo librum illum cuius fundamentum finisque esset plena quaedam et perfecta recensio, ad iustam enarrationem ultra excurrisse et largiore ornatu instructum uisse quam qui praefationis esset ludorum origines exponentis, id quod

et in simili Pythionicarum opere factum videmus neque ab Olympionicis, quorum certa fragmenta extant nulla, alienum est. qua de causa motus locum Aristotelis apud schol. Aristoph. ran. 404 ad didascalias inde a Casaubono relatum reieci ad finem utpote incertae sedis fragmentum.

Iam vero ipsis fragmentis praemittendi sunt loci quidam alii in quibus eiusdem libri auctoritas tantum memoratur, velut in schol. cod. Ven. Eurip. Androm. 446 p. 288 Cobet.: *εἰλικρινῶς δὲ τοῦ δράματος χρόνους οὐκ ἔστι λαβεῖν· οὐ δεδίδακται γὰρ Ἀθήνησιν. ὁ δὲ Καλλίμαχος ἐπιγραφῆναί φησι τῇ τραγῳδίᾳ Δημοκράτην* — et in schol. Aristoph. Plut. 385: *ἐν μέντοι ταῖς διδασκαλίαις πρὸ τούτων τῶν χρόνων Πάμφιλος οὐδεὶς φέρεται τραγικός* (quaeritur enim ibi *πότερον τραγικὸς ποιητὴς ἢ ζωγράφος*). ad recentioris commentatoris coniecturam redeunt quae ad Ar. vesp. 1031 leguntur: *δηλοῖ ὅτι αἱ διδασκαλίαι ἴσως φέρουσι τοὺς Ἱππεῖς πρώτους ὑπ' αὐτοῦ καθιεμένους· περὶ Κλέωνος γὰρ αἰνίσσεται.* in schol. av. 1242 pro Callimacho commentator quidam (sc. *Καλλίστρατος*, ut recte voluit Dobraeus) intelligendus est qui *γράφων οὕτως «Λικυμνίαις βολαῖς»* i. e. *προθεὶς τὸ «Λικυμνίαις βολαῖς»* (cf. Apollodor. ap. Athen. 7, 281) de Euripidis fabula mentionem non faciat (etenim si verisimile esset recte legi Callimachi nomen, omissum esset nomen eius qui *ταύτης τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται*, scil. Aristoteles).

1. (566)

Schol. Aristoph. ran. 1124 (1155 Dind.) cod. Ven. *ἐξ Ὀρεστείας: τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρέστειαν αἱ διδασκαλίαι Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν. Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος τριλογίαν λέγουσι, χωρὶς τῶν σατυρικῶν* (*τῶν σατύρων* Bernhardy Gr. Litt. II p. 667. at fieri potuit ut commentatoris ad generalem quandam de nomine tetralogiae notam deflectentis verba omitteret is qui scholia digessit e variis excerpens).

Cf. argum. Aesch. Agam.: *ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς.*

2. (567)

Schol. Aristoph. av. 281 (282 Dind.) *οὗτος μέν ἐστι Φιλοκλέους* (*ἐξ ἔποπος*): *οὗτος ὁ Φιλοκλῆς ἔποπα ἐσκεύασεν ἐν τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ, οὗ ἡ ἀρχὴ «σὲ τῶν ἁπάντων* (ita Wagner Fr. trag. III p. 83. cod. Rav. et Ven. *τῶν* et *τὸν πάντων*, unde *τῶνδε πάντων* vo-

luit Dind. supplendum videtur post *ἁπάντων "Ηλιε) δεσπότην λέγω» . . . ἄλλως. ὁ Σοφοκλῆς πρῶτον τὸν Τηρέα ἐποίησεν, εἶτα Φιλοκλῆς* . . . et mox e quarto quodam commentario *εἴη ἂν οὖν τὸν ἔποπα ἐσκευοποιηκὼς τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ, ἣν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις ἀναγράφει. ἔστι δὲ ὁ Φιλοκλῆς τραγῳδίας* (codd. *κωμῳδίας*, sed vid. Meineke hist. com. Gr. p. 521. W. C. Kayser hist. trag. Gr. p. 46) *ποιητὴς καὶ Φιλοπείθους υἱὸς ἐξ Αἰσχύλου ἀδελφῆς.*

Acta igitur est Pandionis, cuius una erat fabula Tereus Sophoclem imitata, ante Aves doctas i. e. ante ol. 91, 2 et multo quidem ante ut puto. idem Aristophanes Philoclem tetigerat iam in Vespis (ol. 89, 2) et vel filium eius Morsimum tragicum in Equitibus (ol. 88, 4) aliisque. ceterum quae sequitur in scholio homonymorum distinctio (*γεγόνασι δὲ Φιλοκλεῖς δύο*) e Suida (s. *Φιλοκλῆς*) corrigenda Didymum sapit auctorem (cf. schol. rau. 13. 55. 86 etc.).

3. (568)

Harpocrat. lex. X orat. s. *Σθένελος: Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Διογένην. καὶ ἐν ταῖς διδασκαλίαις εὑρίσκεται ὁ Σθένελος τραγῳδίας ποιητής. ἐκωμῴδει δὲ αὐτὸν ὁ τοὺς Πλάτωνος Λάκωνας γράψας ὡς τἀλλότρια σφετεριζόμενον* (*ἐπισφετ.* codd., Bekker cum Dobraeo *ἔπη σφετεριζόμενον.* ex Harpocr. Phot. lex. s. *Σθένελος . . . ἐκωμῳδεῖτο δὲ ὡς τὰ ἀλλότρια σφετεριζόμενος*).

Idem Sthenelus vexabatur etiam in aliis Aristophanis (velut in vespis ol. 89, 2) et Platonis fabulis (cf. schol. Ar. vesp. 1312, Kayser hist. trag. p. 323).

4. (569)

Schol. Aristoph. nub. 552: . . . *δῆλον δὲ* (sc. e v. 553: *Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν*) *ὅτι πρότερος ὁ Μαρικᾶς ἐδιδάχθη τῶν δευτέρων Νεφελῶν. Ἐρατοσθένης δέ φησι Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν, σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δ' αὐτόν, φησίν, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν, ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται, οὐδὲν ἄτοπον· αἱ διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι. πῶς δ' οὐ συνεῖδεν ὅτι καὶ ἐν τῷ Μαρικᾷ προτετελεύτηκε Κλέων, ἐν δὲ ταῖς Νεφέλαις λέγεται* (v. 581) *«εἶτα τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυρσοδέψην»* (quae verba inde ab *Ἐρατοσθένης δὲ* non leguntur in codd. Rav. et Ven.).

Cf. arg. V: *αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου* (ol. 89, 1) *ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας*

δὲ Κόννῳ (cf. schol. 549). quae in alio quod sequitur argumentorum fragmento (VI p. 78 ed. Par.) leguntur, ad eundem sine dubio spectant commentatorem principalem (f. Symmachum) qui in ipsis scholiis exscriptus ex Aristophanis versibus male intellectis coniectando (cf. sch. 31. 520. 543. 546. 549. 591) elicere studet et mutavisse poetam (σχεδὸν παρὰ πᾶν μέρος, cf. v. 547) et qualia maxime mutaverit, sc. parabasim, in fine incendium propter v. 543, de quo cf. W. Esser de prima et alt. Nub. ed., p. 49, et disputationem praeterea iusti sermonis et iniusti (Hermann. praef. ad Nub. 1830. p. 28), de qua unde concluserint in scholiis servatis nunc non traditur. ceterum ex argumentandi ratione satis patet, unam tantum Nubium fabulam novisse Callimachum nec de altera vel cogitasse, Eratosthenem autem non duo diversa Nubium exemplaria et quasi editiones vidisse sed eandem quam nunc tenemus fabulam ab ipso poeta interpolatam id est duplici parabasi instructam et antiqua v. 563 sqq. (cuius citat Eratosthenes versum 581) et nova (quae ἀτελής sit, sch. 518) postea quum ederet fabulam inserta, in qua ᾠήθη δεῖν ἀπομέμφεσθαι τὸ θέατρον (v. 525 ταῦτ' οὖν ὑμῖν μέμφομαι) et fabulam suam reiectam laudare. et hoc quidem est quod Callimacho utpote eundem fabulae textum legenti exprobrat Er., additam postea esse parabasis partem praecipuam eum non intellexisse. nunquam igitur nisi una eademque extitit Nubium editio, et una didascalia.

5. (570)

Arg. (III) Aristoph. pac. (schol. ed. Dind. t. III p. 5): ἄλλως. Φέρεται (φαίνεται V) ἐν ταῖς διδασκαλίαις δεδιδαχὼς Εἰρήνην ὁμωνύμως (ita Dind., codd. R V ὁμοίως, ed. Ald. φέρεται ἐν ταῖς διδ. ὅτι καὶ ἑτέραν ἐδίδαχεν ὁμοίως Ἀρ. εἰρήνην) ὁ Ἀριστοφάνης. ἄδηλον οὖν, φησὶν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν ἢ ἑτέραν καθῆκεν ἥτις οὐ σώζεται. Κράτης μέντοι δύο εἶδε (εἶπε Ald.) δράματα γράφων οὕτως «ἀλλ' οὖν γε ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσιν ἢ Βαβυλωνίοις ἢ ἐν τῇ ἑτέρα Εἰρήνῃ». καὶ σποράδην δέ τινα ποιήματα παρατίθεται ἅπερ ἐν τῇ νῦν φερομένῃ ουκ ἔστιν.

Cf. arg. pac. I (ibid. p. 4) ... ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου (ol. 89, 3) ἐν ἄστει. πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσι. τὸ δὲ δρᾶμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος, ἡνίκα ἑρμῆν λοιοκρότης (quae ultima quum corrupta sint, Dindorfio corrigenda videntur ita: ἡνίκα ἔτ' ἦν ὑποκριτής. ego scripserim: ἐνίκα Ἕρμων ... [ὁ ὑποκριτής?]. cf. Poll. 4, 88: Ἕρμων ἦν κωμῳδίας ὑποκριτής et schol. Nub. 542).

Alteram fuisse Aristophanis fabulam prorsus diversam quam Pacis nomine simpliciter et ipsam appellaverit pro illius aetatis more et in medicis philosophisque et in poetis omnibus conspicuo, et ex didascaliis intelligitur et novit Crates. quare quum iam Eratosthenis aetate ita rara esset ut Alexandriae non haberetur dubitaretque de ea ille quid statueret, pridem perdita esse videtur atque servatae simplex inscriptio relicta esse, ceteris fabulis quae eiusdem tituli ab eodem poeta essent editae, diligenter a criticis Alexandrinis et bibliothecariis ita separatis ut vel numeros solos titulo adderent (exempla inter Sophoclis dramata sunt *Ἀθάμας*, *Λήμνιαι*, *Τυρώ*, *Φινεύς*, inter Euripidis *Αὐτόλυκος*, *Ἱππόλυτος* et Ionis *Φοῖνιξ*, sicut recentioris etiam Lycophronis *Οἰδίπους* et ipsius Aristophanis *Θεσμοφοριάζουσαι*, *Πλοῦτος*) vel simul notam quandam historicam, velut *Θυέστης πρότερος* et alter *Θ. ἐν Σικυῶνι* Sophoclis habebatur et Oedipus tyrannus sec. argum. fabulae *πρότερος* etiam vocabatur (in aliis non nisi titulus historicus nunc traditur, cf. Soph. *Ἀλκμαίων*, *Ναύπλιος*, *Ὀδυσσεύς*, *Φιλοκτήτης*, Eurip. *Ἰφιγένεια*, *Μελανίππη*, Aesch. *Προμηθεύς*, *Σίσυφος* etc.). cf. V. Rose de Aristot. libris p. 89. primum fuisse simplicem titulum ut de Aristophane, ita eaedem didascaliae testantur de Sophoclis Aiace (v. fr. 6).

6. (571)

Arg. Sophocl. Aiac.: *ὅθεν καὶ τῇ ἐπιγραφῇ πρόσκειται ὁ μαστιγοφόρος, ἢ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Λοκροῦ. Δικαίαρχος δὲ Αἴαντος θάνατον ἐπιγράφει· ἐν δὲ ταῖς διδασκαλίαις ψιλῶς Αἴας ἀναγέγραπται.*

Sicut *ψιλῶς ἀναγέγραπται* in didascaliis *Αἴας*, *Εἰρήνη* suntque alia brevitatis indicia (cf. ad fr. 10. 9 et solenne illud in fragmentis *φέρεται*, *φέρουσι*, *φέρει*, *ἀναγράφει*), ita sane totus liber nihil videtur fuisse nisi *ψιλὴ ἀναγραφή*.

7. (572)

Harpocrat. lex. X orat. s. *διδάσκαλος*: *ἰδίως διδασκάλους λέγουσι τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων ἢ τῶν κωμῳδιῶν ἢ τῶν τραγῳδιῶν. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ χορευτοῦ «ἔλαχον, φησί, Παντακλέα διδάσκαλον»· ὅτι γὰρ ὁ Παντακλῆς ποιητής, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις. πολὺ δ᾽ ἐστὶ κἀν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ τοὔνομα ἐπὶ τούτου τοῦ σημαινομένου.*

Antiphontis (ol. 94, 1 necati) locus in quem ipsum commentatus fuisse videtur is (Didymus?) quem hic exscripsit Harpocration, commentaiorum in oratores Atticos scriptorum lexicorumque Didymi compilator,

hic est (§. 11): *ἐπειδὴ χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια καὶ ἔλαχον Πανταχλέα διδάσκαλον καὶ Κεκροπίδα φυλὴν πρὸς τῇ ἐμαυτοῦ τουτέστι τῇ Ἐρεχθηίδι, ἐχορήγουν ὡς ἄριστα ἐδυνάμην καὶ δικαιότατα.* de quo Pantacle poeta in choregica etiam inscriptione Attica apud Steph. Byz. s. *Ἀτήνη* et quidem ex Diodori periegetae libro de demis Atticis memorato cf. Meineke hist. com. p. 6.

8. (573)

Phot. lex. s. *ὄνου σκιά καὶ περὶ ὄνου σκιᾶς: Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι ... Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ ... Ἀριστοτέλης δὲ ἐν διδασκαλίαις καὶ δράματός τινος φέρει ἐπιγραφὴν Ὄνου σκιάν* (eadem verba repetit Suidas).

Cf. Zenob. 6, 28 *ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς: μέμνηται ταύτης ἐν τῷ Ἐγχειριδίῳ Μένανδρος* (sequitur narratio de Demosthene quam ex Aristide paroemiographo sumsit Didymus in scholiis Platonicis ubique fideliter exscriptus, v. p. 317 Bekk. et schol. Lucian. ed. Iacobitz. p. 119) ... *καὶ Ἀρχίππῳ δὲ κωμῳδία γέγονεν Ὄνου σκιά* (de qua Meineke hist. com. p. 208).

9. (574)

Arg. Eurip. Rhes. (ed. A. Kirchhoff Berol. 1855 t. I p. 339. cf. var. lect. p. 549): *τοῦτο τὸ δρᾶμα ἔνιοι νόθον ὑπενόησαν, Εὐριπίδου δὲ μὴ εἶναι* (al. *ὡς οὐκ ὂν Εὐριπίδου*)· *τὸν γὰρ Σοφόκλειον μᾶλλον ὑποφαίνει χαρακτῆρα. ἐν μέντοι ταῖς διδασκαλίαις ὡς γνήσιον ἀναγέγραπται* (ita codd. «*ἐπιγέγραπται perperam Musurus*»), *καὶ ἡ περὶ τὰ μετάρσια δὲ ἐν αὐτῷ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ. πρόλογοι δὲ διττοὶ φέρονται· ὁ γοῦν Δικαίαρχος* (codd. *δικαίαν*, quod correxit Nauck Arist. Byz. fr. p. 254) *ἐκτιθεὶς τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Ῥήσου γράφει κατὰ λέξιν οὕτως «νῦν εὐσέληνον φέγγος ἡ διφρήλατος». καὶ ἐν ἐνίοις δὲ τῶν ἀντιγράφων ἕτερός τις φέρεται πρόλογος πεζὸς πάνυ καὶ οὐ πρέπων Εὐριπίδῃ* etc.

Ex hoc argumento (quod ad Didymum fontem refero veteres multos iuxta citantem, cf. arg. Med. etc., non ad unum ipsum Dicaearchum, quae parum probabilis opinio est Kirchhoffii in Philol. VII p. 564, fulta illa quidem Alcestidis argumento Dicaearchi nomine in codice Florentino temere inscripto, v. ed. Kirchh. t. I p. 144. 227 et 453. 499. cf. de arg. Medeae Schneidewin. de hypothes. p. 37), ex hoc igitur argumento intelliguntur haec: Rhesum fabulam sub Euripidis nomine in didascaliis fuisse indicatam, Rhesi Euripidei in libro de Sophoclis et Euripidis fabularum hypothesibus Dicaearchum dedisse argumentum (cum initio) atque hoc

Dicaearchi argumentum pro eius qui citavit opinione fabulae nunc servatae congruum fuisse. quam eandem Euripidis nomine inscriptam legisse cum criticis Alexandrinis Cratetem atque propter physicae doctrinae defectum ad iuvenem poetam (et sua quidem coniectura) retulisse testantur scholia (cod. Vat. ad 524 Cob.). iam vero quum pessima Rhesi fabula ab Euripide sine dubio aliena sit, sequitur fabulam eandem quam nunc habemus Euripidis falso nomine iam Dicaearchi aetate traditam fuisse, hoc est ipso illo tempore quo didascaliarum liber compositus fuit (nihil nunc refert utrum ab ipso Aristotele an a Peripatetico quodam), neque fieri potuisse ut fabula ab hoc auctore in tabulas relata esset alia ab ea quam habemus, falsam igitur didascaliam didascaliarum auctorem tradidisse et alienam a monumentis neque immunem omnino illum fuisse erroribus.

10. (575)

Schol. Aristoph. ran. 67 *καὶ ταῦτα τοῦ τεθνηκότος* (sc. *Εὐριπίδου*): . . . *οὕτω γὰρ καὶ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμώνυμον* (ita cod. G i. e. Ven. alter. *ὁμωνύμως* V et Ald. etiam Mediol., de quo v. Dind.) *ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν* (cod. Ven. *ἐν τῷ πρώτῳ ἑτεριφιγένεια* itemque G nisi quod habet *ἑτεριφιγένειαν*, littera vocabuli *ἄστει* prima pro numero accepta ut recte dicit Dindorf) *τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα* (*ἀλκμαίω διονα* V), *Βάκχας*.

Haec (quae absunt a cod. Rav.) intelligenda sunt ita ut primum quidem ex discordia posteriorum de iuniore illo Euripide filiusne fuerit an nepos (vit. Eur. p. 134, 27 West., Suid.), concludas in didascaliis nihil relatum fuisse nisi simplex sine patre nomen Euripidis fabularumque quibus vicerit (Suid. *νίκας δ' ἀνείλετο ε̅, τὰς μὲν δ̅ περιών, τὴν δὲ μίαν μετὰ τὴν τελευτὴν ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου*, cf. Varro ap. Gell. 17, 4), relatum autem fuisse sub archonte quem posteriorem viderent chronologi Alexandrini mortis anno ab ipsis computato (ol. 93, 3) itaque opinionem natam esse duos fuisse poetas *ὁμωνύμους*. nihil enim legitur de iuniore (ap. Suid.) quam quae commenticia esse appareat. credo igitur commissas fuisse poetae ab Atheniensibus valde desiderati (ran. v. 66) fabulas illas brevi tempore post mortem eius (fortasse ol. 93, 4) victoremque ipsum illum veterem Euripidem atque in Ranis victum renuntiatum esse.

11. (576)

Schol. (cod. Clarkiani) in Plat. apolog. p. 330 Bekk. (ubi scriptorum de Anyto et Meleto testimonia et maxime comicorum Didymea doctrina

congeruntur) . . . *Μέλητος δὲ τραγῳδίας φαῦλος ποιητὴς Θρᾷξ γένος, ὡς Ἀριστοφάνης Βατράχοις, Πελαργοῖς Λαίου υἱὸν αὐτὸν λέγων, ἐπεὶ ᾧ ἔτει οἱ Πελαργοὶ ἐδιδάσκοντο καὶ ὁ Μέλητος Οἰδιπόδειαν ἔθηκεν* (*καθῆκεν* Meineke), *ὡς Ἀριστοτέλης διδασκαλίαις.*

Meleti Oedipodiam Dionysiis magnis, Aristophanis comoediam Lenaeis commissam esse coniicit Bergk (Meineke Fr. com. II p. 1127). circa ol. 93—95.

12. (577)

Schol. Aristoph. av. 1379 *τί δεῦρο πόδα σὺ κυλλόν* (*ἀνὰ κύκλον κυκλεῖς*): . . . *ἄλλως. Δίδυμος μὲν κύκλον ἐπεὶ κυκλίων ᾀσμάτων ποιητής ἐστι, κυλλὸν δὲ ἐπεὶ χωλός ἐστιν. εἴρηται δὲ περὶ αὐτοῦ ἐν Βατράχοις. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις δύο φησὶ γεγονέναι. Σύμμαχος οὕτως. Εὐφρόνιος ἐπειδὴ κυλλὸς ἦν ὁ Κινησίας. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ πολὺ παρ' αὐτοῖς ἐστὶ τὸ ποδὶ λευκῷ καὶ ποδὶ κούφῳ καὶ πόδα τιθεὶς ἤ τι τοιοῦτον, τὸ κυλλὸν προςέθηκεν.*

Qui locus non extat in cod. Rav., videtur autem labem contraxisse scholiastae culpa notam Symmachi a Didymo acceptam excerpentis et mutilantis. agebatur de duobus quos comici commemorant Cinesiis homonymis (cf. ad fr. 2), poeta altero, altero cive Atheniensi quem in Lysistrata Aristophanes inducit. de primo solo Didymus citavit Aristotelem qui de Cinesia chorum tollente (Boeckh, Staatsh. d. Ath. I, 606) dixerit: hoc enim ipsum ex Aristotele citat schol. ran. 404 cf. 153, e politiis tamen ut opinor, non e didascaliis. suspicor igitur a librario alterius loci (ad av. 281) memore male scriptum esse *ἐν διδασκαλίαις* pro *ἐν πολιτείαις*, sicut contrarius error scribae accidit in codice Harpocrationis Angelicano (A apud Bekk. s. *διδάσκαλος*).

13. (?) (578)

Schol. Aristoph. ran. 404 et 429 (cf. not. Dind.): *ἐπὶ γοῦν τοῦ Καλλίου τούτου φησὶν Ἀριστοτέλης ὅτι σύνδυο ἔδοξε χορηγεῖν τὰ Διονύσια τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς.*

Ex rep. Atheniensium? cf. praef. et fr. 12.

Cf. etiam Aristophanis Byz. fr. p. 233 Nauck. (Etym. M. p. 286, 23 s. *δρᾶμα*): *λέγεται δὲ δράματα καὶ τὰ ὑπὸ τῶν θεατρικῶν μιμηλῶς γινόμενα ὡς ἐν ὑποκρίσει, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης* (*Ἀριστοτέλης*?), *ἐπειδὴ ἐν ἱερῷ Ἡρακλέους* (cf. Preller Myth. II, 187—89) *δειπνοῦντες ἐγίνοντο χορός.*

Reliquiae didascalicae.

1. (Aeschyli *Πέρσαι*) *ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ, Προμηθεῖ* (arg. Pers. cf. Schneid. de hypothes. p. 16). ol. 76, 4

2. (Aeschyli *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας*) *ἐδιδάχθη ἐπὶ Θεαγενίδου ὀλυμπιάδι οη̅. ἐνίκα Λαΐῳ, Οἰδίποδι, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Σφιγγὶ σατυρικῇ. δεύτερος Ἀριστίας Περσεῖ, Ταντάλῳ, Παλαισταῖς σατυρικοῖς τοῖς Πρατίνου πατρός. τρίτος Πολυφράδμων Λυκουργείᾳ τετραλογίᾳ* (arg. Sept. cf. Schneid. p. 15). ol. 78, 1

3. (Aeschyli *Ὀρέστεια*) *ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς* (arg. Agam. cf. Schneid. p. 16). ol. 80, 2

4. (Euripidis *Πελιάδες*) *ἤρξατο δὲ διδάσκειν ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος κατὰ ὀλυμπιάδα ὀγδοηκοστὴν πρώτην. πρῶτον δὲ ἐδίδαξε τὰς Πελιάδας ἔτει πρώτῳ, ὅτε καὶ τρίτος ἐγένετο* (vit. Eurip. p. XVII, 28 Kirchh.). ol. 81, 1

5. (Euripidis *Ἄλκηστις*) *τὸ δρᾶμα ἐποιήθη ιζ̅. ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίνου ἄρχοντος ὀλυμπιάδι πε̅. πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς, δεύτερος Εὐριπίδης Κρήσσαις, Ἀλκμαίωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος, Τηλέφῳ, Ἀλκήστιδι* (arg. Alc. t. I p. 227 ed. Kirchh. cf. Schneid. p. 21). ol. 85, 2

6. (Euripidis *Μήδεια*) *ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος ὀλυμπιάδος πζ̅ ἔτει πρώτῳ. πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης Μηδείᾳ, Φιλοκτήτῃ, Δίκτυι, Θερισταῖς σατύροις. οὐ σῴζεται* (arg. Med. I, 144 Kirchh. cf. Schneid. p. 9. perditum igitur erat drama satir. iam Aristophanis Byzantii aetate. similiter Cratini *Χειμαζόμενοι*, de quibus infra). ol. 87, 1

7. (Euripidis *Ἱππόλυτος*) *ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἐπαμείνονος ἄρχοντος ὀλυμπιάδος πζ̅ ἔτει δ̅. πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων* (arg. Hippol. I, 185 Kirchh. cf. Schneid. p. 20). ol. 87, 4

8. (Aristophanis *Δαιταλεῖς*) *ἐδίδαξε δὲ πρῶτος ἐπὶ ἄρχοντος Διοτίμου διὰ Καλλιστράτου* (Prolegg. schol. Ar. de com. III, 49 p. XIV ed. Dübn. cf. schol. nub. 529. 531). ol. 88, 1

9. (Aristophanis *Βαβυλώνιοι*) *τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κδ̅ ἐπὶ Εὐκλέους* (Phot. s. *Σαμίων ὁ δῆμος* = Suid.). ol. 88, 2

10. (Aristophanis *Ἀχαρνεῖς*) *ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθύνου ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου· καὶ πρῶτος ἦν. δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. οὐ σῴζονται. τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις* (arg. Acharn.). ol. 88, 3

ol. 88,4 11. (**Aristophanis** *Ἱππεῖς*) *ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος δημοσίᾳ εἰς Λήναια δι' αὐτοῦ Ἀριστοφάνους. πρῶτος ἐνίκα. δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις. τρίτος Ἀριστομένης Ὑλοφόροις* (arg. Equit.)

ol. 89,1 12. (**Aristophanis** *Νεφέλαι*) *ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ* (arg. Nub.).

ol. 89,2 13. (**Aristophanis** *Σφῆκες*) *ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμεινίου [διὰ Φιλωνίδου] ἐν τῇ πθ̄ ὀλυμπιάδι. ἔτει β̄ εἰς Λήναια. καὶ ἐνίκα πρῶτος· Φιλωνίδης Προάγωνι (δεύτερος), Λεύκων Πρέσβεσι τρίτος* (arg. Vesp. cf. E. Petersen: N. Jahrb. f. Phil. t. 85 p. 663).

ol. 89,3 14. (**Aristophanis** *Εἰρήνη*) *ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐν ἄστει. πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσι. τὸ δὲ δρᾶμα ὑπεκρίνατο Ἀπολλόδωρος, ἐνίκα Ἕρμων* (arg. Pac. cf. supra ad Aristot. did. fr. 5).

ol. 89,4 15. (**Eupolidis** *Αὐτόλυκος*) *ἐπὶ τούτου (Ἀριστίωνος) γὰρ Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου* (Athen. V, 216).

ol. 91,1 16. (**Euripidis** *Τρῳάδες*) *κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐνενηκοστὴν ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι καὶ Λυκάονι καὶ Βάκχαις καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῷ. τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Παλαμήδῃ καὶ Τρῳάσι καὶ Σισύφῳ σατυρικῷ* (Aelian. var. hist. 2, 8. cf. schol. Vesp. 1326. schol. Av. 842).

ol. 91,2 17. (**Aristophanis** *Ὄρνιθες*) *ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου διὰ Καλλιστράτου ἐν ἄστει, ὃς* (*ὅτε* Petersen l. c. p. 661) *ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισι, πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ* (*ἔστι δὲ λε̄* add. Ald. cf. arg. Antig. *λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον* et. arg. Alcest.). — *ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου· εἰς δὲ Λήναια τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου* (arg. Av. I et II. cf. sch. Av. 997).

ol. 92,1 18. (**Aristophanis** *Λυσιστράτη*) *ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρξαντος. εἰσῆκται δὲ διὰ Καλλιστράτου* (arg. Lys.).

ol. 92,3 19. (**Sophoclis** *Φιλοκτήτης*) *ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου· πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς* (arg. Phil. cf. Schneid. p. 19).

ol. 92,3? 20. (**Euripidis** *Φοίνισσαι*) *ἐδιδάχθη ἐπὶ Ναυσικράτους* (f. *Γλαυκίππου*?) *ἄρχοντος. δεύτερος* (—*ρον*?) *Εὐριπίδης καθῆκε διδασκαλίαν περὶ τούτου. καὶ* (corr. *κατὰ*) *γὰρ ταῦτα* (corr. *ταὐτὰ*) *ὁ Οἰ-*

νόμαος καὶ Χρύσιππος. καὶ σώζεται (arg. Phoen. t. I p. 91 cf. p. 419 Kirchh. Schneid. p. 38. add. sch. Ran. 53. sch. Av. 348. 424).

21. (Aristophanis *Βάτραχοι*) *ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Ἀντιγένη διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια. πρῶτος ἦν· δεύτερος Φρύνιχος Μούσαις, Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι* (arg. Ran.). ol. 93, 3

22. (Sophoclis *Οἰδίπους ὁ ἐπὶ Κολωνῷ*) *τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς ἐδίδαξεν υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος* (arg. Oed. Col. cod. Laur. cf. Schneid. p. 7). ol. 94. 3

23. (Aristophanis *Πλοῦτος*) *ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ Πασιφάῃ.* ol. 97. 4

Nudas praeterea temporum notas e didascaliis petitas passim praebent scholia, velut de Eurip. Andromeda et Helena ol. 91, 4 (sch. Ran. 53 et Thesm. 1012). de Aristoph. Thesmoph. ol. 92, 2 (sch. Thesm. 190), de Eurip. Oreste ol. 92. 4 (sch. Orest. 361), de Platonis Phaone ol. 97, 1 (sch. Plut. 179). cf. de Strattidis Atalanta sch. Ran. 146 etc.

LVII.

Ὑπομνήματα ἱστορικά

(Ἀριστοτέλους ἢ Θεοφράστου).

Hypomnematum historicorum titulo (de quo E. Koepke, de hypomnematis Graecis. Berol. 1842 p. 11) praeter alios Peripateticos (velut Aristoxenum et Hieronymum Rhodium, de quibus Koepke p. 11. 12. C. Müller Fr. hist. Gr. II, 271. 450) inter ipsos modo principis Aristotelis modo Theophrasti libros habebantur rerum historicarum collectanea varia et sine ordine perscripta, quorum memoriam Athenaeus tradidit (cf. Rose de Ar. l. p. 53). Diogenes Laertius in Theophrasteorum indice hunc titulum apposuit (5, 48): *ὑπομνημάτων Ἀριστοτελικῶν ἢ Θεοφραστείων α̅ β̅ γ̅ δ̅ ε̅ ϛ̅* (iterum 5, 49: *τὰ ὑπομνήματα α̅*. cf. etiam Ptol. ap. Wenrich. p. 156). ipsum autem Theophrastum excerpsisse auctor deprehenditur (fr. 4), qui eiusdem fere generis librum ex brevibus segmentis, quale integrum unum apposuisse videtur Athenaeus (fr. 1), congestum ediderit atque auctor *θαυμασίων ἀκουσμάτων* (cf. de hypomnematicis quae sint *συμπεφυρμένα* neque *πρὸς ἕνα σκοπόν* Alexander apud Simplic. f. 1, ε Bas. et praef. ad fr. log.).

1. (579)

Athen. IV p. 173ᵉ (cf. 172ᶠ: *οὐκ ἀγνοῶ δὲ καὶ περὶ Δηλίων ἃ*

Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος εἴρηκεν ὅτι μαγείρων καὶ τραπεζοποιῶν παρείχοντο χρείας τοῖς παραγινομένοις πρὸς τὰς ἱερουργίας . . .): ἐπισκώπτουσι γὰρ οἱ σάτυροι (in Achaei fabula) *τοὺς Δελφοὺς ὡς περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς θοίνας διατρίβοντας. Σῆμος δ' ἐν τετάρτῳ Δηλιάδος «Δελφοῖς, φησί, παραγινομένοις εἰς Δῆλον παρεῖχον Δήλιοι ἅλας καὶ ὄξος καὶ ἔλαιον καὶ ξύλα καὶ στρώματα». Ἀριστοτέλης δ' ἢ Θεόφραστος ἐν τοῖς ὑπομνήμασι περὶ Μαγνήτων λέγων τῶν ἐπὶ τοῦ Μαιάνδρου ποταμοῦ ὅτι Δελφῶν εἰσὶν ἄποικοι, τοσαύτας ἐπιτελοῦντας αὐτοὺς ποιεῖ* (*ποιεῖν* B i. e. Laur. sec. XV) *χρείας τοῖς παραγιγνομένοις τῶν ξένων λέγων οὕτως «Μάγνητες οἱ ἐπὶ τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ κατοικοῦντες ἱεροὶ τοῦ θεοῦ, Δελφῶν ἄποικοι, παρέχουσι τοῖς ἐπιδημοῦσι στέγην, ἅλας, ἔλαιον, ὄξος, ἔτι λύχνον, κλίνας, στρώματα, τραπέζας». Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος . . .*

2. (580)

Athen. XIV p. 654[d] s. v. *φασιανικός* (praecedit Ptolemaei Euergetae ex duodecimo *ὑπομνημάτων* testimonium phasianorum raritatem docens et pretium. quibus sine ullo nexu adiiciuntur haec quae ipsam avium magnitudinem formamque spectant): *Ἀριστοτέλης δὲ ἢ Θεόφραστος ἐν τοῖς ὑπομνήμασι «τῶν φασιανῶν, φησί, οὐ κατὰ λόγον ἡ ὑπεροχὴ τῶν ἀρρένων ἀλλὰ πολλῷ μείζων».*

Phasianos in libris de animalibus et Aristotelem et Theophrastum commemorare supra dixerat Athen. IX p. 387[b].

3. (581)

Athen. epit. II p. 44[c] (inter varia abstinentiae exempla): *Ἀριστοτέλης δ' ἢ Θεόφραστος Φιλῖνόν τινα ἱστορεῖ μήτε ποτῷ χρήσασθαί ποτε μήτε ἐδέσματι ἄλλῳ ἢ μόνῳ γάλακτι πάντα τὸν βίον.*

Haec nescio an ex libro Theophrasti *περὶ μέθης* (cf. apud Athen. X p. 429[a]) auctor ignotus traxerit.

4. (582)

Schol. Laur. in Apollon. Rhod. IV, 834 (p. 508, 20 Keil) *εἰ μὲν δὴ μαλεροῖο πυρός: περὶ τὸν πορθμὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ πυρὸς ἀναφυσήματα γίνεται ὥστε καὶ τὴν θάλασσαν θερμαίνεσθαι, ὥς φησι καὶ Μητρόδωρος ἐν πρώτῳ περὶ ἱστορίας καὶ Θεόφραστος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν. καί φησι τὸν βρόμον τὸν ἀπὸ τῶν Αἰόλου νήσων ἀκούεσθαι ἕως ᾳ σταδίων* (ita Keil ex rec. sch. Flor. ubi sic: *ἀκούεσθαι ἕως χίλια στάδια.* Laur. *καίεσθαι ἕως ἑνὸς σταδίου*)· *περὶ Ταυρομένιον γοῦν ἀκούεσθαι βροντῇ παραπλήσιον ψόφον.*

Eundem quem hypomnematum auctor Theophrasti locum (e libro *περὶ θαλάττης*? D. L. 5, 47. Th. c. pl. 2, 5, 2 cf. h. pl. 4, 6—7. ex eodem libro Antig. 131 et Pseudar. mir. 58) tangere videtur Callimachus apud Antig. mir. 130: *Θεόφραστον δέ* (*φησὶν ἱστορεῖν*), *τὴν περὶ τὰς Αἰόλου νήσους* (*θάλατταν*) *ἀναζεῖν οὕτως ἐπὶ δύο πλέθρων τὸ μῆκος ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι διὰ τὴν θερμασίαν ἐμβαίνειν εἰς ταύτην.* quam rem de eadem regione aliunde testatur Plin. 2, 110 (238).

5. (583)

Argum. Eurip. Medeae: *τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι* (Euripides) *παρὰ Νεόφρονος* (de v. l. cf. Med. ed. Kirchhoff. Berol. 1852 p. 91. ed. Elmsley p. 68) *διασκευάσας, ὡς Δικαίαρχός τε περὶ τοῦ Ἑλλάδος βίου καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ὑπομνήμασι* (cf. Diog. L. 2, 134. Suid. s. *Νεόφρων.* Nauck Trag. Gr. fr. p. 565).

5 a. (584?)

Erotian. gloss. Hippocr. p. 312 Franz. (quem locum inter dubia Aristoph. fr. posuit Nauck p. 234. cf. idem in Rh. Mus. N. F. VI, 322) *πικερίῳ* (apud auct. libr. de morb. mul.): *βουτύρῳ· ὡς καὶ Ἀριστοφάνης* (corr. *Ἀριστοτέλης*) *ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φησιν ὅτι Θόας ὁ Ἰθακήσιος ἱστορεῖ παρὰ Φρυξὶ πικέριον καλεῖσθαι τὸ βούτυρον.*

LVIII.

Πέπλος.

Πέπλον Aristotelis nomine inscriptum duobus quidem locis apponit Hesychius, cuius libri argumentum abunde declarant verba alteri indicis loco addita: *περιέχει δ' ἱστορίαν σύμμικτον, ἱστορίαν* scilicet et non *ζητήματα,* sicut qui praecedunt libri ad Eucaerum scripti septuaginta vel ultra, quorum meminit David (in categ. p. 24b8 Br.). quem ipsum Aristotelici libri titulum Alexandrinis vulgarem Varronis expressisse in libris imaginum varii argumenti rationem imitati *πεπλογραφίαν* (quae a Cicerone appellatur in epist. ad Att. 16, 11) iure statuit cum Schneidewino (p. 23), qui pepli Aristotelici reliquias collegit (v. Philologus Bd. I. 1846 p. 1—45), Ritschl (in diss. inscr. *die Schriftstellerei des Varro* Rhein. Mus. N. F. VI, 513). erat igitur liber ille variae et miscellae (Gell. praef. noct. Att.) historiae (cf. Val. Rose de Ar. libr. p. 53, ubi tamen verba v. 25—30: *Multa ibi . . . explicato* propter ea quae ad fr. polit. Orch. rectius disputantur, nunc omittenda sunt atque delenda), sicut Dionysii cy-

clographi *stephanus* (vel cyclus) et Rhegini *polymnemon* (de quibus v. C. Müller Fr. hist. Gr. t. II p. 7. 12), quibus a Socrate (hist. eccl. 3, 23. quem exscripsit Nicephorus Call. hist. eccl. 10, 36) comparatur ita rixante: *διὸ οὐκ αἰσχύνονται πολλοὺς ἀνθρώπους ἀποθεώσαντες καὶ εἴθε γε κἂν χρηστοὺς τὸν τρόπον ἢ δικαίους ἢ σώφρονας, ἀλλὰ ἀνάγνους ἀδίκους μέθῃ δεδουλωμένους, Ἡρακλέας φημὶ καὶ Διονύσους καὶ Ἀσκληπιούς, καθ' ὧν συνεχῶς ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις ὀμνύων Λιβάνιος οὐκ αἰσχύνεται· ὧν τοὺς ἀρσενικοὺς καὶ θηλυκοὺς ἔρωτας εἰ ἀπαριθμησαίμην, μακρὸς ἡμῖν ἔσται ὁ τῆς παρεκβάσεως λόγος. ἀρκέσει δὲ τοῖς ταῦτα γνῶναι ἐθέλουσιν ὁ Ἀριστοτέλους πέπλος καὶ ὁ Διονυσίου στέφανος καὶ Ῥηγίνου ὁ πολυμνήμων καὶ τῶν ποιητῶν τὸ πλῆθος, οἳ περὶ αὐτῶν γράψαντες γέλωτα ὄντως καὶ φλήναφον παρὰ πᾶσι τῆς Ἑλλήνων θεολογίας δεικνύουσιν.* neque vero nisi partem argumenti (Rose l. c.) in fabulosis Graecorum rebus et universa heroum historia versati et respexisse et descripsisse Socrates putandus est. titulum enim ex indice Ptolemaei hunc citat Ibn Alkifti (Casiri I, 308. Wenrich p. 156) *epitaphia heroum, quae pepli nomine censentur libri VI.* neque veri dissimile est eundem librum tertio loco significare Hesychium, qui *κύκλον* alio titulo appellat: quanquam alio ducat Ptolemaei locus, qui *ἐγκύκλια προβλήματα* significat. cf. praef. ad fr. probl. phys. ex eodem autem libro similique rerum heroicarum argumento Porphyrius in commentariis Homericis (*ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον* Eust. p. 285 id est *ἐν τοῖς ζητήμασιν*, e quibus similia genealogica passim commemorant scholia Homerica, cf. in Il. *β*, 249 p. 65, 12 Bekk. de Atridis, item in *γ*, 275 etc. in schol. *α*, 266 p. 25b27 Lapitharum sexaginta celeberrimos recensuisse Porphyrius dicitur. cf. Eustath. in Il. *β* p. 263. 329. 353 etc.) et quidem *ἐν τῷ καταλόγῳ* (sch. Il. o, 333 p. 423, 47 *Πορφ. ἐν τῷ καταλόγῳ* de matre Aiacis) epigrammata sepulcralia excerpserat, quae heroum genealogiis non Homericorum modo sed omnium auctor operis addiderat. atque ex his solis Porphyrii excerptis posteriores omnes de peplo Aristotelis ceterum ignoto acceperunt, ut Eustathius et antea Tzetzes, qui ubi historias heroum affert pleraque et in scholiis quibus Homerica ipsius carmina illustravit et in commentariis ad Lycophronem cum Eudociae violeto habet ad verbum communia, ita etiam is cui debentur eclogae librarii cuiusdam Florentinae cum epigrammatis ab Henrico Stephano primum editis. neque enim causa est cur praeter Homerica nulla excerpsisse Porphyrium affirmemus cum Schneidewino (p. 3). eademque *τὰ παρὰ τῷ Πορφυρίῳ ἐπιγράμματα* falsorum titulorum venditori Fabio Planciadi Fulgentio videntur in mentem venisse, quum citaret *Porphyrium in epigrammate* (myth. 2, 4

et contin. Virgil. p. 158 in Tho. Munckeri mythogr. Lat. Amst. 1681). fontem illorum et naturam verbis aliunde acceptis (sicut aliis in locis quibus singulorum mentio fit, velut p. 17 = Eudoc. p. 219) ita describit Eustathius in Hom. Il. (*β*, 557) p. 285: *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι Πορφύριος εἰς Αἴαντα ἐπίγραμμα παλαιὸν φέρει τόδε ..: ἱστορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς Πορφύριος καὶ ὅτι Ἀριστοτέλης σύγγραμμα πραγματευσάμενος ὅπερ ἐκλήθη πέπλος, γενεαλογίας ἡγεμόνων ἐξέθετο καὶ νεῶν ἑκάστων ἀριθμὸν καὶ ἐπιγράμματα εἰς αὐτούς, ἃ καὶ ἀναγράφεται ὁ Πορφύριος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον ἁπλᾶ ὄντα καὶ οὐδέν τι παχὺ καὶ φλεγμαῖνον ἔχοντα. δίστιχα δὲ τὰ ὅλα ἐκεῖνα δίχα τοῦ ῥηθέντος εἰς τὸν Αἴαντα· ἴσως γὰρ ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐφιλοτεχνήσατο ἀπεναντίας ἐλθὼν τῷ ποιητῇ ἐπὶ μὲν τῷ λαμπρῷ Αἴαντι πολυλογῆσαι, τοὺς δὲ ἄλλους ἧττον σεμνῦναι. ἔτι καὶ ταῦτα τοῦ Πορφυρίου, ὅτι εἰ καὶ Πηλεὺς καὶ Τελαμὼν ἀδελφοὶ ἐξ Αἴακος* etc. qui quidem *ἐπιγραμματοποιός* non Aristoteles ipse fingitur hoc est is qui *πέπλον* condiderat, sicut inconsideratius et nunc et olim viri docti narrant omnes (praeter Batavos B. Ten Brink, Hecker et praecipue I. G. Hulleman), neque certi auctoris nomen novit Ausonius qui Graecis illis Porphyrii (*heroum qui b e l l o T r o i c o interfuerunt*) epitaphiis usus est. immo sic statuendum est, pepli auctorem titulos illos sepulcrales variorum poetarum opera fictos (cf. ep. Fl. 15) qui statuas virorum illustrium (cf. Paus. passim) et anathemata heroumque cenotaphia (cf. ep. Flor. 20. 28) distichis ornare solebant, et partim quidem ad epigrammata antiquiora mala imitatione (cf. ep. Fl. 7. 13. 19. 48) et sermone inconcinno expressos (cf. I. G. Hulleman, Bedenkingen tegen de echtheid van den zoogenaamden *Πέπλος* van Aristoteles. Amst. 1858 p. 17 sqq.) historiae suae heroicae aliunde et quasi ex ipsis sepulcris collectos immiscuisse, sicut similia in Hesiodum epitaphia quae Chersiae Orchomenii vel sec. Anth. Pal. 7, 54 Mnasalcae dicebantur et Pindari retulit auctor politiarum in pol. Orchomeniorum (*καὶ ἐπιγράμματος τοῦδε τυχεῖν*). quae quidem causa fuit ut unum eundemque auctorem et a philosopho Stagirita diversum Tzetzes putaret et illum Aristotelem qui politias et qui peplum composuerit, eiusdem quodam modo farinae opera mere historica et ab omni philosophiae studio aliena. quod si de uno eodemque utriusque operis auctore fallitur ille, non tamen ignoravit diversos plane homines fuisse *τὸν τοὺς πέπλους συντάξαντα* et Aristotelem philosophum (cf. praef. ad fr. polit. Orchomen.). continebat igitur peplus s. cyclus pseudaristotelicus heroum Graecorum vitas et genealogias ad carminum epicorum auctoritatem narratas ab auctore quodam qui Mnasalca Sicyonio (cf. ep. Fl. 7. 19. Hulleman p. 21. 23) ignotae prorsus aetatis poeta — hunc enim manifesto

imitatur auctor epitaphii non epica, ut cetera, sed Dorica dialecto scripti in Aiacem — esset recentior. ex quo opere praeter Porphyriana illa unumque scholiorum Homericorum locum ex eodem fortasse fonte (at non ex Aristonico) repetendum nihil cum nomine auctoris servato traditur, nisi quae de ludis Graecorum in heroum mortuorum memoriam honoremque institutis leguntur in scholiis Aristidis orationibus adscriptis. quae quum ampliorem libri ambitum illustrent, primo loco exhibenda duxi.

1. (585)

Schol. ad Aristidis Panathen. (p. 189 Iebb: *ἐνδοξότατοι πάντων οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀγῶνες· καὶ μὴν τούτων πρεσβύτατος ὁ τῶν Ἀθηναίων, εἰ δὲ βούλει ὁ τῶν Ἐλευσινίων*) ed. Guil. Dindorf. p. 323 (t. III ed. Aristid. Lips. 1829. cf. Schol. in Aristid. ed. Frommel. Frf. 1826 p. 105): *ἡ τάξις τῶν ἀγώνων καθὰ Ἀριστοτέλης ἀναγράφεται* (ita Marc., cett. *κατὰ Ἀριστοτέλην γράφεται*) · *πρῶτα μὲν τὰ Ἐλευσίνια διὰ τὸν καρπὸν τῆς Δήμητρος· δεύτερα δὲ τὰ Παναθήναια ἐπὶ Ἀστέρι τῷ γίγαντι ὑπὸ Ἀθηνᾶς* (ita Marc., vulgo *Ἀθηναίων* quod corr. Schneid. l. c. p. 11) *ἀναιρεθέντι· τρίτος ὃν ἐν Ἄργει* (*ὁ ἐν αργει* Marc., *ὃν ἄργει* vulgo) *Δαναὸς ἔθηκε διὰ τὸν γάμον τῶν θυγατέρων αὐτοῦ· τέταρτος ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ τεθεὶς ὑπὸ Λυκάονος, ὃς ἐκλήθη Λύκαια· πέμπτος ὁ ἐν Ἰωλκῷ Ἀκάστου* (sic Schn. atque ita cod. Vind. *α* littera ex correctura superposita. Marc. sic: *ὁ ἐν ιολκω ιακαστῶ* sine acc. et spir., vulgo *Ἰοκάστου*) *καθηγησαμένου ἐπὶ Πελίᾳ τῷ πατρί· ἕκτος ὁ ἐν Ἰσθμῷ Σισύφου νομοθετήσαντος ἐπὶ Μελικέρτῃ· ἕβδομος ὁ Ὀλυμπιακὸς* (*-πικὸς* Vind. Marc.) *Ἡρακλέους νομοθετήσαντος ἐπὶ Πέλοπι· ὄγδοος ὁ ἐν Νεμέᾳ, ὃν ἔθηκαν οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἐπὶ Ἀρχεμόρῳ* (*Ἀργεμόρῳ* codd., *ἀρχεγόρ¯* Marc., om. Vind.) · *ἔνατος ὁ ἐν Τροίᾳ, ὃν Ἀχιλλεὺς ἐπὶ Πατρόκλῳ ἐποίησεν· δέκατος ὁ Πυθικός, ὃν οἱ Ἀμφικτύονες ἐπὶ τῷ Πύθωνος φόνῳ ἔθηκαν. ταύτην τὴν τάξιν ὁ τοὺς πέπλους συνθεὶς Ἀριστοτέλης* (ita revera habet cod. Marc. et optime iam correxit Th. Bergk Poet. lyr. Gr. ed. alt. p. 507. vulgo *εἰς πέπλους συνθεὶς ὁ Ἀριστοτέλης*) *ἐξέθετο τῶν ἀρχαίων καὶ παλαιῶν ἀγώνων* (habent haec codd. B et D Dind. id est Leidensis unus et apogr. Monacense, et praeter eos chart. sec. XV Vindobonensis phil. 187 f. 88^b et omnium antiquissimus Marcianus gr. 423 membr. — e quo descripta esse videntur schol. apogr. Monac. — fol. 121^b. quos quidem codices ipse inspexi. alterius Marc. 424 scholia et ipsius antiqui concinunt fere cum *cod. bombyc.* apud Frommel). de singulis cf. Schneid. p. 12. C. Müller ad Ar. fr. 282. de Panathenaeis plura servavit alterum in eisdem codicibus scholium ad verba *ὁ τῶν Παναθηναίων*:

τῶν μικρῶν λέγει· ταῦτα γὰρ ἐπὶ Ἐριχθονίου (*ἐρεχθονίου* C) *τοῦ Ἀμφικτύονος γενόμενα ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ Ἀστερίου τοῦ γίγαντος· τὰ δὲ μεγάλα Πεισίστρατος ἐποίησε. τὰ δὲ Ἐλευσίνια ἐπὶ Πανδίονος ἐγένετο, ὃς πέμπτος ἦν βασιλεὺς ἀπὸ Ἐριχθονίου· διὰ δὲ τὸν καρπὸν ἐτέθησαν.* deinde ad verba *εἰ δὲ βούλει ὁ τῶν Ἐλευσινίων* Aristotelis nomen confirmans sic habet C (id est Monacensis alter): *ὡς καὶ Ἀριστοτέλης τάττει.* in cod. Marc. 510 ch. sec. XV, qui Panathenaicum continet cum eiusdem fere generis scholiis quae BD Vind. Marc., ex ampliore illo scholio haec tantum excerpuntur: *πρῶτος ἀγὼν ὁ τῶν Ἐλευσινίων γενόμενος διὰ τὸν καρπὸν τῆς Δήμητρος. δεύτερος ὁ τῶν Παναθηναίων γενόμενος ἐπὶ τῇ σφαγῇ τοῦ Ἀστέρος τοῦ γίγαντος ὑπὸ Ἀθηνᾶς αναιρεθέντος.*

Eundem Aristotelis locum, etsi non ex ipso peplo, excerpsit Helladius in chrestomathiarum primo, unde haec affert Photius (bibl. cod. 279 p. 533^b 29 Bekk.): *ὅτι πρῶτα μὲν τὰ Παναθήναια συνέστη· εἶτα τὰ Ἐλευσίνια ἐπὶ Πελίᾳ τεθνηκότι* (hoc loco secundum certamen intermediis plane omissis cum quinto ab epitomatore confusum est) *προὔθηκαν ἆθλα Θετταλοί· εἶτα τὰ Ἴσθμια ἐπὶ Μελικέρτῃ· ἔπειτα ὁ τῶν Ὀλυμπίων ἀγὼν ἀρχὴν λαμβάνει ὑφ᾽ Ἡρακλέους· εἶτα τὰ Νέμεα ἐπ᾽ Ἀρχεμόρῳ τεθέντα* (hic Troicum certamen omittitur)· *εἶτα μετὰ τὸ τὴν Κίρραν πεσεῖν τὰ Πύθια.*

Ipsum autem Aristotelis peplum Augusti aetate in simili genealogiarum opere, cuius nunc non nisi epitoma extat, adhibuisse videtur Hyginus (fab. 273) *Qui primi ludos fecerunt, usque ad Aeneam quintum decimum* enumerans, paulo alio quidem et pleniore ordine, in singulis tamen rebus et universa ratione mire consentiens.

2. (586)

Schol. (A) in Il. *λ*, 688 (*πολέσιν γὰρ Ἐπειοὶ* etc.): *Ἐπειοὶ οἱ Ἠλεῖοι ἀπὸ Ἐπειοῦ βασιλέως οὕτως· Ποσειδῶνος καὶ Εὐρυπύλης τῆς Ἐνδυμίωνος παῖς Ἠλεῖος ὁ κτίσας Ἦλιδα, Ἠλείου δὲ Ἄλεξις καὶ Ἐπειός, ἀφ᾽ οὗ Ἐπειοί, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πέπλῳ* (cf. scholia Aristonicea de Eleis Epeis ad *β*, 694. 737. 759. Steph. Byz. s. *Ἦλις*).

Haec ex scholiis Homericis (ad Il. *β*, 686 *ἐν Ἤλιδι δίῃ* et 688) verbotenus repetit Etym. M. p. 426, 24—31 s. *Ἦλις*, cum aliis duobus fragmentis aliunde excerptis (p. 426, 9—17 et 17—24) coniuncta.

3. (587)

Veterum heroum epitaphia, ex vetere quodam Mediceae bibliothecae codice a me olim Florentiae descripta in calce editionis Anthologiae

epigrammatum a. 1566 Genevae (non Parisiis, ut male ait Schneidewin) primus protulit Henricus Stephanus (v. Florilegium diversorum epigrammatum. 1566. 8° max. p. 497—502), mutato deinde ordine et ad catalogum Homericum male accommodato repetiit Gulielmus Canterus (cf. Schneid. p. 1 sq.), qui Aristotelis ea esse et pepli fragmentum primus nuntiavit, et Canterum secutus ipse postea Stephanus (*Homeri et Hesiodi certamen . . . Matronis et aliorum parodiae . . . Homericorum heroum epitaphia. A.* 1573, *excud. H. Stephanus*, Genevae scil.). e quibus epigrammatis iam Stephanus vidit (cf. Florileg. p. 497 et in fol. extr., Hom. her. epit. p. 137) ***nonnulla mutuatum*** esse vel ***in certis quibusdam locis similia dixisse*** (in ep. 3 et 11 de Aiace et Guneo. cetera autem longius recedunt. cf. 1. 2. 7. 8) Ausonium qui et ipse *epitaphia heroum qui bello Troico interfuerunt* Graeca libere imitatus edidit, *quae antiqua*, ut ait in praefatione (Ausonii opp. ed. I. Tollius. Amst. 1671 p. 190), *quum apud philologum quendam reperissem, Latino sermone converti.* codex autem ille Florentinus, quem nemo postea inspexit, est Laurent. 56, 1 (bomb. sec. 13), in quo inter varia excerpta a Stephano diversis annis locisque pro maiore parte edita (de quibus disputo in praef. ad I. Adamantii sophistae de ventis a me repertum) epitaphia illa habentur, auctoris quidem nomine nequaquam, ut recte ait Stephanus (epitaph. p. 135) praefixo, at ita tamen scripta ut revera auctor Aristoteles quodammodo significetur. etenim post capitula Menandri eclogae illae ita incipiunt: 1. (f. 11) ***κρῆναι καὶ λίμναι. καὶ πηγαί. καὶ ποταμοὶ ὅσοι θαυμάσια τινα ἐν αὐτοῖς ἔχουσιν*** (Pseudo-Sotion Stephani). 2. (f. 12ᵇ) ***περὶ τῆς τοῦ νείλου ἀναβάσεως.*** 3. (f. 13) ***γυναῖκες ἐν πολεμικοῖς συνετοὶ καὶ ἀνδρεῖαι.*** (f. 15ᵇ) ***τίνες οἶκοι ἀνάστατοι διὰ γυναῖκας ἐγένοντο.*** (ib.) ***φιλάδελφοι.*** (ib.) ***φιλεταῖροι.*** 4. (f. 16ᵇ) ***περὶ ὁμήρου καὶ ἡσιόδου καὶ τοῦ γένους καὶ ἀγῶνος αὐτῶν.*** 5. (f. 20) ***ποῦ ἕκαστος τῶν ἑλλήνων τέθαπται καὶ τί ἐπιγέγραπται ἐπὶ*** (***ἐπὶ*** om. Steph.) ***τῷ τάφῳ.*** haec ultima sunt epigrammata illa (inc. ***Ἐπὶ ἀγαμέμνονος κειμένου ἐν μυκήναις***), in quorum fine, ut apud Stephanum, quaedam subiiciuntur titulo ***ἐπὶ τῶν τρώων.*** iam vero post ultimum Orphei epitaphium ab eadem manu antiqua quaedam adnotantur, quibus ab opere ducimur ad operis auctorem. unius enim lineae spatio intermisso sequuntur verba haec: ***ὅτι ὁ ἀριστοτέλης ἀπὸ τοῦ ἀσκληπιοῦ κατήγετο.*** infra deinde, quae ad Aristotelis vitam itidem pertinent (v. 7 et 44 ap. Westerm. Biogr.): ***φεστίδος ἦν μητρός. καὶ νικομάχου γενετῆρος. τῶν ἀσκληπιδῶν. δῖος ἀριστοτέλης. . . .*** (***πολλο?***) . . . ***ὅτι πολλὴν εὔνοιαν εἶχεν ἀριστοτέλης πρὸς τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ πλάτωνα. βωμὸν ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε πλάτωνος. ἀνδρός. ὃν οὐ θέμις ἐν τοῖσι***

χαλεποῖσι ἀκούειν: — haec olim (a. 1857) Florentiae notavi. textum tamen epigrammatum, quem quia impressum exemplar quod conferrem ad manus non esset, integra autem omnia denuo describere taederet, in usum meum convertere distuli, ad Stephani apographum quo nituntur omnes et ipse nunc invitus et sero dolens repeto.

Eadem partim epigrammata Florentina partim nova praebet Tzetzes in scholiis ad Homerica sua, quae ex mutilo codice Augustano primus edidit Schirach (Halae 1770). distichis hic comparentibus ex integrioribus codicibus Vindobonensi (phil. 308), Harleiano (i. e. cod. Lond. reg. 16. C. IV — Casley — quem cur Harleianum appellet Burgess nescio. scriptus autem est Parisiis manu Petri Morelli Turonensis a. 1565), Matritensi (20, quem Constantinus Lascaris in collectione sua epigrammatum excerpserat cod. Matrit. 24, iterumque idem inter varia excerpta codicis 72) alia addiderunt Fr. Iacobs (in ed. Tzetzis Lips. 1793), Thomas Burgess (in ed. Pepli Aristotelis Dunelmiae 1797, repetita in Classical journal t. XIV. 1816 p. 172—185), Iriarte in cat. codd. graec. Matrit. t. I p. 110—12 et p. 261—62. accedent plura quae etiam nunc desunt (cf. Burgess p. 173: *Nec desperem, si diligentiore usu excutiantur codices Tzetziani, etiam iste, quem tractavi, Harleianus, ac praesertim Matritensis . . . aliquando alias repertum iri Pepli reliquias. Tzetzes enim scholio ad Homerica sua v.* 118 *de Leito scribens, τὰ ἐπιγράμματα δέ, ait, αὐτοῦ τε καὶ τῶν λοιπῶν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὁμοῦ εἴπομεν. at Ληίτου ἐπίγραμμα et aliorum nonnullorum in codice nostro frustra quaesivi.* ceterum in Harleiano isto, quem nuper ipse manu versavi, nova nulla restant praeter tria illa Aeneae Hectoris Paridis quae primus edidit Burgess: habet autem epigrammata viginti novem). omnia uno omisso collegit Schneidewin (l. c. p. 24—42), inter Poetas lyricos Graecos Schneidewini arbitrariis correctionibus merito neglectis recepit Th. Bergk (ed. alt. Lips. 1853 p. 508—16).

Ποῦ ἕκαστος τῶν Ἑλλήνων τέθαπται καὶ τί ἐπιγέγραπται ἐπὶ τῷ τάφῳ.

1. *Ἐπὶ Ἀγαμέμνονος κειμένου ἐν Μυκήναις.*

Λεύσσεις Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, ὦ ξένε, τύμβον,
ὃς θάν' ὑπ' Αἰγίσθου κουλομένης ἀλόχου.

2. *Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.*

Μνῆμα τόδ' Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, ὅν ῥα κατέκτα
δῖα Κλυταιμνήστρη Τυνδαρὶς οὐχ ὁσίως.

3. *Ἐπὶ Μενελάου.*

Ὄλβιος ὦ Μενέλαε, σύ τ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως
ἐν μακάρων νήσοις, γαμβρὲ Διὸς μεγάλου.

4. Ἐπὶ Ἀχιλλέως κειμένου ἐν Τροίῃ, τιμωμένου δὲ καὶ ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ.

Παῖδα θεᾶς Θέτιδος Πηληιάδην Ἀχιλῆα
ἤδ' ἱερὰ προποντὶς (sic) ἀμφὶς ἔχει πεδίῳ.

5. Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.

Θεσσαλὸς οὗτος ἀνὴρ Ἀχιλεὺς ἐν τῷδε τέθαπται
τύμβῳ, ἐθρήνησαν δ' ἐννέα Πιερίδες.

6. Ἐπὶ Πατρόκλου κειμένου μετ' Ἀχιλλέως.

Πατρόκλου τάφος οὗτος, ὁμοῦ δ' Ἀχιλῆι τέθαπται,
ὃν κτάνεν ὠκὺς Ἄρης Ἕκτορος ἐν παλάμαις.

7. Ἐπὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου.

Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ κειραμένα πλοκάμους,
θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, ὡς παρ' Ἀχαιοῖς
ἁ δολόφρων Ἀπάτα κρέσσον ἐμεῦ κέκριται.

---

4. habet Ttetzis cod. Harl. p. 71 ad posthom. 462, ubi sic ἤδ' ἱερὰ νῆσος ποντιὰς ἀμφὶς ἔχει (cf. Burgess p. 180).

6. habet Tzetzes ad homerica 220: ἐπὶ Πατρόκλου ὑφ' Ἕκτορος ἀναιρεθέντος ἐπίγραμμα τόδε... (cod. Aug. Schirach p. 63. Matrit. cf. Iriarte p. 110[b]). ἐκ παλάμαις (corr. παλάμης) Harl. p. 42.

7. habet Eust. Il. p. 285 et Tzetzes posthom. 489: ἐτάφη δὲ οὗτος ὁ Αἴας παρὰ τὸ Ῥηγεῖον (corr. Ῥοίτειον ex Strab. XIII, 595. ita etiam Harl. p. 71) καὶ ἐπεγράφη αὐτῷ ἐπίγραμμα τόδε ... (cod. Vindob. Iacobs p. 143. cf. Harl. p. 71 ubi legitur βεβαρημένον, non — μένα ut ait Burg. p. 177, deinde ὅτ' ἀρ' Ἀχαιοῖς, in marg. γρ. ὡς παρ'). extat etiam in Anth. Pal. VII, 145 sub titulo εἰς Αἴαντα Ἀσκληπιάδου (τοῦ Σαμίου scil. qui sub Ptolemaeo primo floruisse videtur sec. Theocr. id. 7, 40), falso sine dubio (ut saepe in talibus collectionibus per varias excerptorum manus traditis), si quidem, quod manifestum est, in usum suum convertit epitaphii auctor ut armorum iudicium significet, Mnasalcae Sicyonii Doricum epigramma hoc (ap. Eust. Il. p. 285 et ap. Athen. IV p. 163[a]):

Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων ἀρετὰ παρὰ τᾷδε κάθημαι
ἁδονᾷ, αἰσχίστως κειραμένα πλοκάμους,
θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, εἴπερ ἅπασιν
ἁ κακόφρων τέρψις κρέσσον ἐμεῦ κέκριται.

licet contraria fuerit Eustathii sententia (p. 285): ἰστέον δὲ καὶ ὅτι Πορφύριος εἰς Αἴαντα ἐπίγραμμα παλαιὸν προφέρει τόδε ... ὃ δὴ καὶ παρῳδήσας τις κατὰ τῆς ἡδονικῆς φιλοσοφίας ἔγραψεν οὕτως... ceterum Asclepiadeum illud aliis verbis redditur in Antipatri Sidonii epitaphio plane simili, quod subsequitur in Anth. Pal. VII, 146.

8. Ἐπὶ Τεύκρου κειμένου ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου.
Ἰῶν ὠκυμόρων ταμίην Τελαμώνιον ἥδε
Τεῦκρον ἀποφθίμενον γῆ Σαλαμὶς κατέχει.

9. Ἐπὶ Νέστορος κειμένου ἐν Πύλῳ.
Τὸν βαθύνουν ψυχήν τε νόημά τε θεῖον ἔχοντα
ἄνδρ' ἀγαθὸν κατέχω Νέστορα τὸν Πύλιον.

10. Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.
Νέστορα τὸν Πυλίων ἡγήτορα ἥδε θανόντα
γῆ κατέχει βουλῇ φέρτατον ἡμιθέων.

11. Ἐπὶ Ἀντιλόχου κειμένου ἐν Τροίῃ.
Μνῆμ' ἀρετῆς υἱοῦ τοῦ Νέστορος Ἀντιλόχοιο,
ὃς θάνεν ἐν Τροίῃ ῥυσάμενος πατέρα.

12. Ἐπὶ Ὀδυσσέως κειμένου ἐν Τυρρηνίᾳ.
Ἀνέρα τὸν πολύμητιν ἐπὶ χθονὶ τῇδε θανόντα
κλεινότατον θνητῶν τύμβος ἐπεσκίασεν.

13. Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕτερον.
Οὗτος Ὀδυσσῆος κείνου τάφος, ὃν διὰ πολλά
Ἕλληνες πολέμῳ Τρωικῷ εὐτύχεσαν.

14. Ἐπὶ Διομήδους κειμένου ἐν τῇ ὁμωνυμίῃ νήσῳ.
Αἰνητὸν πάντεσσιν ἐπιχθονίοις Διομήδην
ἥδ' ἱερὰ κατέχει νῆσος ὁμωνυμίη.

15. Ἐπὶ Ἰδομενέως καὶ Μηριόνου κειμένων ἐν Κνωσσῷ.
Κνωσσίου Ἰδομενῆος ὁρᾷς τάφον, αὐτὰρ ἐγὼ τοῦ (τοι Diod.)
πλησίον ἵδρυμαι Μηριόνης ὁ Μόλου.

---

9 et 10 tangit Eustath. Il. p. 296: δηλοῖ τὴν τοῦ γέροντος ἀρετὴν καὶ τὸ εἰς αὐτὸν παλαιὸν ἐπίγραμμα, ὅπερ καὶ φέρτατον ἡμερίων λέγει αὐτὸν καὶ βαθύνουν καὶ ψυχὴν ἐν σώματι θείαν ἔχοντα καὶ ἄνδρα ἀγαθόν.

12. ἀνέρα τὸν πολύμ. respicit Odysseae initium.

13. imitatus est auctor (εὐτύχεσαν forma Alexandrina, cf. Karsten apud Hulleman. l. c. p. 18) Simonidis epigramma Anth. Pal. VII, 347:
Οὗτος Ἀδειμάντου κείνου τάφος, ὃν διὰ πᾶσα
Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον.

14. habet Tzetzes hom. 113: ὑπὸ Δαύνου ἀναιρεῖται καὶ κεῖται ἐν τῇ ἀπ' αὐτοῦ Διομηδείᾳ νήσῳ ἔχων ἐπίγραμμα τόδε· τὸν πάντεσσι κράτιστον ἐπιχθονίοις … (Schirach p. 56. Iriarte p. 110b. cf. 261b. item Harl. p. 37).

15. ἀδέσποτον idem reperitur in Anth. Pal. VII, 322. ex tumulo (ὡς ἀπὸ τοῦ τάφου), ut Pseudaristoteles, citat etiam Diodorus 5, 79: τούτους δὲ ναυσὶν ὀγδοήκοντα στρατεῦσαι μετ' Ἀγαμέμνονος εἰς Ἴλιον καὶ διασω-

16. Ἐπὶ Αἴαντος τοῦ Οἰλέως κειμένου ἐν Μυκόνῳ τῇ νήσῳ.
Ἐνθάδε τὸν Λοκρῶν ἡγήτορα γαῖα κατέσχεν
Αἴαντ' Οἰλιάδην ἐν πελάγει φθίμενον.

17. Ἐπὶ Νιρέως κειμένου ἐν Τροίᾳ.
Ἐνθάδε τὸν κάλλιστον ἐπιχθονίων ἔχε γαῖα
Νιρέα τὸν Χαρόπου παῖδα καὶ Ἀγλαΐης.

18. Ἐπὶ Τληπολέμου κειμένου ἐν Ῥόδῳ.
Ἅδ' Ἡρακλείδη ῥηξήνορα θυμολέοντα
Τληπόλεμον κατέχει κυματόεσσα Ῥόδος.

19. Ἐπὶ Ἀσκαλάφου καὶ Ἰαλμένου.
Ἀσκαλάφου Τροίῃ φθιμένου καὶ Ἰαλμένου ἥδε
ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυὰς κατέχει.

20. Ἐν Τρίκκῃ ἐπὶ κενοταφίου Ποδαλειρίου καὶ Μαχάονος.
Οἵδ' Ἀσκληπιάδαι Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων
πρόσθεν μὲν θνητοί, νῦν δὲ θεῶν μέτοχοι.

21. Ἐπὶ Πηνέλεω κειμένου ἐν Βοιωτίᾳ.
Τόνδ' ἐπὶ Κηφισσῷ ποταμῷ θέσαν ὠκὺ ῥέοντι
παῖδες Βοιωτῶν σώφρονα Πηνέλεων.

22. Ἐπὶ Εὐρυπύλου κειμένου ἐν Ὀρμενίῳ.
Πάτρῃ ἐν Ὀρμενίῳ Εὐαίμονος ἀγλαὸν υἱόν
Εὐρύπυλον κρύπτει δακρυόεσσα κόνις.

θέντας εἰς τὴν πατρίδα τελευτῆσαι καὶ ταφῆς ἐπιφανοῦς ἀξιωθῆναι καὶ τιμῶν ἀθανάτων· καὶ τὸν τάφον αὐτῶν ἐν τῇ Κνωσῷ δεικνύουσιν ἐπιγραφὴν ἔχοντα τοιάνδε· Κνωσίου etc.

16. habet Tzetzes antehom. 300: Αἴας δ' ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ἐξαχθεὶς ἐτάφη περὶ Δῆλον (cf. Eudocia p. 27 = Tzetzes in Lycophr. p. 564. cf. p. 937) καὶ ἐπιγέγραπται αὐτῷ· ἐνθάδε τὸν etc. (Schir. p. 24).

17. habet Tzetzes antehom. 278: ὕστερον δὲ ὁ Νιρεὺς ἀναιρεθεὶς ἐτάφη ἐν Τροίᾳ, ᾧ ἐπίγραμμα τόδε ... (Schir. p. 21. cf. Iriarte p. 111ᵃ).

18. habet Tzetzes hom. 91 una cum altero in eundem (Schir. p. 54. cf. Ir. p. 110ᵇ), cuius verba v. infra (fr. 4) ep. Tz. 7. ἅδ' etiam Tz.

19. imitatus est auctor Hesiodeum illud epitaphium Chersiae Orchomenio tributum apud Orchomenios secundum Callippum (Paus. 9, 38, 3. cf. 10), quod idem Μνασάλκου inscribitur in Anth. Pal. 7, 54:

Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήιος, ἀλλὰ θανόντος
ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει (Ἡσιόδου etc.).

22. Ὀρχομενῷ apud Steph. pro Ὀρμενίῳ (Il. β, 734).

23. Ἐπὶ Θόαντος.
Υἱὸν ὑπερθύμου Ἀνδραίμονος ἠδὲ θυγατρος
Γόργης τῆς Οἰνέως ἥδε κόνις κατέχει.

24. Ἐπὶ Φιλοκτήτου.
Τόξων Ἡρακλέους ταμίην Ποιάντιον υἱόν
ἥδε Φιλοκτήτην γῆ Μινυὰς κατέχει.

25. Ἐπὶ Μέγητος ἀπολομένου ἐν θαλάσσῃ, ἔχοντος δὲ τάφον ἐν Δρυλιχίῳ.
Μνῆμα Μέγητι θοῷ μεγαθύμου Φυλέος υἱῷ
Δουλίχιοι τεῦξαν, σῶμα δὲ πόντος ἔχει.

26. Ἐπὶ Πρωτεσιλάου ἀδελφῷ Ποδάρκει κειμένῳ ἐν Σικυῶνι.
Γῆ μὲν Ἀχαιὶς ἔθρεψε Ποδάρκην Ἄκτορος υἱόν,
ὀστέα δ᾽ αὖ Σικυὼν γῆ κατέχει φθιμένου.

27. Ἐπὶ Πολυποίτου καὶ Λεοντέως.
Ἄρχοντες Λαπιθῶν Πολυποίτης ἠδὲ Λεοντεύς
ἐν γαίῃ Μήδων τέρμ᾽ ἀφίκοντο βίου.

28. Ἐπὶ Προθόου κενοταφίῳ.
Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ Προθόου Τενθρηδόνος υἱοῦ
κεῖται ἀνοίκτιστον, τοὔνομα τύμβος ἔχει.

29. Ἐπὶ Εὐμήλου.
Υἱὸς ὅδ᾽ Ἀδμήτοιο Φερητιάδης Εὔμηλος
νέρθ᾽ ὑπ᾽ ἐμοὶ κεῖται, μοῖραν ἔχων θανάτου.

30. Ἐπὶ Ἀγαπήνορος.
Ἀρχὸς ὅδ᾽ ἐκ Τεγέης Ἀγαπήνωρ Ἀγκαίου υἱός
κεῖθ᾽ ὑπ᾽ ἐμοὶ Παφίων πελτοφόρων βασιλεύς.

31. Ἐπὶ Ἀμφιμάχου καὶ Διώρου.
Ἀρχός τ᾽ Ἀμφίμαχος Κτεάτου παῖς ἠδὲ Διώρης
ἐνθάδ᾽ ἐνὶ Τροίῃ μοῖραν ἔχουσι βίου.

---

23. habet Tzetzes hom. 42: ἐπὶ δὲ Θόαντος φέρεται ἐπίγραμμα τόδε υἱὸν ὑπερθύμου Ἀνδραίμονος (εὐαίμονος male apud St.) etc. (Schir. p. 45. cf. Ir. p. 111[a]).

25. habet Tzetzes hom. 59: φέρεται δὲ καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ Μέγητος τόδε ... (Schir. p. 50. Ir. p. 111[a]).

28. sic Burg. corr. p. 181. Stephanus: κεῖται, ἀνοίκτιστον δ᾽ οὔνομα τ. ε.

30. Ταφίων Steph., quod corrigunt ex Paus. 8, 5, 3. de Ἀγκαίου dactylo et sim. v. Hulleman p. 18.

31. habet Tzetzes hom. 42: φέρονται δὲ καὶ τούτων ἐπιγράμματα ἐπὶ

32. Ἐπὶ Γουνέως.

Σῆμα τὸ μὲν Γουνῆος ὁρᾷς, ψυχὴ δὲ θανόντος
ἀέρ' ἐς ὑγρὸν ἔβη, σῶμα δὲ πόντος ἔχει.

33. Ἐπὶ Ἐλεφήνορος κειμένου ἐν Τροίῃ.

Νήσου ἀπ' Εὐβοίης Ἐλεφήνορα ἀρχὸν Ἀβάντων
ἐνθάδ' ἐνὶ Τροίῃ μοῖρα κατέσχε βίου.

34. Ἐπὶ Μενεσθέως κειμένου ἐν Ἀθήναις.

Ταξίλοχος λαῶν υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς
ἐνθάδ' ἐνὶ κλεινῇ πατρίδι μοῖραν ἔχει.

35. Ἐπὶ Σθενέλου καὶ Εὐρυάλου κειμένων ἐν Ἄργει.

Ἀργεῖος Σθένελος Καπανήιος ὧδε τέθαπται
τύμβῳ καὶ τούτου πλησίον Εὐρύαλος.

36. Ἐπὶ Θαλπίου καὶ Πολυξένου κειμένων ἐν Ἤλιδι.

Οἵδε Πολύξεινος καὶ Θάλπιος Ἤλιδι δίῃ
δμηθέντες κρυεροῦ δῶμ' Ἀίδαο ἔβαν.

37. Ἐπὶ Ταλθυβίου κειμένου ἐν Μυκήναις.

Ταλθύβιον θεράποντα θεῶν κήρυκα καὶ ἀνδρῶν
ὧδε Μυκηναίων δῆμος ἔθαψεν ἅπας.

38. Ἐπὶ Αὐτομέδοντος ἐν Τροίᾳ.

Αὐτομέδοντ' Ἀχιλῆι ἐὺν καὶ πιστὸν ἑταῖρον
ἥδε κατεσκίασε Τρῳὰς ἄρουρα τάφῳ.

39. Ἐπὶ Φειδίππου καὶ Ἀντίφου.

Φείδιππον Τροίην πέρσαντ' ἠδ' Ἄντιφον ἥρω
γαῖα πατρὶς κώμη ἥδ' Ἐφύρα κατέχει.

40. Ἐπὶ Δηιπύλου.

Δηιπύλου κόρσης εὐειδέος Ὀρμενίοιο
μνῆμα τόδ' εὐκλεινόν· γείνατο Τληπόλεμος.

41. Ἐπὶ Ζήθου ἐν Θήβαις.

Ἑπταπυλῶν Θηβῶν βασιλεὺς ὅδε κεῖται ὑπόχθων
Ζῆθος, ὃν Ἀντιόπη γείνατο παῖδ' ἀγαθόν.

μὲν Διώρου σὺν Ἀμφιμάχῳ κειμένου τῷ Κτεάτου υἱῷ ὕστερον ἀνῃρημένῳ τόδε· ἄρχων Ἀμφίμαχος etc. (Schir. p. 44. cf. Ir. p 111[a]).

33. habet Tzetzes hom. 38: καὶ ἐπιγέγραπται αὐτῷ τόδε ... (Schir. p. 43. cf. Ir. p. 111[a]).

35. habet Tzetzes hom. 113: ἐπὶ Σθ. δὲ καὶ Εὐρ. ὕστερον ἀποθανόντων φέρεται ἐπίγραμμα τόδε ... (Schir. p. 56. cf. Ir. p. 110[b]).

42. Ἐπὶ Πυλάδου ἐν Φωκίδι.

Υἱὸς ὅδε Στροφίου Πυλάδης ἐν Φωκίδι γαίῃ
κεῖται, ἐπεὶ παντὸς μοῖραν ἔπλησε βίου.

43. Ἐπὶ Αἰήτου ἐν Κολχίδι.

Αἰήτην Κόλχοισι πολυχρύσοισιν ἄνακτα
ἐνθάδε πανδαμάτωρ μοῖρα θεῶν κτέρισεν.

44. Ἐπὶ Ἀταλάντης ἐν Ἀρκαδίᾳ.

Κούρης Ἰασίοιο πολυκλείτης Ἀταλάντης
σῆμα πέλας στείχων ἀτρεκές ἐστι τόδε.

Ἐπὶ τῶν Τρώων.

45. Ἐπὶ Λαομέδοντος.

Ἐνθάδε Περγαμίδην κεύθει χθὼν Λαομέδοντα
ἵππων ὠκυπόδων εἵνεκ' ἀποφθίμενον.

46. Ἐπὶ Ἕκτορος κειμένου ἐν Θήβαις.

Ἕκτορι τόνδε μέγαν Βοιώτιοι ἄνδρες ἔτευξαν
τύμβον ὑπὲρ γαίης σῆμ' ἐπιγιγνομένοις.

47. Ἐπὶ Πυραίχμου ἐν Τροίῃ.

Ἐλθὼν ἐξ Ἀμυδῶνος ἀπ' Ἀξίου ὧδε Πυραίχμης
ὠκύμορος πάντων νόσφι φίλων ἔθανεν.

48. Ἐπὶ Ὀρφέως κειμένου ἐν Κικονίᾳ.

Θρήικα χρυσολύρην Οἰάγρου παῖδα θανόντα
Ὀρφέα ἐν χώρῳ τῷδε θέσαν Κίκονες.

---

45. **περγαμίδαν** Steph.

46. habet Tzetzes hom. 489 (cod. Harl. p. 53. Lascaris. Ir. p. 109b) cum hoc lemmate: *πολλοῖς δὲ ὕστερον ἔτεσι Θηβαῖοι λιμῷ καὶ πολέμῳ τρυχόμενοι ἐκ χρησμοῦ τὰ τούτου μετενεγκόντες ὀστᾶ ἐξ ὀφρυνοῦ* (leg. *Ὀφρυνίου*, cf. Strabo 13 p. 595) *παρὰ τὴν Οἰδιποδίαν ἔθαψαν κρήνην* (*περὶ τὴν οἰδιποδ* κρήτην* Harl.) *καὶ τῶν δυσχερῶν ἐπαύσθησαν. ἐπέγραψαν δὲ Θηβαῖοι* etc. — v. l. *ἐπιγενομένων* i. e. *ἐπιγιγνομένων* Harl., *ἐπειγομένοις* Ir. ut in ep. Tz. 12.

48. *χρυσολύραν* Steph. simile alterum epigramma apud Diog. Laert. prooem. 5 (Anth. Pal. VII, 617): *τοῦτον δὲ ὁ μὲν μῦθος ὑπὸ γυναικῶν ἀπολέσθαι φησί, τὸ δ' ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας ἐπίγραμμα κεραυνωθῆναι αὐτὸν λέγον οὕτως·*

Θρήικα χρυσολύρην τῇδ' Ὀρφέα μοῦσαι ἔθαψαν
ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει.

cf. Lini et Eumolpi epitaphia (Schn. p. 21) ex eodem Laertio (prooem. 4 et 3) in Anth. Pal. VII, 616 et 615 (cf. 618—20) recepta.

4. (588)

Praeter ea quae cum eclogis Florentinis eundem fontem monstrantibus communia habet (ep. Fl. 4. 5. 6. 7. 14. 16. 17. 18. 23. 25. 31. 33. 35. 46), haec etiam epitaphia praebet Ioannes Tzetzes in scholiis ad carmina sua Homerica:

1. antehom. 247 (Schirach p. 16. cf. Ir. p. 108ᵇ. legitur *ἐξετέλεσαν* et *Πρωτεσιλάῳ* in cod. Aug. Matr. et Harl. sec. Burg. p. 181, quod corr. Iacobs p. 37): *ὁ Πρωτεσίλαος ἐν Χερρονήσῳ ἀναιρεθεὶς ἐτάφη. φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐπίγραμμα τόδε·*

Τόνδ' ὄχθον μνήμην ἀρετῆς χάριν ἐξετέλεσσαν
Ἑλλήνων παῖδες Πρωτεσίλᾳ φθιμένῳ.

2. antehom. 257 (Schir. p. 18. cf. Ir. p. 111ᵇ): *ἀναιρεῖται ὑπ' Ἀχιλλέως. φέρεται δὲ ἐπ' αὐτῷ ἐπίγραμμα τόδε·*

Θυμὸν δὴ Κύκνου καὶ ὑπερφιάλους ἐπινοίας
αἰθὴρ λαμπρὸς ἔχει, σῶμα δὲ τύμβος ὅδε.

2a. antehom. 278 = ep. Fl. 17 *ἐπὶ Νιρέως.*

2b. antehom. 300 = ep. Fl. 16 *ἐπὶ Αἴαντος τοῦ Οἰλέως.*

2c. hom. 38 = ep. Fl. 33 *ἐπὶ Ἐλεφήνορος.*

2d. hom. 42 = ep. Fl. 31 *ἐπὶ Ἀμφιμάχου καὶ Διώρους.*

3. hom. 42 (Schir. p. 44. cf. 56. cf. Ir. p. 112ᵃ): *φέρονται δὲ καὶ τούτων ἐπιγράμματα. ἐπὶ μὲν Διώρου ... ἐπὶ δὲ Πείρωος καὶ Ἀκάμαντος ὑπ' Αἴαντος ὕστερον ἀνῃρημένων τόδε·*

Πελτοφόρου Θρῄκης Ἀκάμας καὶ Πείροος (*πείρως* Ir. et Harl.) *ἥρως*
ἕδραν ναίοντες τήνδ' ἔλαχον φθίμενοι.

3a. hom. 42 = ep. Fl. 23 *ἐπὶ Θόαντος.*

3b. hom. 59 = ep. Fl. 25 *ἐπὶ Μέγητος.*

4. hom. 69 (Schir. p. 51. cf. Ir. p. 111ᵃ): *ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ Διομήδους καὶ ἐτάφη ἐν Τροίᾳ. ἐπιγέγραπται δὲ αὐτῷ ἐπίγραμμα τόδε·*

Τηλεβόλου (*-βόλον* scr. Lascaris in alt. cod. p. 261ᵃ) *ῥυτῆρα Λυκάονος ἀγλαὸν υἱόν*
ἐκ Ζελίας (*ζέλε* ... Schir., *ζελείας* Ir. et Harl.) *κατέχει Πάνδαρον ἥδε κόνις.*

5. hom. 71 (cod. Harl. p. 35. cf. Burgess p. 183. Ir. p. 111ᵇ):

Αἰνείαν Κυπρίδος τε (*τε* add. Schn.) *καὶ Ἀγχίσου φίλον υἱόν*
ἐνθάδε μοῖρα θεῶν ἤγαγεν εἰς Ἀίδην.

6. hom. 85 (Schir. p. 52. cf. Ir. p. 111ᵇ. 261ᵇ): *ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ Μενελάου καὶ ἐτάφη ἐν Τροίᾳ. φέρεται δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ ἐπίγραμμα τόδε·*

Ἑρμῆ παῖ, στερεᾶς πέτρης (πέτρας Schir.) τέκος, ἔννεπε πᾶσι
Παφλαγόνος (παμφλαγόνων Harl.) μοῖραν τοῦδε Πυλαιμενέος.

7. hom. 91 (Schir. p. 54. cf. Ir. p. 110b): οὗτος ἐν Τροίᾳ μὲν ἀνηρέθη ὑπὸ Σαρπηδόνος, ἀπηνέχθη δὲ εἰς Ῥόδον τῇ γυναικὶ Φιλοξώῃ. φέρονται δὲ αὐτοῦ δύο ἐπιγράμματα τὸ πρὸ τῆς ἀνακομιδῆς ἐν Τροίᾳ καὶ τὸ ἐν Ῥόδῳ·

Τόνδ' Ἡρακλείδην εὐήνορα τηλόθι πάτρης
Τληπόλεμον κρύπτει χῶρος ὅδ' ἀνθεμόεις.

καὶ τοῦτο μὲν τὸ ἐν Τροίᾳ, τὸ δὲ τῆς ἐν Ῥόδῳ ἀνακομιδῆς τόδε·

(7 a) Ἄδ' Ἡρακλείδη etc. = ep. Fl. 18.

7 b. hom. 113 = ep. Fl. 14 ἐπὶ Διομήδους.

7 c. hom. 113 = ep. Fl. 35 ἐπὶ Σθενέλου καὶ Εὐρυάλου.

8. hom. 190 (Schir. p. 65): ἐπιγέγραπται δὲ ἐπ' αὐτῷ τόδε·
Πατρὶς μὲν κρύπτει με Δόλων' Εὐμήδεος υἱόν·
πᾶσιν ἀπαγγέλλω τοῖς παριοῦσι (περιοῦσι Harl. p. 39) μαθεῖν.

9. hom. 190 (Schir. p. 65. cf. Ir. p. 112a): ἐπίγραμμα δὲ τούτου·
Ὕπνῳ καὶ καμάτῳ δεδμημένον ἐνθάδε Ῥῆσον
Τρῶες δὴ (cod. Aug. δὲ, δὴ Harl. p. 40, Lasc. τρ. θάψαντο) θάψαν
Τευκρίδος αἰγιαλῷ.

10. hom. 220 (Schir. p. 72. cf. Ir. p. 111b): ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Πατρόκλου, ἀνακομισθεὶς ἐν Λυκίᾳ τῇ πατρίδι ἐτάφη. ἐπεγράφη δὲ αὐτῷ·

Κᾶρες καὶ Λύκιοι βασιλεῖς Σαρπηδόνα δῖον
Ξάνθου ἐπὶ προχοαῖς ἀενάου ἔθεσαν.

11. (pergit ibid. cf. Ir. p. 112a) καὶ Γλαῦκος ὁμοίως ἐν Λυκίᾳ ἐτάφη. ἐπεγράφη δὲ αὐτῷ·
Εὐώδης (θυώδης Ir.) κυπάρισσος ὁμοῦ καὶ λάινος (λάιος Ir.) ὄχθος
ἐνθάδε τὸν Λύκιον Γλαῦκον (ἐνδάδε τὸν * Γλαῦκον Harl. p. 42)
ἔχει φθίμενον.

11 a. hom. 220 = ep. Fl. 6 ἐπὶ Πατρόκλου.

12. hom. 489 (Harl. p. 53. Burg. p. 183, ex Matr. cum altero in eundem ep. Fl. 46 et cum lemmate Tzetzico Lasc. ap. Ir. p. 109b et 261b): ὁ Ἕκτωρ ἐν Ὀφρυνίῳ (-νῷ cod.) λόφῳ τῆς Τροίας ἐτάφη καὶ ἐπεγράφη τόδε (ἐπέγραφεν αὐτῷ τάδε Harl.)·
Ἕκτορι τόνδε τάφον Πρίαμος μέγας ἐξετέλεσσεν
ὄχθον ὑπὲρ γαίης μνῆμ' ἐπιγιγνομένοις (ἐπιγινομένων Harl.
μνήμη ἐπειγομένοις Ir.).

12 a — vid. ep. Fl. 46.

13. posthom. 207 (cod. Vind. Iacobs p. 116. cf. cod. Harl. Burg. p. 183. Ir. p. 111^b. 262^b): οὕτως ὑπ' Ἀχιλλέως ἀνῃρέθη ἡ Πενθεσίλεια καὶ ἐγράφη αὐτῇ·

Στήσω (codd. στάσω, corr. Lasc.) σε σπεύδοντα, δορύσσοε, Πενθεσιλείας (-σίλεια Iac. Ir.)
αἰπὺν ἐσαθρῆσαι (sic Ir. εἰσαθρεῖς Iac. καὶ ἐξαθρήσω Harl. p. 61 et in marg. Morell. αἰπὺν ἀθρήσοντα) τύμβον Ἀμαζονίδος.

14. posthom. 331 (cod. Vind. Iac. p. 128. cf. cod. Harl. Burg. p. 183. Ir. p. 111^b et 262^b): οὕτως ὁ Μέμνων ἀνῃρημένος ἀποκομισθεὶς οἴκαδε ἐτάφη παρὰ Βήλαιον ποταμὸν Συρίας. καὶ ἐπιγέγραπται αὐτῷ τάδε·

Μέμνων Τιθωνοῦ τε καὶ Ἠοῦς ἐνθάδε κεῖμαι
ἐν Συρίῃ Βήλου παρ' ποταμοῦ (βηλοῦ παρὰ π. Harl. p. 66, πὰρ π. Morell. in marg.) προχοαῖς.

14a. b. posthom. 462 = ep. Fl. 5 et 4 ἐπὶ Ἀχιλλέως.

14c. posthom. 486 = ep. Fl. 7 ἐπὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου.

15. posthom. 598 (cod. Harl. p. 76. Burg. ep. 54 p. 183, cf. p. 173): ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ τὸ ἐπίγραμμα τόδε·

Ἐνθάδε πῦρ τὸ Τρώιον, Ἑλλάδος ἄλγος ἁπάσης,
ὁ Πριάμοιο Πάρις ψύχομαι ἀκρολόφοις (sic).

5. (589)

Eudocia in cap. περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἡρώων, quod integrum eisdem verbis (et ex communi quidem fonte, ut videtur) reddit Eustathius comm. in Il. α p. 17, haec habet (viol. p. 219): οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀέρος (τοὺς ἥρωας εἶπον καλεῖσθαι), ὡς δηλοῦται καὶ ἔν τινι τῶν παρὰ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων, ἐν ᾧ κεῖται τὸ «σῆμα (corr. σῶμα) μὲν ἐν πόντῳ κεῖται, (. . .) πνεῦμα δ' ἀὴρ ὅδ' ἔχει». φησὶ δὲ καὶ Ἡσίοδος . . . cui similia, non eadem, occurrunt alia (ep. Fl. 28. 32. ep. Tz. 2), ut semper fere ad eandem incudem plura excusa legimus.

6. (590)

Epigrammata Porphyriana variis locis tangit Eustathius in commentariis Homericis, et praeter supra memoratos (ad ep. Fl. 7. 9 et 10 et fr. 5) his quidem duobus, ad Od. λ p. 1698 (v. fr. 7) et ad Il. β, 837 p. 356, ubi haec: οὐ μάτην δὲ οὐδὲ τῶν ἵππων αὐτοῦ ἐμνήσθη, ἀλλ' ὅτι αὐτοῖς πεποιθὼς ὁ Ἄσιος ἐν τοῖς ἑξῆς ὡς καλοῖς ἀφρονεύσεται καὶ πεσεῖται «ἵππων ὠκυπόδων ἐλατὴρ θρασυκάρδιος» κατὰ τὸ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα.

7. (591)

James Millingen, Ancient unedited monuments. Painted Greek vases. Lond. 1822 p. 86 (pl. 36) ex vase picto in Magna Graecia reperto hoc profert epigramma cippo Oedipi inscriptum (cf. Welcker Syll. ep. Gr. Bonn. 1828 p. 138 no. 103):

Νώτῳ μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύριζον,
κόλπῳ δ' Οἰδιπόδην Λαίου υἱὸν ἔχω.

quod in peplum receptum fuisse docet Eustath. in Od. λ, 538 p. 1698: *διὸ καὶ ὁ ἀσφόδελος ᾠκείωται νεκροῖς διὰ τὸ πρὸς τὴν σποδὸν ὁμοιόφωνον καὶ ἐφυτεύετο ἐν τοῖς τάφοις τὸ τοιοῦτον φυτόν, ὡς δηλοῖ καί τι τῶν παρὰ τῷ Πορφυρίῳ ἐπιγραμμάτων λέγον ὡς ἀπό τινος τάφου, ὅτι «νώτῳ μὲν μαλάχην καὶ ἀσφόδελον πολύριζον, κόλπῳ δὲ τὸν δεῖνα ἔχω».*

Οἰδιπόδαν scribitur in vase, ut supra ep. Fl. 45 *περγαμίδαν* et omnino saepe *α* pro epico *η* in his reliquiis (praeterea *νωτω μολαχην* omisso *μεν*, et *ασφοδολον*).

IX. ORATIONES ET EPISTOLAE.

LIX.

Ἀπολογία ἀσεβείας πρὸς Εὐρυμέδοντα.

Ἀσεβείας criminis in Aristotelem coniecti fama, quam tractant epistolae (fr. 13 cf. Pseudo-Aristippus apud D. L. 5, 3), rhetorem quendam commovisse videtur ut, sicut Socratis in simili plane causa damnati et accusationem et defensionem post mortem multi (velut Polycrates), ita ipse contra fictam quandam γραφὴν ἀσεβείας ederet ἀπολογίαν Ἀριστοτέλους. quem librum epistolis fortasse coaevum citant Athenaeus et ex Favorino Diogenes Laertius. neque sola haec oratio philosopho tribuebatur. ἐγκώμια enim eius extitisse dicuntur et in Platonem (cf. epist. fr. 3), cuius vitam exposuerit (cf. Clearchus Aristotelicus ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ apud D. L. 3, 2 fr. 43 Müll.), et in Alexandrum regem scripta, quorum alterum commemorat Olympiodorus, alterum et Themistius et Iulianus, quorum verba apposuisse refert. ita igitur Olympiod. in Pl. Gorg. pr. 41 (p. 395 ed. Alb. Iahn.): ὅτι δὲ καὶ Ἀριστοτέλης σέβει αὐτὸν (sc. τὸν Πλάτωνα) ὡς διδάσκαλον, δῆλός ἐστι γράψας ὅλον λόγον ἐγκωμιαστικόν· ἐκτίθεται γὰρ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ ὑπερεπαινεῖ. ad quem quidem sermonem nihil pertinet Plutarchi locus in l. adv. Colot. c. 20: καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων θειότατον ἐδόκει τὸ γνῶθι σαυτόν· ὃ δὴ καὶ Σωκράτει (cf. Plato in Alcibiade) ἀπορίας καὶ ζητήσεως ταύτης ἀρχὴν ἐνέδωκεν, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς εἴρηκε. qui nimirum Aristoteles non Plutarchi esse sed librarii cuiusdam ex Aristoxeno male lecto natus videretur, cuius fragmentum hoc ex vita Platonis (cf. Xenocratis ἐν τῷ περὶ τοῦ Πλάτωνος βίου de philosophia eius expositionem apud Simpl. de coelo p. 470, 28 Br.) addendum esset ceteris a Müllero (Fr. hist. Gr. t. II p. 282) collectis, nisi ad Ar. de philosophia Platonis dialogum pertinere illa docuisset Bournot, Platonica Ar. opusc. p. 15. in Alexandrum autem certum quendam λόγον ἐγκωμιαστικόν (cf. Hesych. app. περὶ Ἀλεξάνδρου?) manifesto significavit Themi-

stius in or. III ad Constantium imperatorem (ed. Dindorf. Lips. 1832 p. 55 = p. 45[d] Hard.): *οἱ δὲ τὰ ἄλλα ἐπαινοῦντες οὐ σὲ ἀλλὰ τὰ σὰ τεθαυμάκασι . . . ὃν δὲ* (ut ipsum scil. Themistium) *οὐδὲν ἐκπλήττει καὶ ἐπιστρέφει τῶν ἔξωθεν, οὗτός ἐστιν ὁ δυνάμενος διιδεῖν τὸν ἀληθινὸν βασιλέα. διὰ ταῦτα οὐ κρύβδην φέρει τὸν ψῆφον οὐδὲ προστησάμενος ἕτερον σχῆμα τῷ λόγῳ οὐδὲ βασιλείαν μὲν ἐπαινῶν, τὸν βασιλεύοντα δὲ οὐ θαρσῶν, ἀλλ' ἀναβὰς ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν τοῦτο βῆμα καὶ στὰς ἐν μέσῳ τῶν ἀνθρώπων ἀνακηρύττειν σε οὐκ ἀναίνεται μετὰ πλείονος τῆς παρρησίας ἢ Ξενοφῶν Ἀγησίλαον καὶ Ἀλέξανδρον Ἀριστοτέλης καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα ὁ Ζήνωνος ἐραστὴς τὸν καθ' ἑαυτὸν βασιλέα* (id est Persaeus Antigonum, cf. Them. or. 32 p. 432 sq. Diog. L. 7, 6. 13. 14—15. 36). cuius loci rationem illustrat simul et confirmat geminus Iuliani orat. 3 (i. e. encom. Eusebiae imperatr.) p. 193 Pet.: *καὶ ἐπῄνει γε Ἰσοκράτης* (de cuius *λόγοις ἐγκωμιαστικοῖς* etiam or. 7 p. 438) *πολλοὺς καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης, Ξενοφῶν δὲ καὶ Ἀγησίλαον τὸν βασιλέα καὶ Κῦρον τὸν Πέρσην . . . καὶ τοὺς ἐπαίνους ξυγγράφων οὐκ ἀπεκρύπτετο. ἐμοὶ δὲ θαυμαστὸν εἶναι δοκεῖ, εἰ τοὺς ἄνδρας γε τοὺς καλοὺς προθύμως ἐπαινεσόμεθα, γυναῖκα δὲ ἀγαθὴν τῆς εὐφημίας οὐκ ἀξιώσομεν.* aut eundem de Alexandro *λόγον* aut alium *συμβουλευτικὸν* ad Alexandrum viventem scriptum (cf. *πρὸς Ἀλέξανδρον* Hes.) legisse videtur Cicero ep. ad Att. 12, 40: *συμβουλευτικὸν* (ad Caesarem sc.) *saepe conor, nihil reperio. et quidem mecum habeo et Ἀριστοτέλους* et *Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον. sed quid simile? illi et quae ipsis honesta essent scribebant et grata Alexandro. ecquid tu eiusmodi reperis?* cf. ad Att. 13, 28: *sed in mentem nihil venit. nam quae sunt ad Alexandrum hominum eloquentium et doctorum suasiones vides quibus in rebus versentur. adolescentem incensum cupiditate verissimae gloriae, cupientem sibi aliquid consilii dari quod ad laudem sempiternam valeret, cohortantur.* assentatus igitur est regi in suasoria quadam oratione falsus Aristoteles, non tamen ita ut non severius de adulatore Alexandri Aristotele declamasse videatur Tertullianus (apologet. 46. cf. Tatian. adv. Gr. 3). de Theopompi suasoria, qui et ipse praeterea non solum laudationem Alexandri sed vituperium scripsit, cf. Müller Fr. hist. Gr. t. I praef. p. 73. atque ita Aristoteli etiam praeter panegyricum inter *ψευδεπίγραφα* cum Aristotelis apologia (*ἀπολογία εὐσεβείας πρὸς Εὐρυμέδοντα*) vituperationem Alexandri (*Ἀλεξάνδρου ἐγκλησίαν*) tribuit appendix indicis Hesychiani, eadem praeterea *ἐγκώμιον λόγου* et *ἐγκώμιον πλούτου* (corr. *πλάτωνος*?), post quae sequitur: *πρὸς Ἀλέξανδρον.* quod autem Aristotelem quendam rhetorem Siculum, qui contra Isocratis

panegyricum scripserit, nominat Demetrius Magnes (apud D. L. 5, 35), id huc non pertinere neque *ψευδεπιγραφίαν* hanc explicare patet.

1. (592).

Athenaeus XV p. 697ᵃ: *ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ἀπολογίᾳ τῆς ἀσεβείας, εἰ μὴ κατέψευσται ὁ λόγος* (cf. ind. Hesych.), *φησίν «οὐ γὰρ ἄν ποτε Ἑρμείᾳ θύειν ὡς ἀθανάτῳ προαιρούμενος ὡς θνητῷ μνῆμα κατεσκεύαζον καὶ ἀθανατίζειν τὴν φύσιν βουλόμενος, ἐπιταφίοις ἂν τιμαῖς ἐκόσμησα».*

Haec epistolarum auctorem plane sapiunt. ceterum accusationem ipsam ex hoc fortasse apologiae testimonio memoravit etiam Lucian. eunuch. 9: *ὁ Ἀριστοτέλης ... εἰς ὑπερβολὴν θαυμάσας Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον τὸν ἐκ τοῦ Ἀταρνέως τύραννον ἄχρι τοῦ καὶ θύειν αὐτῷ κατὰ ταὐτὰ τοῖς θεοῖς.* alterius de Pythiade famae ex Pseudo-Aristippo Laertius 5, 4, ex Lycone Aristoteles apud Eusebium praep. ev. XV, 2 mentionem faciunt.

Cf. Diog. L. 5, 5: *ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης ... ὑπεξῆλθεν εἰς Χαλκίδα, Εὐρυμέδοντος αὐτὸν τοῦ ἱεροφάντου δίκην ἀσεβείας γραψαμένου ἢ Δημοφίλου* (ita scil. ut Demophilo rhetori Ephorique Isocratei ut videtur filio — cf. Suid. s. *Ἔφορος*, Marx Eph. fr. p. 30 — auctor esset Eurymedon sacerdos), *ὥς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, ἐπειδήπερ τὸν ὕμνον ἐποίησεν εἰς τὸν προειρημένον* (c. 3 ex Ps. Aristippo) *Ἑρμείαν* ... (c. 9:) *τοῦτον* (Ar. sc.) *πρῶτον Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ λόγον φησὶ δικανικὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ συγγράψαι ἐπ' αὐτῇ ταύτῃ τῇ δίκῃ* [*καὶ λέγειν* (sc. in epist. ad Antipatrum, cf. ep. fr. 13) *ὡς Ἀθήνησιν «ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ».* Athen. XV p. 696ᵃ: *ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ πολυμαθεστάτου γραφὲν Ἀριστοτέλους εἰς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέα οὐ παιάν ἐστιν, ὡς ὁ τὴν τῆς ἀσεβείας κατὰ τοῦ φιλοσόφου γραφὴν ἀπενεγκάμενος Δημόφιλος εἰς αἰδῶ τε* (locum corruptum, cui deest verbum *accusavit* vel *mentitus est* velut *εἶπε* in epitoma, sic emendavit Boeckh, Hermias von Atarneus 1853 p. 148: *Δημόφιλός τις διέδωκε*) *παρασκευασθεὶς ὑπ' Εὐρυμέδοντος, ὡς ἀσεβοῦντος καὶ ᾄδοντος ἐν τοῖς συσσιτίοις ὁσημέραι εἰς τὸν Ἑρμείαν παιᾶνα, ἀλλὰ τῶν σκολίων ἕν τι καὶ αὐτὸ εἶδός ἐστιν.*

LX.

Πρὸς Ἀλέξανδρον (συμβουλευτικός).

2. (593)

Cic. ad Att. 12, 40. 13, 28. — vide praef.

Cum antiqua hac ad Alexandrum oratione suasoria (nedum cum ipso *περὶ βασιλείας* dialogo, cuius ex veterum auctorum testimoniis obscuram quandam notitiam tradebant commentatores) parum verisimile est commune quidquam fuisse epistolae illi, quam ad Byzantini imperii litteras in hoc genere fecundas pertinere existimaveris (una cum epistola Aristotelis ad Alexandrum de regimine principum quae vulgo appellatur Secretum secretorum, cum *historia Alexandri* Pseudo-Callisthenis aliisque) *Aristotelis ad Alexandrum regem de moribus rege dignis*, quae quidem inserta operi cuidam (lib. II cap. 4) quod inscribitur *Dicta philosophorum* (sc. Graecorum) nunc etiam legitur in codicibus et Arabicis et Hebraicis. etenim Arabicam libri versionem ab interprete celeberrimo Honein ben Ishak (Chananja ben Isak ha-Nozri i. e. Christianus, v. Steinschneider, Catalogus librorum Hebraeorum bibl. Bodlei. Berol. 1852—60 p. 1046) in Hebraicum sermonem convertit (sec. XIII) interpres item celeberrimus Jehuda Charisi (de quo v. L. Dukes, Ehrensäulen u. Denksteine Hebraeischer Dichter. Wien 1837 p. 25—47), de cuius versione quae olim Rivae (1562) impressa esse dicitur cum libro de pomo (Steinschn. p. 2327), et de codicibus Vaticanis (Urb. hebr. 53 et 42 Assemani Bibl. Vatic. codd. Hebr. catal. p. 445. 436. cod. arab. 408 Assem. apud Mai. Coll. IV p. 503. cf. nunc Dressel in: Philologus XVI, 354. Berolini etiam Hebraicum exemplar haberi advertit Richardus Gosche, qui non immerito comparare videbitur codices Aethiopicos apud d'Abadie Catal. rais. de mss. Éthiopiens Paris 1859 sub n. 26. 73. 81. 122) cf. Wolf biblioth. Hebr. I, 385. Assemani l. c. Steinschneider Catal. p. 741 et 1317. atque simili quadam (vel eadem fortasse) Aristotelis ad regem epistola praecepta moralia exhibente usus est auctor similis cuiusdam *libri philosophorum moralium*, *quem translulit de Greco* (?) *in Latinum magister Iohannes de Procida* († 1299), editi nuper (ex codice Parisino — alios plures ipse vidi, de quibus alibi. extat etiam saepissime scripta eiusdem libri Gallica versio antiqua a Guill. de Tignonville edita, de quo cf. P. Paris, Les mss. françois de la bibl. du roi t. V p. 2 sqq. 173. Catal. de la bibl. du duc de la Vallière t. I Par. 1783 p. 377) a Salvatore de Renzi in Collectionis Salernitanae t. III Nap. 1854 (cf. etiam S. de Renzi, Il secolo decimo terzo e Giovanni de Procida. Nap. 1860), ubi in *dictis Aristotelis* post vitam Aristotelis (vitae vulgari Marcianaeque simi-

lem) praecepta ad Alexandrum plurima deinceps excerpta referuntur (p. 111—114), velut e. g. p. 114: *Et scripsit Alexandro in epistola sua: tribus de causis honorantur reges, sc. ex legum institutione bonarum, ex regionibus conquirendis et ex desertarum populatione terrarum. et etiam scripsit ei* etc. (atque ita in his alibi: *et dixit regi*, *et castigavit Alexandrum et dixit*, *et dixit o Alexander*, *et dixit Alexandro* non sine Christianae aetatis vestigiis. cf. etiam Shahrastâni II p. 185 Haarbrücker. sequuntur deinde post Aristotelem dicta Alexandri cum vita eius, quae partim consona habet cum *historia Alexandri* fabulosa, velut mortem Philippi p. 118 = hist. Al. c. 24 ed. C. Müller, partim eiusdem farinae alia. de epistola Alexandri consolatoria ad matrem, quae ibidem latine legitur p. 126, cf. Wolf, Assemani ll. cc.). ceterum notandum est ab epistola illa *de moribus rege dignis* plane differre alteram quandam duarum fere paginarum Aristotelis *epistolam* (s. potius dissertatiunculam) *moralem* paraeneticam, quam ex Arabica versione Ali cuiusdam — i. e. secundum Steinschneiderum Ali ibn Rodhwan — Hebraice idem Charisi vertit, de qua Rivae item impressa a. 1559 atque iterum nuper Lipsiae 1844 edita dixerunt Wolf bibl. Hebr. I, 221. Dukes p. 28. Delitzsch in Naumanni cat. mss. bibl. senatoriae Lips. p. 284, 310. Krafft u. Deutsch, Die handschr. hebr. Werke der Hofbibl. zu Wien p. 136 et maxime Steinschneider Catal. bibl. Bodl. p. 1315. 741. 786 idemque apud Frankel Zeitschr. f. Judenthum III, 198. 276—78, qui eiusdem compendium insertum esse vidit in *Investigatore* i. e. libro *de scientiis* Schemtob Palquerae Iudaei Hispani fl. sec. XIII, de quo cf. Catal. p. 2544.

LXI.

(*Ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρου* s. *περὶ Ἀλεξάνδρου?*)

3. (594)

P. Rutilius Lupus (qui sub Augusto librum suum ex Graeco Gorgiae contraxit rhetoris Atheniensis et Ciceroni subaequalis, cf. Ruhnk. praef. ed. Lugd. B. 1768) de figuris sententiarum 1, 18 p. 62: *Merismos. hoc schema singulas res separatim disponendo et suum cuique proprium tribuendo magnam efficere utilitatem et illustrem consuevit. Lycurgi . . . item Aristotelis: «Alexandro enim Macedoni neque in deliberando consilium neque in proeliando virtus neque in beneficio benignitas deerat, sed dumtaxat in supplicio crudelitas. nam quum*

aliqua res dubia accidisset apparebat sapientissimus, quum autem confligendum esset cum hostibus fortissimus, quum vero praemium dignis tribuendum liberalissimus, at quum animadvertendum clementissimus».

LXII.

(Ἐγκώμιον Πλάτωνος.)

4. (595)

Olymp. in Gorg. p. 395. — vide praef.

LXIII.

Ἐπιστολαί.

(Ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον. Σηλυβρίων ἐπιστολαί. πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολαὶ δ̄. πρὸς Ἀντίπατρον θ̄. πρὸς Μέντορα ᾱ. πρὸς Ἀρίστωνα ᾱ. πρὸς Ὀλυμπιάδα ᾱ. πρὸς Ἡφαιστίωνα ᾱ. πρὸς Θεμισταγόραν ᾱ. πρὸς Φιλόξενον ᾱ. πρὸς Δημόκριτον ᾱ.)

Epistolarum Aristotelis ad reges amicosque inscriptarum (de quibus v. Rose de libr. Aristot. p. 113—16. 39—40. 44) et fragmenta saepius a rhetoribus Graecis et sophistis afferuntur et integra specimina cum aliorum philosophorum epistolis servantur quinque in Aldina Graecarum epistolarum collectione olim cum eiusdem auctoris Philippi ad Olympiadem sexta editae (cf. Epistolae Graecanicae mutuae, Aurel. Allobr. 1606 fol. 314—16 et ap. Stahr. Arist. II p. 173—78), quarum tres ad Philippum, ad Alexandrum una unaque ad Theophrastum (eadem est Aristo t e l i s, non Aristo p h a n i s, epist. ad Theophrastum quam edidit Boissonnade in: Notices et extr. t. XI p. 51), cuius ipsius quodam libro secunda ad Philippum callide utitur. quae omnes communi quadam lege ita compositae sunt, ut initium sumatur e loco quodam morali rhetorice explicato, unde ad eum ipsum de hoc argumento commonefaciendum convertatur oratio, ad quem mitti fingitur epistola. in qua adhortatione eadem fere formula ubique scriptor utitur (διὸ πειρῶ 1. ὅθεν πειρῶ 2. διὸ ... εὐλαβοῦ 3. διὸ φημὶ δεῖν 4. διὸ πειρῶ 5). iam finis ita imponitur ut adhortatio illa ad unum applicata generali quadam cogitatione iterum confirmetur. quae tertia item particula solenni illa vocula γὰρ praecedenti adnectitur. qualium epistolarum libros, quum et artificii rhetorici antiquitus exculti certum genus proponant et fere totae versentur in sententiis moralibus,

intimo vinculo cohaerere cum universa praeceptorum moralium scriptione intelligitur (ὑποθηκῶν dico, γνωμῶν, διατριβῶν, χρειῶν, ὁμοίων etc.) in Stoicorum praesertim, nec non et Peripateticorum Isocraticorumque sectis florente. quapropter non miraberis quod ex epistolis etiam utiles sententias excerpere florilegiorum auctores solebant, velut Io. Stobaeus, qui quam Ἀριστοτέλους apponit sententiam (fl. 45, 18: *δεῖ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν δυναστευόντων μὴ διὰ τὰς ἀρχὰς ἀλλὰ διὰ τὰς ἀρετὰς θαυμάζεσθαι, ἵνα τῆς τύχης μεταπεσούσης τῶν αὐτῶν ἐγκωμίων ἀξιῶνται*), eam ex ipsa duxit ad Philippum prima epistola (ceterum eadem formula epistolographus utitur in altera ad Philippum: *διόπερ δεῖ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν ἀνθρώπων* etc.) aliosque fortasse locos morales plures, quorum nunc sedes ignoratur, epistolarum libris debet (velut quas saepius citat Xenophontis, semel Simonis ad Aristippum). neque satis causae est cur illas epistolarum Aristotelicarum reliquias ex corpore a Ptolemaeo aliisque commemorato repetendas esse neges, praesertim quum et Socraticorum epistolas quae servantur satis antiquo iam tempore notas fuisse constet. ita Speusippi ad Xenocratem ep. (Socr. ep. 31 vel ap. Or. 33) citatur apud Laertium (4, 3) qui priorum doctrinam recoquit, apud eundem (4, 2) Dionysii ad Speusippum (Socr. ep. 34, qua respondet Speusippi ep. 33) cuius mentio est apud Athenaeum (XII, 546[d]), qui idem Athenaeus Carystii Pergameni *ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι* testimonium habet Speusippi ad Philippum (Socr. ep. 28 vel 30 Orellii qui extrema verba de chartae Aegyptiacae extra Aegyptum raritate ex belli Persici ab Artaxerxe Ocho gesti tempestate orta plane non intellexit, cf. Diod. 16, 51) Platonisque quintam ad Perdiccam quam Cicero iam novit epistolam una citantis. Aeschinis item epistolarum unam citat Laertius (2, 61 = ep. Socr. 23 ad Phaedonem) idemque (2, 72) Aristippi ad Aretam (ep. Socr. 27 vel Or. 29) et Diogenis cynici (6, 23 = Diog. ep. 16 Ald. add. ed. Boiss. p. 132 Not. et extr. X, 2). diversi autem generis Aristotelis litteras fuisse neque eandem omnibus rationem ipse indicat Demetrius. etenim docens is quomodo epistola scribenda sit, arcendum quidem existimat (c. 231) ipsum illud *γνωμολογεῖν* et *προτρέπεσθαι* quod in servatis quinque epistolis conspicitur, atque allatis et paulo ante et aliis locis multis Aristotelis litterarum fragmentis; talem epistolae naturam praedicat ut *φιλοφρόνησις* sit *σύντομος καὶ περὶ ἁπλοῦ πράγματος ἔκθεσις καὶ ἐν ὀνόμασιν ἁπλοῖς* (cf. c. 227. 228—29). quae rhetorum definitio quum rhetoricum epistolae genus spectet sententiis quidem philosophicis parcentis, non item rhetoricis argumentis figurarumque ornatu carentis — hunc enim ipsarum Aristotelicarum reliquiae monstrant (cf. fr. 5. 8. 15),

ut aliena sit ab Aldinis, ita in eam fere quadret quam ex Andronici libro (de quo etiam Ptolemaeus testatur) traxit Gellius, omnino autem communibus multorum laudibus atque ad artis tradita praecepta repetitis convenit, quibus concisam quandam elegantiam subtilemque epistolarum Aristotelis brevitatem collaudare et quasi exemplar quoddam epistolaris colloquii proponere discentibus consueverunt (cf. Gell. et Demetr. in fr. 8. 16. Simplicius in categ. f. 2, γ ed. Bas. 1551 : *τὸ δὲ δύνασθαι σαφῶς εἰπεῖν δηλοῖ μάλιστα ὁ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ χαρακτὴρ τὸν ἀνὰ χεῖρας διάλογον ὅς ἐπιστολαῖς προσήκει μετ' εὐπρεπείας ἀποτυπούμενος. καὶ οὐδέ ἐστί τις τῶν συνεγνωσμένων Ἀριστοτέλει περὶ τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα προσόμοιος.* David in cat. p. 26^{b}20 Br. *ἐν ... δὲ ταῖς ἐπιστολαῖς ἐστὶ σύντομος ... ἀλλὰ καὶ δριμύς ἐστιν* etc. v. fr. 13. Proleg. in cat. p. 36^{b}32 Br. Gregor. Naz. ep. 165. ad easdem denique *σαφηνείας* laudes quas in maius auxit repetitio, vel inviti redeunt Photii vituperia, qui in epist. 207 quum lecturis commendet Phalaridis Bruti Libanii Basilii Isidori epistolas, reiicit Platonis Aristotelis Demosthenis: *αἱ δὲ τούτου — Πλάτωνος* sc. — *ἐπιστολαὶ ἴσον τε τῆς ἐκείνου λογιότητος καὶ τοῦ ἐπιστολιμαίου τύπου ἀπολείπονται. αἱ δέ γε τοῦ Ἀριστοτέλους τῶν μὲν ἄλλων αὐτοῦ γραμμάτων λογοειδέστεραι, πλὴν οὐδὲ ταῖς Πλατωνικαῖς ἐξισάζουσι. Δημοσθένους δὲ ... οὐδὲν ἀμείνους εὑρήσεις τοῦ Πλάτωνος*). fuisse tamen et longiores et loquaces non solum rerum narratione sed disputatione suasoria, ipsa rursus fragmenta significant a Demetrio exhibita (fr. 5 cum fr. 4 ex ep. ad Al. de restauranda Stagiritarum urbe, fr. 14) eiusdemque Demetrii verba fatentur (c. 234: *ἐπεὶ δὲ καὶ πόλεσί ποτε καὶ βασιλεῦσι γράφομεν, ἔστωσαν τοιαῦται ἐπιστολαὶ μικρὸν ἐξῃρμέναι πως· στοχαστέον γὰρ καὶ τοῦ προσώπου ᾧ γράφεται· ἐξῃρμέναι μέντοι καὶ οὐχ ὥστε σύγγραμμα εἶναι ἀντ' ἐπιστολῆς, ὥσπερ αἱ Ἀριστοτέλους πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ πρὸς τοὺς Δίωνος οἰκείους ἡ Πλάτωνος.* cf. c. 228). quae verba ne de libro ad Alexandrum de mundo vel de rhetorica aliisque ad Alexandrum similibus interpreteris quibus praefationis loco epistola praeposita est — quorum primum scilicet *τὴν πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολὴν* simpliciter appellat Stobaeus ecl. I, 2, 36. 5, 22. 34, 2 — vetat ipsa Platonis epistola comparata (ep. 7 + 8, de qua male in duos pannos divulsa monuit Rose de Ar. l. p. 25). sequitur ergo varias collectas fuisse ut Platonis Diogenis aliorum ita etiam Aristotelis epistolas, partim quidem breves quales rhetoribus gratae essent, partim uberiores, velut Socraticorum epistolae 35, quarum copiis historicis de Platone et Hermia, de Stagiritis, de regibus Athenarumque fuga et Chalcide (ad Hermiam sine dubio spectavit etiam

ep. *πρὸς Μέντορα*) vitae Aristotelicae scriptor libens uteretur, eodem plane modo quo ficticiis Arati epistolis auctor vitae Arateae (v. Hipparch. de Arat. ed. Flor. 1567 p. 108. Müller Fr. h. Gr. IV, 310), partim denique sententiosae quibus utuntur florilegae. constat autem certum et separatum epistolarum Aristotelis volumen in sophistarum rhetorumque recentiorum manibus fuisse non solum Demetrii aetate, Dionis Chrysostomi, Favorini (fr. 13), Harpocrationis, sed Christianorum etiam sophistarum Basilii et Gregorii Nazianzeni quum ad Graecas litteras Athenis (sec. IV medio) incumberent, eoque in scholis usos esse philosophos Aristotelis interpretes qui magistri vitam traderent. neque veri simile videtur ex alia collectione desumtum fuisse unius servatarum quinque epistolarum fragmentum illud quod Stobaeus praebet. immo propter continuos sophistarum usus statuendum erit easdem tulisse *τὸ πυκτίον* illud theologi (Greg. Naz. ep. 165. cf. Phot. ep. 207) quod *τὰς Ἀριστοτέλους ἐπιστολὰς* continens *λογίῳ δῶρον οἰκεῖον* aestimat, atque eas quas primus collegisse atque edidisse dicitur Artemon *ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολάς*, ut ait Demetrius, *ἃς ἐν ὀκτὼ βίβλοις συνήγαγεν Ἀρτέμων τις μετ' Ἀριστοτέλην γενόμενος*, testibus Davide (in categ. p. 24, 27 Br.) et Ptolemaeo (apud Wenrich. de auct. Gr. vers. p. 157. cf. Casiri I p. 308), Cassandrensis scilicet librorum venator ex Athenaeo notus (cui plane comparandus quem de Ptolemaei Lagi epistolis monentem infert Lucianus pro lapsu inter salut. 10, *Διονυσόδωρος ὁ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ συναγαγών*). post quem secundum eundem Ptolemaeum (cf. etiam p. 145 Wenr. *epistolae, libri III*) viginti non libros quidem sed epistolas (quot scil. Hesychius etiam ex Diogene qui Andronicum sequitur numeravit, primis duobus titulis qui numeris carent omissis), diversas ab Artemonis illis ut ait et ab ipso *inventas*, in indice librorum Aristotelis recensuit Andronicus, quasdam etiam ipse apposuit *in libro quinto de Aristotelis scriptis*, unde unam habuit Gellius. Andronici autem et Artemonis epistolas, quamvis diversas putaverit Ptolemaeus, ego pro certo statuo neque inter se differre neque ab eo volumine quod tenerent posteriores. sane vix credibile est Androniceas non fuisse easdem illas, quibus ab Artemone editis utitur Demetrius. ceterum ut obscurum illud Laertii aliquo modo expediam *Σηλυβρίων* (ita cod. Laur. antiquiss. 69, 13. vulgo *Σηλυμβρίων*) *ἐπιστολαί*, philosophi epistolis aliorum responsa (velut apud Gell. 20, 5) intermixta fuisse non prorsus negaverim, velut Diaris Aristotelis amici, cuius ad Aristotelem haberi epistolas ex testimonio antiquitus tradito repetit commentator anonymus (q. v. d. Philoponus) in l. II de anima (fol. K, 1[b] ed. Ven. 1535) ad haec verba (de an. 2, 6 p. 418, 21): *κατὰ συμβεβηκὸς*

δὲ λέγεται αἰσθητὸν οἷον εἰ τὸ λευκὸν εἴη Διάρης (ita est in Oceano f. 449[b] i. e. cod. Laur. 85, 1. vulgo legitur *Διάρους υἱός*. utrumque apud Themist. de an. f. 78[b]: *αἰσθητὸς γὰρ ὁ Διάρους υἱὸς ἢ ὁ Διάρης* etc.). ita enim ille: *λέγεται δὲ ὁ Διάρης οὗτος φίλος εἶναι τῷ Ἀριστοτέλει· φέρονται γοῦν αὐτοῦ* (sc. *Διάρους*) *πρὸς αὐτὸν ἐπιστολαί. τὸ οὖν λευκὸν τὸ ἐν τούτῳ καθ᾽ αὐτὸ μὲν ὁρᾷ ἡ ὄψις, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ὅτι ἐστὶ Διάρης οἶδε. τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων ἔχουσι « Διάρους υἱός »* (cf. Trendelenburg comm. p. 370). de quo Diare nihil neque apud Themistium (l. c.) neque apud Simplicium (de an. f. 35[b]) neque alibi traditur. de reliquis Aristotelis epistolis cf. Rose l. c. 114. 116. ceterum aliorum quoque Peripateticorum (velut Theophrasti, Eudemi, Stratonis etc. de Hieronymo anceps est locus Athenaei X, 434[f]: *Ἱερώνυμός τε ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Θεόφραστόν φησι λέγειν* de Alexandro et Olympiade) praeter Aristotelis extitisse epistolas notum est.

Ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον.

1. (596)

Harpocr. (ex quo Photius et Suid.) s. v. *Ὅτι ξένους τινὰς ἑαυτοῦ αἰχμαλώτους σκάπτοντας ἐν τῷ Φιλίππου ἀμπελουργίῳ καὶ δεδεμένους παρὰ πότον ἐξῃτήσατο παρὰ Φιλίππου Σάτυρος, Αἰσχίνης μὲν ἐν τῷ περὶ τῆς πρεσβείας* (156) *φησί. Δημοσθένης δ᾽ ἐν τῷ κατ᾽ Αἰσχίνου* (193) *φησὶν ὅτι Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ἐξῃτήσατο καὶ ἔοικε μᾶλλον ἀληθεύειν· καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἔν τινι τῶν πρὸς Φίλιππον ἐπιστολῶν λέγει, ὡς Σατύρῳ τῷ ὑποκριτῇ τὰς Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ἀφῆκεν.*

2. (597)

Vita Aristot. cod. Marc. 257 f. 276[a]: *ἐτῶν δὲ γενόμενος ἑπτακαίδεκα τοῦ Πυθοῖ θεοῦ χρήσαντος αὐτῷ φιλοσοφεῖν* (cf. Iulian. or. 7 p. 442 Pet.) *παρ᾽ Ἀθήνησι* (sic) *φοιτᾷ Σωκράτει καὶ συνῆν* (*τούτῳ τὸν*) *μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον πλὴν ὀλίγον ὄντα. μετὰ δὲ τοῦτον φοιτᾷ Πλάτωνι καὶ συνῆν τούτῳ τὸν μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ χρόνον εἰκοσαετὴς τυγχάνων* (in marg. cod. corrigitur: *εἰκοσαετοῦς τυγχάνον-*

Vita brevior Arist. quae praemitti solet Pseudo-Ammonii (i. e. Philoponi non quidem sinceri sed interpolati — verus autem Ammonii textus in mss. extat ineditus) in categ. commentario (ed. Ven. 1545 f. 4[b]): *ἑπτακαίδεκα δὲ ἐτῶν γενόμενος καὶ τῆς Πυθίας κελευούσης αὐτῷ φιλοσοφεῖν στέλλεται ἐν Ἀθήναις, ἔνθα φοιτᾷ Σωκράτει καὶ σύνεστι τούτῳ ἔτη τρία. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Σωκράτους φοιτᾷ Πλάτωνι*

τος pro εἰκοσαετῆ τυγχάνοντα, cf. καὶ τούτῳ σύνεστιν ἔτη εἴκοσι. Diog. L. 5, 9. Dion. Hal. opp. rhet. [καὶ τοσαύτην ...
p. 728 Reisk.), ὡς αὐτὸς ἐπιστέλλων
Φιλίππῳ λέγει. [καὶ οὕτω ...

Tertiam quandam (et Marcianae quidem rerum copia propiorem) huius vitae recensionem a compluribus Aristotelis commentatoribus in categoriarum atque universae philosophiae prooemia receptae varieque mutatae sequitur interpres Latinus sec. XIII in. (quem iam Albertus Magnus citat super eth. Opp. t. IV p. 9. qui locus addendus est ceteris apud Rosam de Arist. libr. p. 249. 254), qui haec habet:

Factus autem annorum decem et septem et Pithia precipiente ipsum philosophari mittitur Athenas, ubi adhesit Socrati et moratus est cum eo tribus annis. mortuo autem Socrate adhesit Platoni et moratus est cum eo annis viginti usque ad finem vite ipsius Platonis, sicut ipse declarat mittens Philippo. et tantam etc.

Haec si Socratis cum Platone ineptam confusionem tollas vitae huius primo auctori propriam, iam eodem fere tenore narravit Apollodorus apud Diog. Laert. 5, 9: φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς ... παραβαλεῖν δὲ Πλάτωνι καὶ διατρῖψαι (cf. Dionys. Hal. l. c. χρόνον εἰκοσαετῆ διέτριψε σὺν αὐτῷ) παρ' αὐτῷ εἴκοσιν ἔτη, ἑπτὰ καὶ δέκα ἐτῶν συστάντα. de Pythia autem praecipiente studiique philosophici initio epistolae auctorem narravisse (non solum de Platone magistro), confirmare videtur Iuliani locus (cf. ad fr. 10) in orat. VII, ubi contra impietatis crimen Diogenem cynicum defendit.

2a.

Iulian. or. VII p. 442 Pet.: πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν ὁ τῶν θεῶν εἵνεκεν εἰς Ὀλυμπίαν βαδίζων, ὁ τῷ Πυθίῳ πεισθεὶς καὶ φιλοσοφήσας (de qua re antea dixit Iulianus) ὥσπερ Σωκράτης ὕστερον, ὡς Ἀριστοτέλης· φησὶ γὰρ καὶ αὐτὸς (Aristoteles scil., nam de Socrate omnibus notum erat) εἶναι Πύθιον οἴκοι παρ' ἑαυτῷ, ὅθεν αὐτῷ καὶ ἡ ὁρμὴ πρὸς φιλοσοφίαν ἐγένετο· μὴ παριέναι τῶν ἀνακτόρων εἴσω, εἰ μὴ τοῦτο ἐξέκλινε τὸ ὑποθεῖναι νόμοις ἑαυτὸν καὶ δοῦλον ἀποφῆναι πολιτείας;

3. (598)

Vita Arist. Marc. f. 276ᵇ: καὶ φαίνεται (sc. ὁ Ἀριστοτέλης) ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς θαυμάζων Πλάτωνα καὶ συνιστὰς τοῖς βασιλεῦσι τοὺς Πλάτωνι κατὰ γένος κοινωνοῦντας.

Huiusmodi epistolae, quales συστατικὰς ἐπιστολὰς dicit alterius vitae scriptor (v. fr. 4), etiam nunc leguntur quarta Isocratis ad Philip-

pum et ad eundem Speusippi (Socr. ep. 28 vel sec. Orell. 30) aliaeque Diogenis (ep. 18 Ald. et 19 Boiss.). quid autem quod sententia illa a Stobaeo (flor. 65, 11: *Ἀριστοτέλης ἔφη τὸ κάλλος πάσης ἐπιστολῆς συστατικώτερον εἶναι*) et Laertio (5, 18: *τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν ἐπιστολίου συστατικώτερον*) allata ex ipsa quadam epistola commendaticia (sive Aristotelis sive cui alios illud attribuere ait Laertius Diogenis, cuius simile quoddam dictum refert Arrian. disc. Epictet. 2, 3. cf. Diog. ep. 18 Ald.) ducta esse videtur.

4. (599)

Vita Arist. Marc. f. 276ª fin.: *ὁ δὲ φιλόσοφος μέγα μέρος ὢν τῆς φιλοσοφίας ὀργάνῳ τῇ δυνάμει πρὸς εὐποιίαν ἐχρήσατο, ἕνα τε ἕκαστον εὐεργετῶν καὶ πόλεις ὅλας καὶ πάντας ἅμα. ὅσα μὲν γὰρ ἕκαστον εὐεργέτησεν αἱ γεγραμμέναι αὐτῷ κατὰ τοὺς βασιλέας περί τινων ἐπιστολαὶ δηλοῦσιν. ὅσα δὲ πόλεις ὅλας τὰ Στάγειρα δηλοῖ καὶ Ἐρεσσὸς ἡ Θεοφράστου καὶ Φανίου τῶν αὐτοῦ μαθητῶν πατρίς· τήν τε γὰρ ἑαυτοῦ πατρίδα Στάγειρα κατασκαφεῖσαν ὑπὸ Φιλίππου* (ol. 108, 1. cf. de oppidis 32 Chalcidicis a Philippo dirutis Demosth. or. IX, 26. Stob. fl. 7, 65. Diodor. 16, 52. 53) *πείθει τὸν Ἀλέξανδρον* (cf. Ael. v. h. 12, 54. Aristid. or. t. I p. 144 Dind. praeterea Diog. L. 5, 4. Plut. Alex. 7. Dio Chrys. or. 2, 79. 47, 9) *δεύτερον κτίσαι καὶ χώρας ἑτέρας αὐτῇ καταδιδόναι* (sc. in epistola quadam ad Alexandrum, e qua fr. 5) ... *καὶ Ἐρεσσὸν μέλλουσαν ὑπὸ Φιλίππου πολιορκηθῆναι ἔπεισεν ἀφεθῆναι. πολλὰ δὲ καὶ Ἀθηναίους εὐεργέτησεν ἐν τοῖς κατὰ Φίλιππον γράμμασιν.*

Vita Ar. Pseudoammonii f. 5ª (Ven. 1545): *καὶ μέγα μέρος γέγονε τῆς τούτου βασιλείας· πολλὰ γὰρ ἐδυνήθη παρὰ τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ δυνάμει δεόντως ἐχρήσατο εὖ ποιῶν καὶ ἑκάστῳ ἰδίᾳ καὶ πᾶσι κοινῇ. καὶ ὅτι μὲν πολλοὺς ἰδίᾳ* (*εὖ ἐποίησε* om. Marc.) *δηλώσουσιν αἱ φερόμεναι αὐτοῦ συστατικαὶ ἐπιστολαὶ περί τινων* (*καὶ περί τινων* cod. Marc. 257 f. 277. *καὶ παρά τινων* cod. Par. 1928 f. 66ᵇ) *πρὸς τὸν βασιλέα· ὅτι δὲ καὶ κοινῇ πολλοὺς εὖ ἐποίησε δηλοῖ τὸ καὶ τὴν τῶν Σταγείρων πόλιν κατασκαφθεῖσαν πείθειν τὸν Ἀλέξανδρον αὖθις κτίζειν ... καὶ τὴν Ἔρεσον δὲ τὴν τοῦ Θεοφράστου πόλιν μέλλουσαν ἀδικηθῆναι ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου ἐλύτρωσε τῆς ἀδικίας.*

Vers. lat. vet.: *et cum esset magna pars philosophie, ad benefaciendum potentia usus est benefaciens et singulis proprie et omnibus communiter. et quod multis quidem proprie benefecerit, declarant misse ab eo epistole de quibusdam* (*et de quibusdam* habet codicum meorum unus) *ad regem. quod autem et communiter benefecit multis, demonstrat illud quod civitatem suam Stagiram* (*stragiram* codd.) *dirutam prius a Philippo induxit Alexandrum regem iterum reedificare . . . et etiam Eresum* (*ephesum* codd.) *urbem Theophrasti et Phanie* (*et theophanii* codd. omnes) *sui discipulorum debentem destrui liberavit a destructione.*

Quod ad *εὐεργετεῖν* illud, cf. fr. 3. 5. 7. 11 et cum omni hoc vitae loco simillimum Plutarchi ex antiquiore quodam vitae huius fundo proficientis, non posse suav. sec. Epic. c. 15 (ubi pro *Φειδίου* corrigas *Φανίου*).

Ἐπιστολαὶ πρὸς Ἀλέξανδρον (add. fr. 4).

5. (600)

Demetrius *π. ἑρμ.* c. 233 (p. 99 Walz.): *Ἀριστοτέλης μέντοι καὶ ἀποδείξεσί που χρῆται ἐπιστολικαῖς. οἷον διδάξαι βουλόμενος ὅτι ὁμοίως χρὴ εὐεργετεῖν τὰς μεγάλας πόλεις καὶ τὰς μικράς* (Stagira scil.), *φησὶν «οἱ γὰρ θεοὶ ἐπ' ἀμφοτέραις ἴσοι· ὥστ' ἐπεὶ αἱ χάριτες θεαί, ἴσαι ἀποκείσονταί σοι παρ' ἀμφοτέραις». καὶ γὰρ τὸ ἀποδεικνύμενον αὐτὸ ἐπιστολικὸν καὶ ἡ ἀπόδειξις αὐτή.*

εὐεργεσίαν regi Philippo praedicat etiam in ep. ad Phil. II (p. 174 Stahr.).

6. (601)

Dio Chrysost. or. 47 p. 601 Emper.: *καὶ τὸν Ἀριστοτέλην ἐνίοτε ἐμακάριζον, ὅστις Σταγειρίτης ὤν· τὰ δὲ Στάγειρα κώμη τῆς Ὀλυνθίας ἦν· ἁλούσης δὲ Ὀλύνθου συγγενόμενος Ἀλεξάνδρῳ καὶ Φιλίππῳ διεπράξατο οἰκισθῆναι πάλιν τὸ χωρίον* (cf. or. 2 p. 40), *καὶ μόνον αὐτὸν ἔφασκον εὐτυχῆσαι τὴν εὐτυχίαν ταύτην ὥστε τῆς πατρίδος οἰκιστὴν γενέσθαι. μεταξὺ δὲ πρῴην ἐνέτυχον ἐπιστολῇ τινί, ἐν ᾗ ἐστὶ μετανοῶν καὶ ὀδυρόμενος καὶ λέγων ὅτι τούτων τινὲς καὶ τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἀφικνουμένους σατράπας διαφθείρουσιν, ὥστε μηδὲν ἀγαθὸν γενέσθαι μηδὲ ὅλως κατοικισθῆναι τὴν πόλιν* (fort. *ὥστε μηδὲν ἂν κακὸν γ. τὸ μηδ' ὅλως* etc.). *ὅπου δὲ τὸ κατοικισθῆναι τοῖς ἐκπεσοῦσι* (*τὴν πόλιν* scil. ita ut nihil hic excidisse videatur, sicut volunt editores, cf. not. Emper.) *καὶ τοῦτο ἐλύπει τινάς, εἰ φυγάδες καὶ ἀπόλιδες* (cf. Plut. Alex. 7 de Philippo qui Stagiritarum urbem *συνῴκισε πάλιν καὶ τοὺς διαφυγόντας ἢ δου-*

λεύοντας τῶν πολιτῶν ἀποκατέστησε, Alexandri scil. precibus commotus quem litteris adiisse fingitur Aristoteles supra in fr. 4. 5) *πατρίδα ἕξουσι καὶ πολιτεύσονται κατὰ νόμους ἐν ἐλευθερίᾳ, μᾶλλον δ' ᾑροῦντο διῳκίσθαι κατὰ κώμας τοῖς βαρβάροις ὁμοίως ἢ σχῆμα πόλεως καὶ ὄνομα ἔχειν· ἦ που προσήκει θαυμάζειν καὶ εἰ ἄλλο τι λυπεῖ τινάς; ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης ἐπιστέλλων γράφει ὡς τοῖς πράγμασιν ἀπειρηκώς· φησὶ γὰρ αἴρειν τοὺς δακτύλους τοὺς Ἰδαίους· κἀμὲ νομίζετε καὶ εἴ τινές εἰσιν ἕτεροι. καὶ γὰρ δὴ πλεῖον ἴσχυσεν ἡ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων κακοδαιμονία τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους σπουδῆς, ὥστε οὐκ εἴασαν προβῆναι τὸ κωμίον εἰς ἀξίωμα πόλεως καὶ νῦν ἔτι ἀοίκητόν ἐστιν.*

7. (602)

Aelian. var. hist. XII, 54: *Ἀλέξανδρον Ἀριστοτέλης ὀργιζόμενον πραῦναι βουλόμενος καὶ παῦσαι χαλεπαίνοντα πολλοῖς ταυτὶ πρὸς αὐτὸν γέγραφεν· «ὁ θυμὸς καὶ ἡ ὀργὴ οὐ πρὸς ἥσσους* (codd. *ἴσους*, corr. Rutgers. var. lect. I, 6) *ἀλλὰ πρὸς τοὺς κρείττονας γίνεται· σοὶ δὲ οὐδεὶς ἴσος».*

8. (603)

Gellius 20, 5: *eos libros generis acroatici quum in vulgus ab eo* (sc. Aristotele) *editos rex Alexander cognovisset ... literas ad Aristotelem misit, non eum recte fecisse quod disciplinas acroaticas, quibus ab eo ipso eruditus foret, libris foras editis invulgasset ... exempla utrarumque literarum sumta ex Andronici philosophi libro subdidi. amavi* (cf. ed. Hertz) *autem prorsus in utriusque epistola brevitatis elegantissimae filum tenuissimum ...*

(omitto Alexandri epistolam)

Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν. Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροατικῶν λόγων οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. ἔρρωσο.

Epistolam hanc, quae eiusdem manifesto auctoris est atque Alexandri epistola cui respondet, ex Asia missam fuisse Gellio consentit Plutarchus in Alex. c. 7 (cf. Themistius or. 26 p. 385 Dind.: *τοῦτο δὲ* — sc. *τὸ μυστικὸν* — *ἐμηχανήσατο ὅπως καὶ ἔχοντες μὴ ἔχωσιν οἱ ἀμύητοι*).

Ἐπιστολαὶ πρὸς Ἀντίπατρον.

9. (604)

Aristocles libro VII *περὶ φιλοσοφίας* apud Euseb. praep. ev. 15, 2 (t. IV p. 12 ed. Gaisf. Ox. 1843 = p. 793ᵇ ed. Fr. Viger. Paris. 1628): *τὰ*

μὲν οὖν ἄλλα (in Aristotelem convicia) *προδήλως πέπλασται, δύο δὲ ταῦτα δοκεῖ πιστεύεσθαι δι' ἃ ψέγουσί τινες αὐτόν· ἓν μὲν ὅτι τὴν Ἑρμείου γήμειε φύσει μὲν ἀδελφήν, θετὴν δὲ θυγατέρα Πυθιάδα, κολακεύων αὐτόν ... περὶ δὲ τοῦ γάμου τοῦ Πυθιάδος ἀποχρώντως αὐτὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολαῖς ἀπολελόγηται· τεθνεῶτος γὰρ Ἑρμείου διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν ἔγημεν αὐτήν, ἄλλως μὲν σώφρονα καὶ ἀγαθὴν οὖσαν, ἀτυχοῦσαν μέντοι διὰ τὰς καταλαβούσας συμφορὰς τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς.*

Hermiam interfectum spectavit sine dubio etiam epistola *πρὸς Μέντορα* (cf. Rose de Ar. l. p. 116).

10. (605)

Plutarch. *περὶ εὐθυμίας* c. 13: *Ἀριστοτέλης δὲ πρὸς Ἀντίπατρον γράφων «οὐκ Ἀλεξάνδρῳ μόνον, ἔφη, προσήκει μέγα φρονεῖν ὅτι κρατεῖ πολλῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐχ ἧττον οἷς ὑπάρχει περὶ θεῶν ἃ δεῖ δοξάζειν»* (i. e. philosophis).

Eundem locum ex epistola quae Alexandro vivo scripta esse fingitur, iterum ex collectaneis repetit Plut. in l. *περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως* c. 16: *οὕτω δὲ καὶ πρὸς Ἀλέξανδρον* (sc. in ep. ad Antipatrum data) *ὁ Ἀριστοτέλης οὐ μόνον ἔφη τοῖς πολλῶν κρατοῦσιν ἐξεῖναι μέγα φρονεῖν ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ θεῶν δόξας ἀληθεῖς ἔχουσι.* atque tertium idem de prof. in virt. 6: *ὁ δὲ Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπατρον περὶ Ἀλεξάνδρου γράφων ἔφη μὴ μόνον ἐκείνῳ προσήκειν ὅτι πολλῶν κρατεῖ μέγα φρονεῖν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον εἴ τις ὀρθῶς γινώσκει περὶ θεῶν.*

Callisthenem fortasse defendit aut se ipsum potius, si quidem eandem epistolam tetigerit Iulianus in ep. ad Themistium (p. 487 Pet.): *ἐγὼ μὲν οὖν Ἀλεξάνδρου φημὶ μείζονα τὸν Σωφρονίσκου κατεργάσασθαι ... καὶ τοῦτο οὐκ ἐγὼ μόνος, Ἀριστοτέλης δὲ πρότερον ἔοικεν ἐννοήσας εἰπεῖν, ὅτι μὴ μεῖον αὐτῷ προσήκει φρονεῖν ἐπὶ τῇ θεολογικῇ συγγραφῇ τοῦ καθελόντος τὴν Περσῶν δύναμιν.*

11. (606)

Demetrius *περὶ ἑρμηνείας* c. 223 (p. 96 Walz.): *ἐπεὶ δὲ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ δεῖται ἰσχνότητος* (describitur enim *ὁ ἰσχνὸς χαρακτὴρ λόγου*), *καὶ περὶ αὐτοῦ λέξομεν. Ἀρτέμων μὲν οὖν ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολάς φησιν, ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ διάλογόν τε γράφειν καὶ ἐπιστολάς· εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολὴν οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου.* (224) *καὶ λέγει μέν τι ἴσως, οὐ μὴν ἅπαν· δεῖ γὰρ ὑποκατεσκευάσθαι πως μᾶλλον τοῦ διαλόγου τὴν ἐπιστολήν· ὁ μὲν γὰρ*

μιμεῖται αὐτοσχεδιάζοντα, ἡ δὲ γράφεται καὶ δῶρον πέμπεται τρόπον τινά. (225) *τίς γοῦν οὕτως ἂν διαλεχθείη πρὸς φίλον ὥσπερ ὁ Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τοῦ φυγάδος γράφων τοῦ γέροντός φησιν· «εἰ δὲ πρὸς ἁπάσας οἴχεται γᾶς* (ita Valck., codd. *τὰς*) *φυγὰς οὗτος* (*τὰς φυγὰς οὕτως* Victorius sec. Walz. p. 97 not.) *ὥστε μὴ κατάγειν, δῆλον ὡς τοῖσγε εἰς Ἅιδου κατελθεῖν βουλομένοις οὐδεὶς φθόνος». ὁ γὰρ οὕτω διαλεγόμενος ἐπιδεικνυμένῳ ἔοικε μᾶλλον, οὐ λαλοῦντι.*

12. (607)

Aelian. var. hist. XIV, 1: *Ἀριστοτέλης ὁ Νικομάχου σοφὸς ἀνὴρ καὶ ὢν καὶ εἶναι δοκῶν, ἐπεί τις αὐτοῦ ἀφείλετο τὰς ψηφισθείσας αὐτῷ ἐν Δελφοῖς τιμάς, ἐπιστέλλων πρὸς Ἀντίπατρον περὶ τούτων φησίν· «ὑπὲρ τῶν ἐν Δελφοῖς ψηφισθέντων μοι καὶ ὧν ἀφῄρημαι νῦν οὕτως ἔχω, ὡς μήτε μοι σφόδρα μέλλειν ὑπὲρ αὐτῶν μήτε μοι μηδὲν μέλειν».*

Peripatetice sane inventum!

13. (608)

Vita Ar. Marc. f. 276[b]: *ἐπαναστάντων δὲ αὐτῷ τῶν Ἀθηναίων, ὑπεχώρησεν εἰς Χαλκίδα τοσοῦτον ὑπειπὼν ὡς «οὐ συγχωρήσω Ἀθηναίοις δὶς ἁμαρτεῖν εἰς φιλοσοφίαν». ἐπεὶ δὲ τὰ καθήκοντα ἦν* (sic) *πολίτῃ καὶ ξένῳ περὶ τὴν τῶν Ἀθηναίων πόλιν, ἐπιστέλλων Ἀντιπάτρῳ γράφει «τὸ Ἀθήνησι διατρίβειν ἐργῶδες·* (277[a]) *ὄγχνη γὰρ ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ»* (Od. 7, 120), *τὴν διαδοχὴν τῶν συκοφαντούντων αἰνιττόμενος.*

Vita Ps.-Amm. f. 5[b]: *μετέπειτα δὲ ἀνταρσίας γενομένης ἐν τοῖς Ἀθηναίοις ἦλθεν ὁ Ἀριστοτέλης ἐν Χαλκίδι εἰρηκὼς τοῖς Ἀθηναίοις* (sc. in apologia. cf. Laert. 5, 9 et 5, 4) *ὅτι «οὐκ ἐάσω ὑμᾶς δὶς εἰς φιλοσοφίαν ἁμαρτεῖν». καὶ γὰρ ἤδη ἦσαν τὸν Σωκράτην φωνεύσαντες οἱ Ἀθηναῖοι. ἐδήλωσε δὲ καὶ Ἀντιπάτρῳ τῷ βασιλεῖ ὅτι «τὸ ἐν Ἀθήνησι* (cf. supra vit. Marc. fr. 1 *παρ' Ἀθήνησι*) *διατρίβειν* (ita Marc., vulgo *ἐνδιατρίβειν*) *ἐργῶδες». εἶπε δὲ καὶ τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο ἔπος· «ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ», ὡς ἐκ τούτων ἐλέγχων τὰς τῶν Ἀθηναίων συκοφαντίας.*

Vers. lat. vet.: *insurgentibus autem ipsi Atheniensibus ivit Calcidiam* (al. l. *calcidam*) *hoc dicens «non concedam Atheniensibus bis peccare in philosophiam». et mittens Antipatro scribit «Atheniensibus com-*

morari periculosum. et dixit illud Homeri «pirus namque supra pirum senescit, ficus autem supra ficum», successionem accusatorum enigmatice dicens.

Hanc epistolam Favorinus etiam (cf. Rose de Ar. l. p. 44) citavit *ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ*, sicut patet ex Diog. Laert. 5, 9 (cf. apol. fr.). cf. etiam David in Arist. categ. p. 26^{b}25 Br. qui ex vita Arist. parum accurate narrans diversa confundit: *ὅτι γὰρ δριμύς ἐστιν (ὁ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς), δηλοῖ αὐτοῦ μία ἐπιστολή. μετὰ γὰρ θάνατον Σωκράτους ὑπεξελθὼν Ἀθηνῶν καὶ διατρίβων ἐν Χαλκίδι ἀνεκαλεῖτο ὑπὸ Ἀθηναίων ἐπανελθεῖν, καὶ μὴ πεισθεὶς ἀντέγραψεν οὕτως «οὐ μὴ πείσω* (corr. *ἐάσω*) *Ἀθηναίους δὶς ἁμαρτεῖν εἰς φιλοσοφίαν, παρ' οἷς ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ». διὰ δὲ τοῦ σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ ᾐνίξατο τοὺς συκοφάντας πολλοὺς ὄντας Ἀθήνησι καὶ ἀεὶ δεχομένους αὐτοὺς καὶ μηδέποτε λήγοντας.* rem ipsam praeter recentiores tetigit etiam Origenes (c. Cels. 1, 65).

14. (609)

Demetr. *π. ἑρμ.* c. 144 (p. 66 W.) docens unde orationis gignantur *αἱ ἀπὸ λέξεως χάριτες*, ita ait: *καὶ ἐξ ἰδιωτικοῦ δὲ ὀνόματος γίγνεται (χάρις), ὡς ὁ Ἀριστοτέλης «ὅσῳ γάρ, φησί, μονώτης εἰμί, φιλομυθότερος γέγονα»· καὶ ἐκ πεποιημένου, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ «ὅσῳ γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμί, φιλομυθότερος γέγονα». τὸ μὲν γὰρ μονώτης ἰδιωτικωτέρου ἔθους ἤδη ἐστί, τὸ δὲ αὐτίτης πεποιημένον ἐκ τοῦ αὐτός.*

Hanc relictis Athenis senex fingitur Chalcide scripsisse (cf. Stahr, Aristotelia I p. 201). ceterum *φιλομυθία* illa non excusare tantum saepius scribentem videtur, sed amplitudinem epistolae significare (qualem ad Alexandrum epistolarum memorat Demetrius).

15. (610)

Demetrius *π. ἑρμ.* c. 29 (p. 18 W.): *γίνεται μέντοι γε χρήσιμά ποτε (τὰ ὁμοιοτέλευτα), ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν «ἐγὼ ἐκ μὲν Ἀθηνῶν εἰς Στάγειρα ἦλθον διὰ τὸν βασιλέα τὸν μέγαν, ἐκ δὲ Σταγείρων εἰς Ἀθήνας διὰ τὸν χειμῶνα τὸν μέγαν* (*διὰ τὸν χ.* sc. sicut aves quae meridiem petunt cf. Themist. or. 26 p. 376 Dind. ad Il. *γ*, 2)*· εἰ γοῦν ἀφέλοις τὸ ἕτερον μέγαν, συναφαιρήσῃ καὶ τὴν χάριν· τῇ γὰρ μεγαληγορίᾳ συνεργεῖ τὰ τοιαῦτα κῶλα, ὁποῖα τῶν Γοργίου τὰ πολλὰ ἀντίθετα καὶ τῶν Ἰσοκράτους.*

Eundem locum iterum ponit Demetr. c. 154 (p. 72): *πολλάκις δὲ καὶ*

κῶλα ὅμοια ἐποίησε χάριν, ὡς ὁ Ἀριστοτέλης «ἐκ μὲν Ἀθηνῶν, φησίν, ἐγὼ εἰς Στάγειρα ἦλθον διὰ (etc. ut supra) ... *μέγαν». καταλήξας γὰρ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς κώλοις εἰς τὸ αὐτὸ ὄνομα ἐποίησε τὴν χάριν. ἐὰν δ' οὖν ἀποκόψῃς τοῦ ἑτέρου κώλου τὸ μέγαν, συναφαιρεῖται καὶ ἡ χάρις.*

Haec quo spectent incertum est, nisi forte ad tempus illud quod in Macedouia (cf. Plut. Alex. 7) Alexandri magister degerit, unde propter belli Persici tempestatem Atheuas redierit.

(Ex incerta epistola.)

16. (611)

Demetr. *π. ἑρμ.* c. 230: *εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι οὐχ ἑρμηνεία μόνον ἀλλὰ καὶ πράγματά τινα ἐπιστολικά ἐστιν. Ἀριστοτέλης γοῦν, ὃς μάλιστα ἐπιτετευχέναι δοκεῖ τοῦ τύπου* (ita Victorius pro *αὐτοῦ*) *ἐπιστολικοῦ «τοῦτο δὲ οὐ γράφω σοι, φησίν· οὐ γὰρ ἦν ἐπιστολικόν».* (231) *εἰ μὲν γάρ τις ἐν ἐπιστολῇ σοφίσματα γράφει καὶ φυσιολογίας, γράφει μέν, οὐ μὴν ἐπιστολὴν γράφει. φιλοφρόνησις γὰρ βούλεται εἶναι ἡ ἐπιστολὴ σύντομος καὶ περὶ ἁπλοῦ πράγματος ἔκθεσις καὶ ἐν ὀνόμασιν ἁπλοῖς.*

Cf. Speusippi ad Phil. ep. (Socr. ep. 28): *ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἐν ἐπιστολῇ πρὸς σὲ μηκυντέον.*

X. CARMINA.

LXIV—LXVII.

Carmina Aristotelis nomine inscripta Diogenes (atque ex eo Hesychius) recenset ἔπη et ἐλεγεῖα. praeterea idem alibi (ex Favorino) et inter scolia libri XV Athenaeus integrum exhibent hymnum (cf. Hesych. ind. app. ἐγκώμια ἢ ὕμνους, Theophrasti ἐγκώμια θεῶν D. L. 5, 47) in Hermiae mortui honorem Atarnensium tyranni, cuius et amicus simul Aristoteles et apud Platonem condiscipulus (Platon. ep. 6. Suid. s. v. Strabon. XIII p. 610) fuisse perhibetur. quem hymnum quum scolium potius fuisse contendat Athenaeus (cf. Ilgen in diss. de scoliorum poesi ante ed. Scol. Gr. Ienae 1798 p. 184), paeana temere non minus quam insidiose ab Aristotelis calumniatoribus appellatum fuisse (cf. Laert. 5, 4) iam Hermippus, id quidem agens ut calumniam refutaret, narrasse videtur in vitarum opere (ἐν τῷ α̅ περὶ Ἀριστοτέλους *). nam ut ab Aristotelis nomine crimen illud removeret, veri paeanis in Craterum Macedonem ab Alexino per adulationem scilicet compositi exemplum tetigit (fr. 42 Müll. de Alexino idem fr. 35), quod qui ex eo affert Athenaeus una cum reliquis paeanum exemplis nescio an ex Didymi dissertatione sumserit, quem in libro περὶ ποιητῶν de hymnis variisque eorum argumentis et nominibus deque paeani-

*) in quo eodem libro idem etiam citavit Aristotelis testamentum sec. Athen. XIII p. 589, argumento illud simile epistolis ficticiis et ab eodem compositum, qui reliquorum Peripateticorum testamenta scripsit Theophrasti Stratonis Lyconis ab Aristone Chio (?) collectas sec. D. L. 5, 64. quo quidem loco legendum est: καθά που συνήγαγε καὶ Ἀνδρόνικος. hic enim licet nunquam praeterea apud Laertium nominatim inferatur, cum indicibus librorum testamenta et Aristotelis et ut verisimile est ceterorum Peripateticorum, praecipue Theophrasti, apposuerat. cf. Anon. (Olympiod.) vit. Arist. cod. Marc. 257 f. 277ᵃ: καὶ τελευτᾷ ἐκεῖσε διαθήκην ἔγγραφον καταλιπών, ἣ φέρεται παρά τε Ἀνδρονίκῳ καὶ Πτολεμαίῳ μετὰ τοῦ πίνακος τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων (cf. vers. ant. lat.).

bus exposuisse novimus (v. Etym. M. s. ὕμνος, Et. Gud. s. παιᾶνες, M. Schmidt Did. fr. p. 387). at etiamsi Hermippi iam aetate eaque qua ἀπολογίαν Aristotelis rhetor quidam edidit, ipsius philosophi quasi auctoris nomine hymnus in Hermiam circumferri solitus est, nihilo minus vel a philosopho qui parum poeta fuerit, alienum censeo carmen illud et mediocris ingenii (nedum ipsi, ut fatebatur Iul. Caesar Scaliger in poet. I c. 44, Pindaro paris) specimen etsi non illepidum frigidum tamen et ieiunum, quod recentior quidam poeta (ante Hermippum) in Aristotelis nomen atque in memoriam scripsit amicitiae cum Hermia mox hominum fabulis auctae, quam multis etiam epistolae tractant Aristoteli tributae (cf. D. L. 2, 42 de paeane in Apollinem Socratis nomine edito). hanc enim simpliciter amicitiam effert poeta ita sermocinatus: propter virtutem virtutisque laudes immortales graves labores ipsamque mortem patiuntur mortales, virtutis causa laborabant Hercules et Ledae filii, periit Achilles cum Aiace, propter virtutem et Atarnensium tyrannus mortuus est, cuius memoriam hospitis (Διὸς ξενίου) et amici carmine pando poeta (αὐξήσουσι μοῦσαι).

Quae praeterea Aristotelis poetae leguntur, ea si elegiam ad Eudemum Cyprium philosophum Platonicum (Plut. Dion. 22) Aristotelis familiarem (Cic. de div. 1, 25) excipias, nimis incerta sunt num revera illius nomine inscripta fuerint. etenim de Delphici anathematis epigrammate paulo obscurius monet Laertius, ita ut haereas an fontem quem sequitur in brevius cogens mutilaverit. plane autem negligas non modo hymnum in Fortunam, quem quum Stobaei codices (ecl. I, 6, 13) Αἰσχύλου velint omnes, suo quodam errore (de quo dixit Meineke, v. Philologus t. XIV p. 4) Aristotelis fragmentis addidit Th. Bergk in Poet. lyr. Gr. (ed. II p. 521. revera autem Bacchylidis esse Meinekio videtur), sed etiam versum illum iambicum (cf. Helladius ap. Phot. bibl. 530, 34 Bekk.), quem Aristoteli (Ἀριστοκλεῖ corr. Meineke in poet. choliamb. coll. p. 175 post Babrium Lachmanni) tribuere videtur Choeroboscus parum accurate locutus apud Etym. M. p. 376, 23 Sylb. (s. Ἑρμῆς, ubi post ea quae Harpocrationi debet, haec verba sequuntur: καὶ δεῖ γινώσκειν ὅτι ὡς λέγει ὁ Χοιροβοσκὸς εἰς τὴν ὀρθογραφίαν αὐτοῦ — cf. Choerob. orthogr. ap. Cramer. Anecd. Ox. II, 210 — διὰ τοῦ ῑ γράφεται ὡς παρ' Ἀριστοτέλει «εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ἦρχεν Ἑρμίας»). ita enim haec corrigit Suidas (s. Ἑρμίας) qui postquam ex Harpocratione (s. Ἑρμίας) illud etiam dedit: τοῦτον δὲ τὸν Ἑρμίαν μόνον γράφουσι διὰ τοῦ ῑ (de qua re cf. Boeckh, Hermias p. 152), haec nova ex alio fonte addit: ἐν δὲ τοῖς τοῦ Ἱππώνακτος στίχοις ἰαμβικοῖς εὕρηται στίχος οὗτος «εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ἦρχεν Ἑρμίας», in eis scil. Hipponacteis, ex quibus Stobaeus habet quae

modo Hipponactis modo Hippothoontis vel Hippothoi titulo iam ante Photii aetatem inscribebant librarii ab antiquo illo pariter aliena (v. Stob. 29, 42. 38, 15. 67, 14. 68, 8. 72, 5. 83, 15. 97, 12. 115, 14. de reliquis locis qui alio pertinent 22, 25. 68, 24. 115, 13 cf. Meineke, Com. Gr. fr. IV, 711. cf. 714. choliamb. coll. p. 106).

Mira sunt verba Eustratii ad Arist. eth. I (c. 3: *ἱκανῶς γὰρ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν*), quae quo spectent (cf. fr. 3 eleg. ad Eudemum?) nescio (f. 10ª med. Ven. 1536): *φασὶ τὸν Ἀριστοτέλην ἔπη τινὰ ἐκθέσθαι ἐπίτηδες κατά τινα ἀριθμὸν συμποσούμενα ἐν ἑτέρᾳ καὶ ἑτέρᾳ θέσει καὶ τάξει, ὧν ἑκάστη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τε ἤρχετο καὶ εἰς τὸ αὐτὸ κατέληγε· διὸ καὶ ἐγκύκλια ταῦτα ὠνόμασεν. οἷς ἡμεῖς μὲν οὐκ ἐνετύχομεν· εἰσὶ δ' οἳ περὶ τούτων ἱστόρησαν* (certe non Aspasius qui in scholiis ad h. l. cod. Paris. 1903 f. 9ᵇ extr. Ar. *προβλήματα ἐγκύκλια* intelligit). *ἐν ἐκείνοις* (ut coniicit Eustr.) *φησὶν* (Aristoteles scil. in hoc ethicorum loco) *εἰρῆσθαι περὶ εὐδαιμονίας καὶ εἰ ἔστι μακαρίζειν τινὰ ἐκ τῶν κατ' ἀρετὴν μόνων ἕξεων μηδὲν κατ' αὐτὰς ἐν βίῳ διαπραττόμενον. διὸ βραχύ τι περὶ τούτων εἰπὼν παρελήλυθε.*

1. 2. (612. 613)

hoc enim (cf. Strabo XIII p. 650 τόπος Λειμών), qui a grammaticis derivatur ab Asia Lydorum rege filio Cotyis (v. Orus in schol. min. ad Il. l. c., Etym. M. p. 153, 42. Etym. Gud. p. 83, 23. Eust. in Il. p. 254 idemque in Dionys. v. 620), orta est urbs illa quae numquam fuit Ἀσία juxta Tmolum in regione Sardiana (Sardium φυλὴ Ἀσιάς v. apud Herod. l. c.), de qua Stephanus Byz. s. Ἀσία: πόλις Λυδίας παρὰ τῷ Τμώλῳ, ἐν ᾗ (add. ἡ) τρίχορδος εὑρέθη κιθάρα. διὸ καὶ Ἀσία (scrib. διὸ καὶ Ἀσιάς. Ἀσία etc. cf. Naeke Choer. p. 115 et Meineke ad Steph. p. 130) ἡ ἤπειρος, οἱ μὲν ἀπὸ πόλεως Λυδίας, οἱ δὲ ἀπὸ Ἀσίου τοῦ Λυδοῦ ἢ ἐκ τῆς Προμηθέως γυναικὸς etc. (cf. Eust. in Dion. 620 p. 225 ed. Ox.) et in Etym. M. p. 153, 31, ubi ita: ἀσιάδος κρούματα: τῆς κιθάρας· οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου. ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. εἴρηται δὲ ὅτι ἐν Ἀσίᾳ τῇ πόλει τῆς Λυδίας κειμένῃ ἐν Τμώλῳ πρῶτον εὑρέθη. καὶ τὰς γοώδεις δὲ ᾠδὰς ὑπὸ Νιόβης καὶ τῶν Λυδῶν γυναικῶν εὑρεθείσας εἰς Ἕλληνας ἀχθῆναι· ὅθεν καὶ Λύδιος ὁ τρόπος μετωνομάσθη. copiis Homericis usus videtur Didymus in lexico comico ad vocem Ἀσιάς in Aristophane repertam (Thesm. 121, ubi scholia ex commentariis nihil retinent nisi haec: Ἀσιάδα δὲ τὴν κιθάραν λέγει. ita etiam appellat Eurip. Cyclop. 443 et poeta quidam apud Strab. X p. 471 κιθάραν Ἀσιᾶτιν. usum Aristophanicum tangit etiam Etym. M. l. c. et Suid. s. v.) eisque primum addidisse ea quae in altera glossae Seguer. parte atque ex alio lexico sumta leguntur inde ab explicatione Aristotelica (cf. Hesych. s. Ἀσιάς: ἡ κιθάρα διὰ τὸ ἐν Ἀσίᾳ εὑρῆσθαι. Schol. Apoll. Rh. 2, 777 p. 429, 16 Keil.: καὶ ἡ κιθάρα Ἀσιὰς λέγεται, ἐπεὶ ἐν Λυδίᾳ πρῶτον εὑρέθη, ubi male scribitur Ἀσία λέγεται). ubi si recte scripta essent auctorum nomina libri de musica (musico enim libro, non Lesbiorum vel Mytilenaeorum politiae, haec ascribenda esse locus Plutarcheus infra comparatus admonet) Aristoteli tributi auctor vel Duride Samio Theophrasti discipulo recentior fuisset, quod vix credendum. si corrupta sunt, ut statuit C. Müller (ad fr. 259), aut ita legendum est Δοῦρις δὲ Ἀριστοτέλη φησὶ λέγειν, aut quod mavult Müller, omnino alienum est Aristotelis nomen pro Aristocle positum (cf. in Fr. hist. IV p. 331 fragmenta operis περὶ χορῶν 7—12 ab uno Athenaeo servata). sed utut haec sunt, sive Aristotelis sunt verba sive Duridis Peripatetici (qui Pseudaristotelem citaverit ut politias Timaeus) sive utriusque (si quidem scribatur Δοῦριν δὲ καὶ Ἀριστοτέλη φασὶ λ.) sive Duridis ab Aristocle citati, ex antiqui certe Peripatetici de musica libro ea desumta esse e Plutarcho concluditur, qui ubi in libro de musica, cuius omnis fere ab Heraclide et ab Aristoxeno doctrina accepta est, de citharodia Terpan-

drica memorans eandem prorsus rem eodemque modo expressam refert ita (c. 6): *ἐποιήθη δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς κιθάρας πρῶτον κατὰ Κηπίωνα τὸν Τερπάνδρου μαθητήν, ἐκλήθη δὲ Ἀσιὰς διὰ τὸ κεχρῆσθαι τοὺς Λεσβίους αὐτῇ κιθαρῳδοὺς πρὸς τῇ Ἀσίᾳ κατοικοῦντας*, Heraclide Pontico uti videtur, cuius appellatur (c. 3) liber inscriptus *συναγωγὴ τῶν ἐν μουσικῇ* (*περὶ μουσικῆς* Diog. L.). huic enim libro historica illa omnia deberi in capp. 3—4 et 6—10 prolata, ex ipsa rerum continuitate scriptoris de citharodica poesi et aulodica uno tenore consilioque narrantis fontiumque antiquissimorum velut Glauci monumentorumque agonistici generis publicorum citandorum aequabili constantia sequitur. neque enim satis verisimile videtur ex ipsius Aristotelis de musica libro, quem postea demum Plutarchus adhibet (c. 23), Heraclideis haec (ut in cap. 3 ex Alexandro quaedam aliisque) interposita esse. cum Duride autem et de Amphione citharodiae inventore consentiebat Heraclides (Plut. c. 3 *Ἡρακλείδης δὲ . . . τὴν κιθαρῳδίαν καὶ τὴν κιθαρῳδικὴν ποίησιν πρῶτόν φησιν Ἀμφίονα ἐπινοῆσαι τὸν Διὸς καὶ Ἀντιόπης*. cf. Plin. n. h. 7, 57, 204. Etym. M. de cithara p. 513, 28 *ὁ δὲ Δοῦρις ἀπὸ Κιθαιρῶνός φησιν, ὅτι Ἀμφίων ἐκεῖσε ἐμουσικεύετο.* ceterum de Lydia harmonia in Graeciam illata ab Amphione vel a coniuge eius Niobe, de qua re Paus. 9, 5. Plin. l. c. Pindar. ap. Plut. de mus. 15, in ipso etiam Etym. M. loco supra citato de cithara Asiatica legitur p. 153, 35. de Tyrrheno vel Torrhebo cf. Dionys ap. Plut. de mus. 15 (*μέλη Τορρήβια* Steph. s. *Τόρρηβος*) et in universum de Lydorum instrumentis musicis et de Terpandro Athen. XIV p. 634 sq.).

D.

Falsa varia.

Achilleus Tatius in libro *περὶ τοῦ παντός* (vel *περὶ σφαίρας*, sicut habet Suidas s. *Ἀχ.* id est de sphaera Aratea: hic enim verus titulus est eclogarum quas e cod. Laur. 28, 44 Petr. Victorius Flor. 1567 cum Hipparcho edidit sic inscriptas: *ἐκ τῶν Ἀχιλλέως πρὸς εἰσαγωγὴν εἰς τὰ Ἀράτου φαινόμενα περὶ τοῦ παντός* p. 81—106. alteram enim eclogarum seriem p. 112 sqq. et commentarii cuiusdam Aratei principium p. 107—11 ex codice Romano is addidit, de quo loquitur in praef.), ubi ad Aratum respiciens philosophorum de mundo sententias breviter exhibet, in cap. *περὶ ἀνέμων* haec habet (p. 102): *καὶ τοὺς μὲν ἐκ νεφῶν λέγουσιν εἶναι ἀνέμους καὶ καλεῖσθαι ἐκνεφίας, τοὺς δὲ ἀπὸ γῆς φερομένους*

ἀπογείους (Pseudarist. de mundo c. 4 p. 394^{b}14 cf. Ar. meteor. 2, 5. 363, 1), *τοὺς δὲ ἀπὸ ποταμῶν ἐνυδρίας* (corr. *ἐξυδρίας*, ut in l. de mundo 394^{b}19), *τοὺς δὲ ἀπὸ κόλπων κολπίας* (*ἐγκολπίας* l. de mundo 394^{b}15), *ἀπὸ δὲ ὀρῶν ὀρίας* (sic) *ἢ ὀρεστίας. καὶ γὰρ παρὰ Ἀριστοτέλει ἐν τῷ περὶ ἀνέμων καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ* (fr. 35 Bentl.) *οὕτως ὀνομάζονται. ὥστε καὶ ἀπὸ τόπων τινῶν φασί τινας λέγεσθαι, οἷον Καικίαν τὸν ἀπὸ Καίκου* (ed. *Κάϊος*) *ποταμοῦ πνέοντα καὶ Σκείρωνα τὸν ἀπὸ Σκειρωνίδων πετρῶν* (cf. Ar. vel Theophr. *π. σημείων* fr. p. 973^{b}19 Bekk.)... *ἐπραγματεύσατο δὲ περὶ ἀνέμων καὶ Ἐρατοσθένης* etc.

quae etsi non nisi *ἐκνεφίαι* apud Theophrastum occurrant, — reliqua enim ventorum nomina poetae Callimacho concedenda sunt —, tamen ad Theophrastum sine dubio pertinent eiusque librum *περὶ ἀνέμων*, non ad Aristotelem. nam si apud Strabonem etiam inter claros de ventis auctores Aristotelem censeri opponas (I p. 29: *φησὶ δὲ Ποσειδώνιος μηδένα οὕτως παραδεδωκέναι τοὺς ἀνέμους τῶν γνωρίμων περὶ ταῦτα, οἷον Ἀριστοτέλη, Τιμοσθένη, Βίωνα τὸν ἀστρολόγον*), dicendum est ad eas res spectare geographum quae Theophrasti monobiblum *τὰ κατὰ μέρος προβλήματα* (cf. Th. c. 1. Arist. p. 363, 24) tractantem praecedant, id est ad locum de numero et situ ventorum in meteorologicis explicatum (Arist. meteor. 2, 6: unde celebrem duodecim ventorum numerum efficiebant posteriores). nisi forte quum plurima quae in cap. illo de ventis Achilles affert, cum Aristotele pseudonymo de mundo libri auctore (p. 394^b sq. qui Callimachi aequalis fuit sec. Rosam de Ar. libris p. 97, apud quem p. 99 deleas verba v. 30—34: *Accedit ultimum ... usus est.* neque enim mirabilium Arist. auctor libro de mundo usus est, sed appendicis auctor multo recentior) plane conspirent, statuendum erit ad Aristotelis male nomen vel a librario vel ab auctore alius cuiusdam scriptoris copias describente libri titulum adiectum esse qui pertineret ad Callimachum (cf. Suid. s. *Καλλίμαχος*).

15.

Proclus in Tim. (25^b) p. 56^a Bas. (p. 129 Schneider.): *ἀλλὰ μὴν ἡ ἡμετέρα οἰκουμένη πολλὴν ἐπιδείκνυται τὴν ἀνωμαλίαν εἰσοχαῖς καὶ ἐξοχαῖς. ἔστιν ἄρα ἀλλαχοῦ τῆς γῆς πεδία τε ἀνηπλωμένα καὶ εἰς ὕψος ἐκτεινομένη διάστασις. καὶ γὰρ Ἡρακλέα λόγος διὰ πολλῆς ἀβάτου χώρας διαπορευθέντα εἰς τὸ Ἀτλάντιον ὄρος ἀπελθεῖν, οὗ τὸ μέγεθος ἱστόρησαν οἱ τὰ Αἰθιοπικὰ γράψαντες ὥστε αὐτοῦ ψαύειν* (p. 56^b) *τοῦ αἰθέρος καὶ τὴν σκιὰν ἐκπέμπειν μέχρι σταδίων πεντακισχιλίων· ἀπὸ γὰρ ἐνάτης ὥρας ἡμερινῆς ὑπ' αὐτοῦ κρύπτεσθαι τὸν ἥλιον μέχρι τε-*

λέας καταδύσεως. καὶ οὐδέν γε θαυμαστόν· καὶ γὰρ ὁ Ἄθως τὸ Μακεδονικὸν ὄρος ἐκπέμπει μέχρι Λήμνου τὴν σκιὰν ἑπτακοσίοις σταδίοις διεστώσης, καὶ οὐ τὸν Ἄτλαντα μόνον τὸ ὄρος τηλικοῦτον ἱστόρησε Μάρκελλος ὁ τὴν Αἰθιοπικὴν γράψας ἱστορίαν, ἀλλὰ καὶ Πτολεμαῖος τὰ Σεληναῖα ὄρη τὸ ὕψος ἄπλετον ἔχειν φησί, καὶ Ἀριστοτέλης (corr. Ἀριστόβουλος. cf. Arrian. Alex. 3, 28, 5) τὸν Καύκασον τὸ τρίτον μετὰ δυσμὰς καὶ τὸ τρίτον πρὸ τῶν ἀνατολῶν μέρος τῆς νυκτὸς ὑπὸ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων καταυγάζεσθαι. καὶ εἴ τις ἀποβλέποι πρὸς τὸ ὅλον μέγεθος τῆς γῆς . . .

16.

Sept. Byz. s. *Γέρμαρα* (*Γέρμερα* codd. Rehdig. Voss. *an Γερμέραι?* Mein. *Γέρμανα, Γερμανοί* L. Diefenbach orig. Europ. p. 190 cf. 132). *Κελτικῆς ἔθνος, ὃ τὴν ἡμέραν οὐ βλέπει, ὡς Ἀριστοτέλης περὶ θαυμασίων· τοὺς δὲ Λωτοφάγους καθεύδειν ἑξάμηνον.*

Quum multis locis et mirabilia Aristotelis et politiae apud Stephanum citentur, hoc unum fragmentum nunc non reperitur. quod si quidem in mirabilibus Aristotelis revera Stephani aetate illud legebatur neque ad Aristotelis auctoris nomen Stephani quodam errore testimonia confundentis male translatum est, ex Aristotelis *νομίμοις βαρβαρικοῖς* (cf. fr. 3. Plin. 7, 2) ab eo desumtum fuerit qui *θαυμάσια* illa ex variorum auctorum libris excerpta redegit.

17.

Io. Philoponus de creat. mundi IV, 5 (p. 152 ed. Balth. Corderius. Viennae Austr. 1630): *τῶν γεγραφότων τὰς περιόδους τῆς γῆς οἱ μὲν ᾠήθησαν τὸν ὠκεανὸν κύκλῳ περιστρέφειν τὴν γῆν ἅπασαν οἷόν τινα νῆσον αὐτὴν ἐγκολπισάμενον, πλανηθέντες, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, ἐκ τοῦ μὴ καλῶς ἀκοῦσαι τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἐξ ὠκεανοῦ τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν καὶ εἰς αὐτὸν δύσειν ποιούσης.*

Haec quanquam causa erroris ex Homero repetita nunquam ita apud Aristotelem legatur (cf. Rose de Ar. l. p. 98), tamen spectare possunt ad ipsa Aristotelis meteorologica quae in eodem argumento paulo post citantur de mari Caspio (p. 155 = meteor. p. 354, 2), ab ipso fortasse Philopono memoriter citante suppleta (cf. meteor. p. 347, 6. 362ᵇ12. de coelo p. 298, 10).

18.

Io. Tzetzae exeg. in Iliad. p. 70 Herm. (ex cod. Lips. ed. post Draconem Lips. 1812. ed. Bachmann. p. 788, 32) ad α, 9 *Λητοῦς καὶ Διός*

υἱός ... ὁποίαν τινὰ τὴν Λητὼ νομίζουσιν Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων οὐκ ἴσημι. Πλάτων μὲν γὰρ (Cratyl. p. 406[a]) *ἐκ τοῦ λήθω τὸ λανθάνω ταύτην ἠτυμολόγηκε, πραεῖαν εἶναι λέγων αὐτὴν καὶ πάντας οἰκτείρουσαν· Ἀριστοτέλης δὲ πάλιν φησὶ παρὰ τὸ λῶ τὸ θέλω· ὃ γὰρ ἄν τις θελήσειε, παρὰ ταύτης εὑρήσει. τοῦτο δ' ἀκριβῶς ἴσημι ὅτι τριχῶς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἑνὸς ἑκάστου τῶν θεῶν ὄνομα ἐκλαμβάνεται, στοιχειακῶς πραγματικῶς τε καὶ ψυχικῶς.*

Hic Aristotelis quidem nomen tueri videtur Platonis comparatio. cf. etiam sch. p. 126: *πολλοὶ τῆς Ὁμηρικῆς ἐτυμολογίας ἐπεμελήθησαν* (cf. p. 3) *Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης* (*ἀριστο* ... cod.) *οἱ φιλόσοφοι, Σωρανός, Ἡρωδιανός, Φιλόξενος, Ἀπ(ίων), Τυραννίων, Ἀρίσταρχος, Ζηνόδοτος, Φιλητᾶς, Σαπφὼ καὶ ἕτεροι.*

19.

Eustath. in Iliad. *γ* p. 414 Rom.: *ὡς δὲ καὶ ζωογόνος ὁ ἀλληγορικὸς Ζεὺς δηλοῖ Ἀριστοτέλης* (?) *ἐν τῇ αὐτοῦ ῥητορικῇ λέγων ὅτι Ἀφροδίτη ὡς ἄρχουσα ἀφροσύνης καὶ Ζεὺς ὡς ζωῆς αἴτιος ὤν.*

Haec quo errore nitantur nescio.

20.

Nicetae schol. in Gregor. Naz. or. 20 (id est ad or. funebr. in Basil., quae 43 numeratur in ed. Benedictinor. Par. 1778 t. I, ubi p. 818[a] septem orbis miracula memorantur), quod excerptum ex cod. Augustano (nunc Monac. 368, ut coniicio v. Hardt. catal. codd. Graec. bibl. Monac. ubi saepius occurrunt orationes XVI Gregorii Naz. cum Nicetae commentariis) David Hoeschel operum Philonis editioni addidit (Par. 1640 p. 1198. cf. not. in fine: *locum vero Nicetae de VII miraculis mundi ex membranis bibliothecae Augustanae transscripsimus.* latine idem legitur in Nicetae commentariis a Iac. Billio excerptis apud Gregor. Naz. opp. t. II ed. Paris. 1611 p. 783[a]. Nicetam citavit etiam Leo Allatius in notis ad Philonis Byz. opusc. de septem orbis spectaculis ed. Rom. 1640 p. 66. idem scholium ope Cyriaci Anconitani non quidem Graece compositum, ut ait Morellius, verum Latine versum in codicibus quibusdam Italicis cum textu graeco exhibetur. de qua re corrigas Morellium in bibl. ms. Ven. Bassani 1802 p. 391):

πέμπτον ὁ ἐν Ῥόδῳ κολοσσός (ol. 122—25, cf. O. Müller, Archaeologie §. 155, 1), *εἴδωλον Ἀπόλλωνος πάντων μέγιστον· τινὲς δέ φασι κίονα εἶναι τοῦτον χαλκοῦν παμμεγέθη ὑψηλὸν πηχῶν κατ' Ἀριστοτέλη* $\overline{\chi}$ (*πηχέων ἑβδομήκοντα* Philo Byzant. in l. c. cum Strabone cete-

risque. *centum triginta sex pedum* Anonymi fr. de VII mundi miraculis in Bedae opp. ed. Col. 1612 t. I p. 400).

Numerum non fabulose auctum, immo errore corruptum esse docet simile scholium alterum quod ad eandem Gregorii orationem in margine codicis Taurinensis (Pasini, Codd. mss. bibl. Taurin. t. I p. 73) legitur *περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων*, in quo sic: *ὁ ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸς πηχῶν ξ̄. χαλκοῦ, ὃς ἐκτήκει* (sic) *ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος, κατὰ Ἀριστοτέλην πηχῶν ιθ̄.*

21.

Georg. Cedrenus p. 427 (p. 747 ed. Bonn.): *προσμαρτυρεῖ δὲ τούτοις* (eis scil. quae de fertilitate terrae sanctae Israelitis praedicavit Moses) *καὶ ὁ σοφώτατος Ἀριστοτέλης λέγων «καὶ γὰρ πολυάνθρωπός ἐστιν ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας καὶ παντοίοις καρποῖς εὐθηνοῦσα ἀμπέλων τε καὶ ἀκροδρύων καὶ φοινίκων πλῆθος ἄπλετον καὶ κτήνη πάμπολλα καὶ διάφορα καὶ δαψιλὴς ἡ τούτων νομὴ δι᾽ ὅλου τοῦ χρόνου γίνεται διὰ τὴν πολλὴν εὐκρασίαν τῆς γῆς καὶ πιότητα· πολὺ δὲ πλῆθος καὶ τῶν ἀρωμάτων καὶ λίθων πολυτελῶν καὶ χρυσοῦ παρακομιζομένου διὰ τῶν Ἀράβων.»*

Sequitur apud Cedrenum similis plane Iosephi locus. hunc ipsum fortasse imitatus fuit auctor libri illius, quem Christiani hominis foetum Byzantinum fuisse patet Aristotelis nomine inscriptum, quales libri multi sec. VI et VII apud Graecos et deinde apud Syros Arabesque circumferebantur.

22.

Speculum sapientie beati Cirilli episcopi alias quadripartitus apologieticus vocatus. s. l. e. a. 4. (Hain 5904) = Apologi morales S. Cyrilli ex antiquo m. s. codice nunc primum (!) ed. per B. Corderium. Vienn. 1630. 12 (cf. cod. Berol. lat. qu. 254 scr. a. 1461, cuius hic est titulus f. 42: *quadripertitus apologeticus beati Cirilli episcopi de quatuor virtutibus cardinalibus.* idem opus extat etiam in cod. Berol. lat. fol. 395 chart. sec. XV, ubi sine nomine auctoris in indice f. 1 simpliciter indicatur *Incipiunt rubrice primi libri quadripertiti*, item *secundi — tertii — quarti*: at in fine totius operis f. 50^b veri tituli reliquiae habentur et auctoris nomen a librariis corruptum: *Expliciunt quatuor libri quadripertiti ipsius gwidrini. etc.*).

In hoc fabulorum libro (cuius auctor medii aevi Latinus, qui pro antiquo illo Cyrillo episcopo temere acceptus est, in codice quodam dici-

tur *Cyrillus de Qwidenon*, sicut refert Dobrowsky, Gesch. der böhmischen Sprache und Litteratur. 2. Ausg. Prag 1818 p. 295) hic est prologus: *Secundum Aristotilis sententiam in probleumatibus suis, quanquam in exemplis in addiscendo* (sic cod. Berol. 2, vulgo *ascendendo*) *gaudeant omnes, in disciplinis tamen moralibus hoc amplius placet, quoniam structura morum imagine picta rerum similitudinibus palacium virtutis ostendit* (*sub imagine picta paulatim ostenditur* Berol. 2), *eo quod ex naturalibus animalium moribus et proprietatibus rerum quasi de vivis imaginibus humane vite qualitas exemplatur. totus enim mundus visibilis est scola et rationibus sapientie plena sunt omnia. propter hoc, fili karissime, informativa iuventutis tue documenta moralia ... trademus* etc.

Haec ita leguntur in textu antiquo, longe aliter autem in Corderii editione vel potius recensione, quae totum sermonem pro medii aevi ratione difficilem et impeditum libere mutavit novavitque. ceterum neque in antiquis Graecisque Aristotelis problematis eius modi quidquam reperitur, neque in latinis illis, quae quum ex Aristotele aliisque medio aevo collecta essent, sub hoc titulo *Probleumata Aristotelis* saepius seculo XV edita feruntur.

ANECDOTA ARISTOTELICA.

I. Ἀριστοτέλους περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως (latine).
II. Ἀριστοτέλους νόμοι ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς (latine).
III. Ἀριστοτέλους προβλήματα (Bambergensia, latine).
IV. Ἀριστοτέλους διαιρέσεις.
V. Ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους φυσιογνωμονικῶν.

I.

Aristotelis qui ferebatur liber *περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως* seculo quo maxime interpretum medii aevi studia florerent decimo tertio ex Graeco exemplari postea deperdito in Latinum sermonem conversus est. quam incerti auctoris (fortasse Bartholomaei de Messana, inter cuius versiones regi Mainfredo scriptas haec etiam, licet sine subscriptione, habetur in cod. Patavino S. Antonii 370) versionem in multis operum Aristotelis Latine factorum codicibus manuscriptis etiam nunc comprehensam iam novit Rogerus Bacon (cf. Rose de Ar. l. p. 62) atque adeo commentario ad ceterorum Aristotelicorum istius aevi modum instituto illustravit anno 1308 (qui idem super medicos auctores varios, Hippocratem, Galenum, Theophilum, Iohannicium scripta multa vel *glosas* edidit, cf. e. g. cod. Amplon. qu. 175 et qu. 178) magister Bartholomaeus de Brugis, cuius infra utpote unici [qui quidem existat: ipse enim aliorum expositorum de hoc libello opiniones commemorat. qualis fuit Engelbertus Admontensis († 1327), qui ipse in epistola de studiis suis ad Ulricum scholasticum Viennensem memorat *super librum de inundatione Nili unum scriptum* quod incipit *Post librum Aristotelis.* v. Pez, thes. anecd. I, 429. bibl. ascet. t. III praef. — cf. etiam cod. Trecens. (Troyes) no. 1374] specimina subiicio. eiusdem autem licet seculo XV typis ter edita fuerit (vid. Hain s. 1659. 1682. 1786), adeo deinceps memoria obliterata est, ut quum virorum doctorum inde a seculo XVI ad hunc usque diem notitiam fugeret (cf. e. gr. Marci Friderici Wendelini, qui veterum recentiorumque de Nilo testimonia diligentissime collegit, *Admiranda Nili.* Frf. 1632. 8. item Wesseling in editione Herodoti Amstelod. 1763 p. 788, Chr. Meiners cuius dissertatio habetur inscripta *Kurze Geschichte des Nils* in: Vermischte philosophische Schriften t. I Lpz. 1775 p. 180—191, Ukert Geogr. der Griechen u. Römer II, 1. Weimar 1821 p. 46, geographorum denique recentiorum opera omnium et inter novissimos Felix Robiou, La question des sources du Nil dans l'antiquité, in: Nouv. annales des voyages 1861 t. I p. 303 sqq. neque enim in censum veniunt nec bibliographi, velut Hain, neque qui bibliographorum notitiam recolunt,

velut Buhle in diss. de libris Arist. deperditis p. 127, quid momenti res habeat aeque ignorantes. cf. Nouv. biogr. gén. t. III Par. 1855 s. v. Aristote p. 224: *Nous devons regretter la perte du livre Sur la crue du Nil*), quamvis edita sit, inedita merito dicatur.

Ego textum tumultuaria typographi male legentis opera valde erro ribus inquinatum ex Aristotelis operum editione latina principe (Ven. 1496. cf. Hain 1659) olim Lipsiae in bibliotheca Paulina descriptum (11. Dec. 1854) cum quatuor deinde bibliothecarum Germanicarum codicibus membranaceis partim sec. XIII, partim sec. XIV belle scriptis contuli Lipsiae (17 Dec. 1854), Gothae (21 Dec.), Erfurti (22 Dec.), et anno sequente Norimbergae (1 Oct. 1855). quorum numerum quum postea et in Gallia et in Italia aliorum multorum inutili comparatione possem augere, tempori parcere malui. itaque haec adhibui exemplaria:

1. Lipsiense (bibl. Paulin. 1395) sec. 13: inter physica Aristotelis opera.

2. Gothanum (fol. 124) sec. 14: inter physica item Aristotelis opera.

3. Erfurtense (bibl. Amplon. qu. 15) sec. 14: inter physica quaedam Aristotelis et aliorum medii aevi scriptorum opuscula.

4. Norimbergense (centur. IV, 1) sec. 13/14: post physica Aristotelis opera.

quorum qui meliorem lectionem praebent sunt codex Gothanus et praecipue Amplonianus, qui et in primae manus textu et in duplici correctione (3a sec. XIV et 3b sec. XV) scribam prodit cautum reique conscium, simul tamen propter emendandi quoddam studium fere incertum. contra Lipsiensis et magis etiam Norimbergensis scribarum negligentium errore ita corrupti sunt, ut quum reliquorum lectiones ubicunque a textu recedunt in margine adscripserim, Norimbergensis non nisi eas commemoraverim quae cum reliquorum uno saltem convenirent. praeterea adhibui (Oct. 1856) qui bonam et ipsi lectionem praebent Parisienses duos, quorum tamen alter mutilus est primaque libelli parte caret (5), alter in quibusdam tantum locis singulis a me inspectus est (6):

5. Paris. (antiq. 478) sec. 13: cum opusculis quibusdam Aristotelis physicis, quorum quod praecedit *de causis proprietatum elementorum* eadem manu anno 1286 scriptum est.

6. Paris. (St. Victor. 30) sec. 14: Ar. opp. physica.

Incipit liber Aristotilis de inundacione Nili.

Propter quid aliis fluminibus in hyeme quidem augmentatis, in estate autem multo factis minoribus, solus eorum qui in mare fluunt, multum estate excedit fitque tantus ut civitates solae supersint velut insulae? crescit autem a versionibus estivalibus qualibet die et rursum abscedit. exundat autem per labia fluminis aqua et non sicut quidam aiunt super terram, verumptamen iuxta ipsum fluvium putei apparent. circa quidem ipsum igitur sunt accidentia talia, causam autem sumat quis sic quaerens. necesse enim aut estate ipsi advenire aliunde aquam, aut hyeme auferri, videlicet desursum a sole attractam: hic enim manifeste hoc facit, aut in terra desiccatam. per eam quidem igitur que in hyeme ablationem sic utique in estate fiet maior, per appositionem autem hoc modo. aut enim propria supernatante propter obstructionem, velut etiam accidit canalibus: si enim aliquis intercipiat, fluens congregatum excrescet ad alta. aut aliena superveniente: hoc autem utique fiet, si fontes plenissimi fiant aliunde adsupernatante aqua, apponantur autem utique aut liquescente aliquo aut pluente.

Modi quidem igitur tales et tanti, per quos utique crescet fluvius solus. horum autem qui quidem existunt dicti prius a dubitantibus de ipso, hos nos dicemus.

Tales qui de ameo Milesius a ventis annualibus repulsum inquit fluvium inundare. crescit enim si illi flant et e regione fluit ipsorum. accidit autem contrarium. supernatat enim admodicum desubtus, prin-

---

Incipit liber ar. de inundacione fluviorum sive nyli (1). *De inundatione fluvii vel nili* 4 (in indice opp.). *Inc. libellus de fluxu sive inundacione nyli Aristotilis* (3). *Inc. l. de inundacione* (2). *Inc. liber de nilo* (ed.).

1) *quid: quid autem* 3. 3) *multum: nylus* 3. *fitque: sitque* 4. *sic que* 1. 4) *a versionibus: ab aversionibus* 1. *qualibet*: om. ed. 5) *fluminis: fluctuitus* 1. *non:* om. ed. *quidam*: om. ed., add. 3 et 2 (qui habet *que*). 6) *super: supra* 3. *apparent:* sic 3, cett. *apponunt, opponunt* 4. 7) *quidem* om. 3. 4. *quidem ipsum: ipsum quidem* ed. *sunt:* om. 2. 4. 8) *enim: autem* ed., pr. m. 3. *aliunde: alicundum* 2. *aliquando* 1. 10) *terra: terram* 3. 4. *quidem:* om. 3. 12) *propter obstructionem velut:* om. 2. 14) *excrescet:* ita 3, *-cit* ed. etc. *aliena: linea* ed. 15) *fiant: fiunt* 3. *adsupernatante aqua*: ita scripsi. ' *desuper natantem aquam* ed. *super n. a.* 4. *ad supernatantem aquam* 3. 6. *ad supernatantem aquam apponantur. apponantur autem utique* etc. 1. 2. 17) *crescet: -cit* 2 *(-cens* 4*)*. 18) *autem:* om. 2. 19) *hos: hoc* ed. 20) *qui de ameo:* ita ed. et codd. *qui ameo* 3 (ὁ Ἐξαμίου). *annualibus: animalibus* ed. (item in seqq.) 21) *et e regione: et regione* 1 et pr. m. 3.

cipium autem repletionis videtur deorsum. adhuc idem alios oportebat pati magis fluvios, qui ex opposito fluunt ipsis magis, et minores existentes faciles sunt cogi a ventis. frequenter autem et annuales nunc flant, fluvius autem non videtur idem faciens.

Dyogenes autem nakhitemius Apolloniates fontibus ait addi aquam attrahente terra propter arefieri a sole in estate. natum esse enim indigens trahere ex propinquo. accidit autem et huic unum quidem, quia frigidissimi estate quod secundum terram est, trahit autem omne calidum existens et quando utique maxime fuerit calidum. adhuc autem, quia alios oportebat fluvios eos qui in Libia idem facere. non enim singulariter solum illius desiccat fontes.

Anaxagoras autem Egisiboli Clasomenius propter liquefieri nivem estate repleri fluvium ait. contingit quidem enim sic augeri, quemadmodum diximus, sed multitudo inproportionata facta in excrescentia fluvii. multum enim superexcedit quam ut verisimile a nive liquefacta: et multa enim modica fit aqua, Nilus autem multam superinfundit regionem et profundum iam aliquando etiam super triginta cubitos fuit. adhuc autem neque locus videtur, talis puta, unde possibile sit ipsum fluere a nive: Ethyopia enim et Libia inhabitabiles propter estum, ex Asia autem non contingit ipsum fluere. Sythonis enim lacus apud mare est illud quod est iuxta Syriam, huius autem et rubri quod intermedium mille stadia sunt. rubrum quidem mare aiunt quidam coniungi ad id quod extra: ab hoc quidem non videtur fluens, ab hoc autem immanifestum si possibile. nullum enim audivimus dignum fide nondum de rubro mari, utrum ipsum per se ipsum est aut coniungitur ad id quod extra Eracleas columpnas. deceptus est autem et rex Artaxer-

---

25) *et:* om. 1. *nunc:* ita 3 ex corr., pr. m. 3 et cett. cum ed. *non.* 27) *nakhitemius:* ita 2 (et 4), *nachitemus* 3, *nakhytēnus* ed., *nakhitenus* 6, *valʒhithetimus* 1 (Ἀπολλοθέμιδος). 28) *propter:* ita 3, cett. cum ed. *potest.* 30) *frigidissimi:* ita omnes. 31) *adhuc: ad hoc* 1. 32) *non: nos* 1. 33) *solum:* corr. *sol?* *solum illius:* om. 1. 34) *egisiboli:* ita ed. 2. 6. 3. *eligibili* 1 (Ἡγησιβούλου). *propter:* ita 3. *post* 1. *potest* ed. cum cett. codd. 35) *repleri:* ita 3, *repletum* ed. 4. 6. *repleti uʒ* 2. *estate in fluvium repleti ait* 1. *enim: autem* 2. *sic: fit* 1. 36) *sed: si* 1. 37) *quam: aqua* 4. 39) *etiam: et* 1. 3. 40) *fuit: sint* 1. *fluit* 3. *autem:* om. 3. *neque:* om. 2. *videtur:* ita 3. *audetur* ed. et codd. cett. *(auditur?)* 41) *et libia:* om. 1. 42) *asia: alia* 2. *Sythonis:* ita ed. 4. 6. *Sytonis* 1. 2. 3. (Σερβωνίς s. Σιρβωνίς). *enim: autem* 2. 43) *huius: huius modi* ed. *autem*: om. 1. 44) *stadia: studia* 1. 45) *quod extra: quod est extra* 3. 47) *ipsum per se:* om. 1. 48) *Artaxerxes: arthaxarxes* 1. 2. 3. 6. *archaxarxes* ed. (*atarxases* 4).

xes okhos cognominatus, quando super Egyptum debebat militare. conatus est enim avertere Indorum fluvium tamquam existentem eundem, audiens quia cocodrillos habet quemadmodum Nilus. mittens autem ad vocatos Onifalos audivit, quia fluit fluvius in rubrum mare, et cessavit a conatu. iterum persuasum est dicentibus Indis, quia fluvius alter esset ad illas partes Indie fluens ex monte vocato Aleto, ex quo quidem Indus. hunc autem dicebant habere cocodrillos et circumfluere exterius rubrum mare, sive veraces sint hoc dicentes sive mentientes. verumptamen rex dicebat conari hunc avertere, sed ipsum prohibuerunt, quoniam ad curam hanc miserant, dicentes quia maiorem destruit regionem quam accipit dominans Egypciis. de principio quidem unde existat fluens Nilus et de rubro mari hoc modo, aut secundum quem Athinagoras dicebat Arimnisti. ille enim inquit unum esse mare quod rubrum et quod extra Eracleas columpnas, nichil dignum ad confirmandum ad regem dicens. totum autem manifestum quod siquidem ex hoc monte fluit liquefacta nive, subcontraria multa fierent hiis quam nunc accidunt circa ipsum. mons enim iste intermedius Ethyopum et Indorum distat itinere quinque mensium, ut aiunt. differt eciam quantum differt fluxus longus aut brevis: fluentium enim de prope primum pervenit fluxus plurimus, in fine autem minor atque deficiens. eorum autem qui a longe, primo quidem minus, in fine autem copiosissimum, quemadmodum et in ventis. propter quod proverbialiter lo-

---

49) *okhos: obkhos* 6. *okhoc* 2 *(oklos* 4*). cognominatus: regnominatus* 1. 50) *avertere: aūtē* 1. 3. *airertem* ed. 2. *arertem* 6. *arrertem* 4. itaque librariis nomen proprium latere visum est diversum ab Indo *(avertere airertem indorum fluvium?). indorum: nidorum* ed. 4. 6. 51) *nilus: in hiis* 4. *in hos* pr. m. 3. *mittens: mitentes* ed. *mittentes* 3. *ad vocatos: advocatos* ed. codd. 52) *onifalos:* ita 3. *ouifalos* ed. 4. *omfalos* 1. 2. 6. *quia: quod* 1. 54) *aleto:* ita 2. 4. 6. *(ex niduce vocato) aieto* 2. *axeto* 3. *alete* ed. 57) *dicebat:* ita 2. pr. m. 3. *debebat* ed. et codd. cett. (item corr. 3a). 58) *quoniam: quam* 3, sed ,*quoniam*' corr. 3a. *curam: causam (cām)* 3, sed corr. 3b *curam. destruit: destruxit* 4. 59) *accipit: accepit* 1. *egypciis: ègyptus* 3. 4. 60) *et: aut* 3. *aut: autem* 1. 61) *quem: quod* ed. *quoniam (qm̄)* 4. *quam* 3a sed om. pr. m. 3, ubi: *secundum achinagoram armi...ei. athinagoras: attimagoras* 6. *arimnisti:* ita 2. *arminisci,* ed. (et 4: *arminisoi*). *armisti* 1. 3. *arimensa* 6. 62) *rubrum: rubeum* 1. 63) *dicens:* ita scripsi. ed. et codd. *dicentem (dicente* 6*). autem: enim* 1. 64) *liquefacta:* om. 1. 65) *accidunt: accident* ed. 66) *differt: dr̄et* 3. 67) *differt (dr̄t): dicit* 1. *fluxus: fluens* 1. hinc incipit cod. 5. *fluentium: fluentum* 1. 68) *primum: principium* 5. *atque: et* 5. 69) *qui:* ita 3, *que* cett. 70) *in ventis: viventis* ed. 2. *quod: quod et* 4. *loquentes:* om. 1.

quentes dicimus «inchoante autem austro et desinente borea». qui quidem enim auster quia a longe pervenit ad nos, primo debilis flat, magnus autem fit consumens, boreas autem contrarium propter habitatum locum supponi ad boream. Nilus autem venit primo maximus, postremo autem minoratus et deficiens. adhuc autem conventibus mensium magis fluit et deficiente luna magis quam stante et panselinis. oportebat autem contrarium: plenilunio enim congelata tabescunt. et ventorum quando boree obtinent, sed non quando nothi: quamvis liquefaciat quidem borea nunc magis nothus. eadem autem dicere congruit et ad dicentes ab Eracleis columpnis fluere. Promathus enim Samius ex Argenti monte, unde et Cremetis, liquefacta nive. adhuc enim per amplius spacium fieri fluxum: per totam enim Libiam ipsum fluere inquit.

De causa quidem igitur, propter quam Anaxagoras ait effluere Nilum, tanta dicta sunt. reliquum autem modorum eos qui non habent raciones verisimiles posterius dicemus. ·sunt autem quidam qui aiunt augeri fluvium propter annuales, fontibus incidente eo quod extra mari. hii autem, calidiores existentes fontes per estatem superfluere accedente sole ad ursam: magis enim fervore fluere aquam quam frigore. quorum utrumque mediocri dignum est consideratione. qui quidem enim propter annuales, videntur solvi eisdem racionibus, quas quidem et prius diximus, et quod per totam Libiam fluens idem facere

---

71) *dicimus: dicentes* ed. 72) *auster:* ita 3 (*austri* 3a, sed rursus *auster* 3b). *austri* 1. 5. *avari* ed. 6. *a longe:* ita 3. 5. ed. et codd. *a longo. primo: principio* 5. *flat:* ita 3. 4. 5. *fiat* ed. 1. 2. 73) *fit:* sic ed. *consumens: consummans* 5 (λήγων). 74) *locum:* om. 1. *supponi: sub pōtu* 3. *venit: provenit* 1. 75) *conventibus mensium: cumuentibus mensura* 1. *cum ventis mensium* 3. 76) *magis:* om. 5. *panselinis: panselmis* 2. *panselnis* ed. *pa...* 3, sed corr. 3a: *paeniluniis* (l superscr.), et 3b in marg. *panselenis.* 78) *quamvis: licet* 3. 80) *ad dicentes: addicentes* ed. *addiscentes* 1. *ab: et* 2. *Promathus: promatus* 3. *mathus* 6 (hoc igitur teste usus est ipse Ar. meteor. 1, 13. 350^{b}12—14). 81) *Samius: samnis* 6. *saninis* 5. *(Promathus aut) sartanti* 2. *Argenti: argonti* ed. *organti* 2. *argēo* 3 (3a: *sarracis et e gargonti). Cremetis: (servet) crernetis* 2. *cremtis* 1. (Χρεμέτης Ar. l. c.) 82) *ipsum:* om. 3. 84) *quidem:* om. 3. 4. *propter quam Anaxagoras: propter anaxagoram* ed. *ait: aut* ed. 87) *annuales: annales* 5 (item infra. *animales* ed. ut semper). 88) *mari: mare* 3. 5. *calidiores:* om. 1. *fontes:* om. 2. 89) *fervore fluere aquam quam frigore:* ita scripsi. *fervere (fluere* 3*) aquam quam frigore (frigere* 5*)* ed. et codd. 90) *mediocri: mediocriter* 3. 91) *propter:* om. 2. 3. 4. *videntur solvi eisdem: videtur solī eisdem* ed. *videtur sol in eisdem* 2. 5 *(sol in eis* 4*). v̄nr (videntur) eisdem* 3.

consuevit fluvius. quod autem tantam sumat addicionem aqua propter fervorem, irrationabile totaliter, quia non plus facit propter fervere secundum tumorem maiorem eiusdem multitudinis.

Nicagoras autem Ciprius ait ipsum fluere amplius estate eo, quod fontes habeat ex terra ad illam partem, in qua hyems est, quando fuerit apud nos estas. non plane autem hoc determinat. videtur autem nichil negociatus esse circa hoc quod dicitur: simul enim nobis estas fit et hyems in altera zona habitantibus, intermedium autem inhabitabile est quod tropici incidunt de terra. est enim una quidem pars hec, altera autem quam semper manifestus circulus et quam semper immanifestus determinant. media autem horum et tropicorum habitari contingit in circuitu terre: sola autem que intermedia est, solis transitus existens, duarum zonarum magnitudo. due enim decisiones sunt, que autem habitatur una. accidit igitur pertransire fluentem duplo tantam regionem latitudinis habitate et per inhabitabilem propter excessum ardoris. itaque si neque stet in circuitu maris Libie, sed continuus progressus tam interminatam pertransit latitudinem, propter quod quidem et a nive dicentibus fluere accidit, et sic dicentibus impossibile.

Restant autem tres adhuc modi dictorum, secundum quos contingimus annuis augeri. in hyeme enim ablata que inerat aqua: hoc autem utique erit sole desiccante, quemadmodum dicit Erodotus fabularum

93) *quod:* ita 5. *qui* ed. et codd. *sumat: assumat* 3. *aqua: aque* 3. 94) *fervorem: fervere* 2. 95) *tumorem: timorem* 1 et pr. m. 3 (*tumorem* 3b). 96) *Nicagoras: Nitagoras* ed., *Nithagoras* 1, *Nytagoras* 2, *Nyca*[ras] 3, *uitagoras* 4, *Pyctagoras* 5, *Pitagoras* 6 (*Νικαγόρας δέ φησιν ἀπὸ τῶν ἀντολικων αὐτὸν ῥεῖν* sch. Ap. Rh. 4, 269. eundem citat Callimachus apud Antig. mir. 157). 97) *hyems: yemps* 4, *yems* 2 (item paulo post *yemps* 2. 4). *est:* om. 1. 98) *non plane:* ita 5. *nam plane* ed. 1. 2. 4. *nam plene hoc determinat* 3. 99) *negociatus: -ciatur* 2, *-ciacius* 3. 101) *est:* om. 5. *pars hec: pars hoc* ed. (*h̉* codd., praeter 5 ubi *hec pars*). 102) *quam semper manifestus: q̅m̅ est manifestus* 1. *immanifestus: manifestus* 1, *-festius* ed. 4, *-festịus* 3 (in utroque loco). 104) *transitus: -tu* 1. 105) *due enim: quidem due* 3. 106) *duplo tantam: duple quantam* 1. 107) *habitate:* ita 5, *habitare* 1. 2. 3. 4, *habiture* ed. *per inhabitabilem: per inhabilem* 2, *perinde habitabilem* ed. et 1 (*p i̅n̅ hab.*). 108) *continuus progressus: continus per(p)gressus* 1. 109) *tam:* ita scripsi. *tamen* (*t̅n̅*, *tam̅*) ed. et codd. omnes (praeter 3: *o̅i*). *quidem*: om. 3. 4. 110) *a nive dicentibus: aie̅ dentibus* 1. 111) *autem:* om. 3. *contingimus:* ita ed. et codd. omnes. (*contigimus* 5). fort. *contingere diximus.* 112) *annuis (?):* ita ed. 2. *animus* 1. *animis (aīmis)* 6. *aīs* 4. *a nivis* 5. *a nive* 3. 113) *erit: est* 3. *sole desiccante: solae desiccandae* ed.

scriptor. non enim ait in hyeme solem per Libiam facere habundanciam, nisi si contingat latum hinc ducere humorem, circa versiones autem estivales ad arctum venire. nequaquam autem dicitur exquisite: neque enim Nilum oportebat facere solum hoc. similiter enim ex Libia tota idem dicit solem trahere humorem, putareque supervenire habitabili solem secundum quamcunque partem, stultum. ubique gnomones umbram ad meridiem faciunt et non hoc differunt, sed per maiorem aut minorem facere umbram. Libiam totam amphithalassiam aiunt esse, tamquam cum iste modus quidem quidem causae impossibilis.

Reliquum autem duarum utramque dicere est. est enim una quidem causa, quia terra superfervens existens hyeme eo, quod in tali fundo fontes sint, Nili desiccatur aqua. quod quidem et aliis accidit: puta in Frigia sunt putei, qui in hyeme quidem sunt sicci, in estate autem replentur. et in Olinthia Calcidonie quidam putei plenissimi sunt estate. hanc quidem igitur causam ut racionabiliorem existentem illa, quam predicti assignant, dirimamus prius.

Nunc autem relinquetur sola causa dictorum. hanc causam dicendum, propter quod iam non problema videtur esse: in sensum enim

---

113) *Erodotus: erodothus* ed. *-dochus* 5. *-docus* 6. *exodothus* 3 (*r* suprascr. 3b). 114) *solem: solam* 1. *Libiam: libeam* 2. 115) *si:* om. 5. *latum hinc:* ita 3. 5. *latus huic* ed. 1. 4. *latum huic* 2. 116) *arctum: arthum* 5. *arcum* 1. *artum* 4. 117) *Libia: libea* 2. 118) *putare que:* ita 3. 5. 6. *puta teque* ed. 1. 4. *putate que* 2. *supervenire: -venite* 2. *habitabili: habitaculi* 1. 119) *secundum: in* 3. *sed* 1. *partem stultum ubique gnomones umbram: partem multum regiones umbram* 3. *ubique:* ita 1. 5. 6. *verbique (ubique)* ed. 2, om. 3. *gnomones:* ita ed. 2. 6 (*guomones* 4). *gomones* 5. *gomenes* 1. 120) *et: set* 2. 3. *differunt: deferunt* 1. 121) *amphithalassiam: amphithalassam* ed. 1. 2. 6 (*-talaffam* 4). *amphithalassani* 5. *amphitalasiam* 3. *aiunt esse: esse aiunt* 1. 2. 4. 122) *esse:* om. 3. *tamquam cum:* ita 3, *tamquam* ed. et codd. cett. 124) *existens hyeme: est quidem hyeme existens* 3. 125) *fundo: fondo* ed. 1. 4. *fluvio* 3. *fontes sint Nili: fontes sicut nili* ed. et codd. *sint fontes nyli* 3. *desiccatur: -cantur* ed. 2. 4. *et:* om. 3. 4. 126) *Frigia:* ita scripsi. *frisia* ed. et codd. (*fsia* 3). *qui:* om. 2. 127) *et in: et s. in* 2. *in Olinthia: in molinthia* (*molincia* 1, *mollinchia* 5) ed. et codd. omnes. *Calcidonie:* ita codd. omnes (*calidonie* 3 et 3a; *ci* suprascr.). corr. *Calcidice*. *plenissimi sunt estate: plenissimi sunt in hyeme. sicci autem sunt estate* 5 (*/va*, */eat* suprascr.) (delenda igitur vidit quae addiderat). 128) *racionabiliorem: -re* 5. *existentem:* ita scripsi. *existente* ed. et codd. omnes. 129) *dirimamus (?): diruamus* 1. *diximus* 4. *enunciavimus* 3. 130) *relinquetur: relinquitur* 3. 4. *causa: causam* 3. *causam dicendum propter quod: tamen (tn̄) dictorum dd' quod* 1. *causam quidem propter quod* 2.

venit, quemadmodum per se videntes facti a visis. videntur enim aque facte per tempora hec a cane usque ad arcturum multe et habundanter, hyeme autem nulle. et fluctus nutriuntur, cum crescunt in ipsis. et propter hoc simul annualibus advenit fluvius: isti enim nebulas maxime ferunt in regionem et quicunque alii venti fiunt estivales ante hos. quibus offendentibus ad montes defluunt aque ad stagna, per que Nilus fluit. adhuc autem et que a nive dicentibus fluere subcontrarietates testificantur huic racioni, quodque et toti conventibus mensium magis crescere fluvium: etenim aque consueverunt fieri tunc magis, et quod non similiter copiosum inchoans cum postremo, adhuc autem quando nothi flant minus quam quando utique boree: boreas enim nubes fert ad locum, ex quibus aqua facta impletur Nilus. de Nilo quidem igitur hec dicta sint.

Explicit liber de inundacione Nili Aristotilis.

---

133) *hec: hoc* ed., *hec autem* 6. *arcturum: arcturam* 1. 3. *arturam* ed. 2. 4. 5. 6. 134) *fluctus:* ita scripsi. *fructus* ed. et codd. 135) *et propter hoc: propter quod* 5. *annualibus:* ita 2. *animalibus* ed. 1. 3. 4. *annalibus* 5. *fluvius: fluviis* 5. 136) *in regionem:* ita 3. *et regionem* cett. *fiunt: sunt* 4. 5. *ante: aut* ed. 1. 3 *(a')*. *ant* 2. *autem* 4. 5. 137) *offendentibus:* ita scripsi. *ostendentibus* ed. et codd. 137—38) *offendentibus — dicentibus fluere:* om. ed. 138) *subcontrarietates: et subc.* 3. *sunt subc.* 2. *que: qui* 2. 4. 5. 6 *(quia nive* 3, *a nive* 3a, *que ate* 1*)*. 139) *huic racioni: huic racionem* 1. *quodque et toti: quod est in* 3 *(quod et toti* 3a*)*. *conventibus (9ñtibus): consequentibus* ed. 6. 140) *aque: aquam* ed. *et aque* 2. *et quod: et quo* 2. 141) *inchoans: inchoaris* ed. 1. 2. 6. *inchoatis* (vel *-cis*) 3. 142) *quando:* om. ed. *enim: autem* 3. 143) *Nilus:* om. 5. *de nilo quidem igitur hec dicta sunt* (*sint* cod. Patav.)*: et hec de nylo dicta sufficiant* 3.

Explicit liber de fluxu sive inundacione nyli aristotilis 3. *Explicit liber ar. de inúndacione nyli* 5. *Explicit de inundacione fluvii* 2. *Explicit liber de nilo* 3.

Ex commentariis Bartholomaei de Brugis.

In codice Parisiensi Sorbon. 841 post expositiones et quaestiones mag. Bartholomaei de Brugis super oeconomica Aristotelis (anno 1309 rogatu *anibaldi de cecano* editas, cf. f. 133[b]. Fabric. Bibl. lat. med. I, 366) et super poetriam (ed. a. 1307 *cum legeret phisicam et metheora aristotilis* f. 151[b]) sequitur sine nomine auctoris brevis expositio libri sub hoc titulo *De inundatione nili* (f. 152[a] — 153[a]), qua nihil nisi dispositio rerum breviter ostenditur. ea sic incipit:

Propter quid aliis fluminibus etc. Iste liber, cuius expositionem intendimus ad presens, intitulatur de inundatione nili. nilus quidem est fluvius transiens per ethiopiam et indiam, qui in estate multum magnus est, et precipue cum sol est inter tropicum cancri et capricorni. ideo quia videtur hoc multum mirabile, idcirco voluit philosophus hunc librum componere. Et quod hunc librum philosophus fecit, patet ex tribus, primo ex modo procedendi: nam primo enumerat opiniones aliorum et eas improbat, deinde ponit suam. secundo ex obscuritate littere, tertio ex brevi et sentencioso sermone. Ulterius est sciendum quod multis aliis fluviis hoc accidit quod dictum est de nilo: tamen quia nilus est dignior et principalior inter eos, ideo ab ipso ista scientia denominatur. Iste liber annexus est secundo metheororum, ubi determinatur de generatione fontium et fluviorum. Ex hiis igitur que dicta sunt patet quis (corr. *qui sit*) *libri huius titulus et quis* (corr. *que causa*, $\overline{q}$ $\overline{ca}$) *efficiens et cui parti philosophie supponatur: et quartum potest addi, scilicet propter quid fuit inventus. Iste liber habet octo capitula, sed ubi incipiat quodlibet et que sit intentio cuiuslibet, apparebit in prosequendo. et dividitur in duas partes, scilicet in prohemium et executionem que ibi incipit «tales autem qui de ameo». prohemium dividitur in tres partes* etc.

Hic tractatus desinit f. 153ᵃ fin. in haec verba: *de nilo quidem igitur etc. recapitulat et patet. Explicit brevis expositio super libellum de inundatione nili.* eundem commentariolum in codice Montispessulani 177 (sec. XIII), qui Aristotelis opera continet a libro de generatione et corruptione usque ad librum de Nilo, post huius libri textum alia manu adscriptum vidi: ubi quum idem initium sit, paulo aliter ita desinit *et tunc recapitulat in fine cum dicit «de nilo quidem igitur» et patet in littera.*

Iam vero in cod. Sorb., fragmentis quibusdam alienis interpositis, sequitur f. 154ᵃ: *Expositio supra librum de inundatione nili collecta anno domini MCCCVIII in rogationibus* (*regationibus* cod.) *a magistro bartholomeo de brugis, quam domino concedente intendit artificiose copulare, quod tamen non potuit propter occupationes ei in hoc mondo transmutabili contingentes.*

propter quid aliis etc. nota primo quod iste liber videtur esse factus ab aristotele, et hoc propter tria, primo quia similem modum procedendi habet in isto, scilicet primo ponendo opiniones aliorum ante propriam, sicut in aliis libris suis, secundo ex stilo eius qui brevis et obscurus secundum subiectam materiam, tercio quia quedam tradita in libro metheororum hic replicat. Item notandum est quod dicitur de

inundatione nili id est de causis inundationis nili, scilicet quare maxime habundat aquis in estate et precipue in fine mensis iulii et non in hieme. Et intitulatur ab inundatione non quia eius solius reddat causam sed et multorum aliorum, sed quia inter cetera accidentia circa ipsum videtur inundatio mirabilior et magis desiderata scire. Et sciendum quod hic libellus annexus est primo libro metheororum, ubi determinat philosophus de generatione fontium et fluviorum et natura eorum in communi, non descendendo ad aliquem fluvium specialem aut ad accidentia specialia alicuius fluvii, et hoc ne suam considerationem transgrederetur. et ideo hunc librum ad illius complementum composuit, ut sit hic libellus ut capitulum annexum illi. Item notandum quod huius libelli sunt 4 capitula. in primo narrat accidentia specialia circa nilum quorum causas non tradidit in meteorologicis, et tangit causas et modos qui fuerunt assignati de causis illorum accidentium. et secundum hunc modum procedendi in secundo capitulo exequitur primo tangendo modos de causis accidentium in nilo quos antiqui dixerunt magis rationabiliter loquentes, in tercio capitulo tangit opiniones illorum qui minus rationabiliter circa hoc dicebant, in quarto capitulo ponit propriam opinionem de causis accidentium circa nilum. et patent capitula. Et dividitur liber in prohemium et executionem que ibi incipit tales autem, prima in 3 (id est *prima pars*, scil. *prohemium in tres partes dividitur*). *primo narrat accidencia nili quorum vult reddere causas, secundo tangit causas et modos illorum dictos ab antiquis, tertio tangit ordinem procedendi circa illas causas et illos modos. secunda ibi causam autem sumat. tertia ibi horum autem qui quidem. primo dicit sic inquirendum esse propter quid cum alii fluvii in hyeme maxime habundant in estate autem minus habundant, ut patet ad sensum, propter quid nilus inter alios fluvios qui intrant mare in hyeme deficit, in estate autem est ita magnus quod submergit civitates et terras planas et supersunt aque quedam civitates que videntur* (*dnr* cod. pro *vnr*) *insulae. immo iste fluvius crescit versus meridiem quando sol vadit versus versiones estivales, et quasi habet fluxum et refluxum propter habundantiam maiorem et minorem suum* (sic) *in qualibet die, non quod aqua huius fluvii primo habundat supra terram et post in litoribus, set primo e converso, licet aliqui dixerunt oppositum. Intelligendum est quod quia in naturalibus investigat philosophus ex effectibus causas, ideo primo accidentia nili narrat ut ex eis in cognitionem causarum deveniat. Item intelligendum quod anima multum desiderat scire causam huius inundationis, quia anima appetit multum*

scire nova et mirabilia, ut potest haberi prohemio de anima et in septimo et decimo ethicorum, ubi dicitur quod anima in novis mirabiliter delectatur etc.

Manifestum est igitur brevem illam expositionem quae praecedit fuisse eiusdem Bartholomei, qui uberiorem postea expositionem composuerit atque, sicut in eodem codice (f. 116[a]. cf. f. 133[b]) ad Aristotelis oeconomica factum esse legimus, expositioni intenderit de singulis argumenti locis quaestiones varias adiicere. nunc autem post finem expositionis (f. 156[b] desinit: *de nilo etc. recapitulat et patet. et sic finitur sententia de inundatione nili*) duo tantum quaestiones sequuntur, una ad prooemium, altera ad executionis initium, reliquae desunt ita ut complurium paginarum vacuo spatio relicto rem praepropere omissam esse significetur.

(Qu. I.) *Posset queri utrum de nilo possit esse scientia, et utrum sit distincta a scientia metheororum ... Intelligendum quod scientia, ut dicit Linconiensis primo posteriorum, dicitur dupliciter: uno modo communiter, et est certa cognitio rei quocunque modo sit id est sive per sensum sive per intellectum. alio modo dicitur propriissime, et est idem quod cognitio rei causate per suam causam propriam et immutabilem. primo modo de nilo id est de inundatione nili potest esse scientia: potest enim homo de hoc habere cognitionem certam sive per intellectum, ut patet unicuique. Si queras secundo modo, tunc est difficilius propter hoc quod nilus est particularis. et posset dici uno modo quod nilus potest dicere vel fluvium in estate habundantem et non in hyeme, vel potest dicere hunc fluvium singulariter. primo modo potest esse de eo vel eius inundatione scientia propriissima: possunt enim cognoscere causam eius, et sic secundum quosdam philosophus hic determinat. unde quamvis denominat a nilo, et hoc quia manifestior est ista passio in nilo, tamen non intendit de eius inundatione singulari sed omnium fluviorum similium in universali. et huic attestatur quod in quibusdam libris inveni librum hunc intitulatum de inundatione fluviorum. et sic patet ad rationes, quia sic nilus dicit quid universale. item sic est incorporalis, item sic est diffinibilis et inpermutabilis. Alio modo quia communiter intitulatur a nilo, et videtur esse de nilo, potest dici ...*

De secundo videtur quod non differt, quia eadem est scientia generis et cuiuslibet sue speciei, primo posteriorum. nilus autem est species fluvii vel individuum, de quo determinat primo metheororum, quare etc. item scientie ... Oppositum videtur velle philosophus qui

tradit libellum distinctum de inundatione nili. potest dici quod distinguitur quia questio scientie metheororum est universalior quam ista . . . Intelligendum tamen est quod iste est annexus et quasi subalternus illi: multa enim ibi declaravit que hic supponit. et iste videlicet ad complementum illius . . . Alio modo posset dici || (f. 157^{a}) *ut videtur quibusdam, quod hic libellus est distinctus ab illo sicut capitulum a toto et sic secundum partem: pars enim distinguitur a toto ratione alterius partis. unde dicunt quod hic liber est sicut capitulum illius et ad complementum illius, quia forsan quando fecit aristotiles meteorologica, ignoravit accidentia nili. et utrumque est satis rationabile, sed primum videtur magis secundum intentionem huius libelli.*

(Qu. II.) *Item quia dyogenes videtur velle quod fluvii et praecipue nilus generentur ex fontibus, ideo queratur utrum hoc sit . . .* (des.) *que effluunt per totum annum, sic autem non ponimus hic, quare* etc. —

II.

Oeconomici duo libri habentur in codicibus latinis operum Aristotelis ethicorum et politicorum, quorum alterum quem Hesychius in indice appellat *νόμους ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς*, oeconomico qui etiam nunc Graece fertur primo tanquam secundum (scil. *οἰκονομικὸν ἄλλον*, at non proprie *δεύτερον*, ut facile intelligitur) in codicibus Graecis olim seculo XIII additum fuisse patet (cf. Rose de Ar. l. p. 60—63). idem postquam eius etiam qui nunc in Graecis exemplaribus secundus habetur, versio latina vulgata fuit, *Aristotelis yconomicorum liber tertius* appellatur, velut ab Hieronymo de Montagnone (init. sec. XIV) in Compendio moralium notabilium (ed. Ven. 1505) IV, 6, 4. 5. 10. cuius libri Leonardi Aretini culpa (is enim, qui quum Graecus iam codex nullus extaret, versionem antiquam nova sermonis facilioris specie indutam denuo edidit, nulla versionis illius mentione facta oeconomica Aristotelis se de Graeco vertisse simpliciter asserit: quod quum ad utrumque librum spectare videretur, de solo primo pronuntiatum erat) doctorum virorum suspicioni obnoxii atque ideo oblivioni immerito traditi vel duplex medio aevo translatio ferebatur, altera quidem multis codicibus scriptis veteribusque etiam editionibus vulgata quaeque in omnibus fere bibliothecis reperitur, altera nunc deperdita. atque vulgatae quidem illi in codicibus nonnullis (quales duos vidi, Sorbonensem 841 quem iam citavit Jourdain recherches p. 71, et Amplonianum qu. 23. cf. etiam cod. Oxon. coll. Balliol. 112 sec. Coxe catal. codd. coll. aul. Ox. t. I. item cod. Oxon. coll. b. Mar. Magd. 189) nota quaedam subscripta est, qua *per unum archiepiscopum de Graecia* (Guilelmum de Moerbeka Flemingum intellexeris, si quidem tunc etiam vixisse eum constaret) in gratiam usumve m. Durandi de Alvernia anno 1295 (cf. de Bonifacii anno primo Drumann, Geschichte Bonifacius des Achten. Königsb. 1852 t. I p. 15. 20 sqq.) dici videtur facta esse: *Explicit yconomica ar. translata de greco in latinum per unum archiepiscopum et unum episcopum de grecia et magistrum durandum de alvernia latinum procuratorem universitatis parisiensis tunc temporis in curia romana. ag.* (sic. Ampl.) *actum anagnie in mense augusti pontificatus*

domini bonifacii pape VIII anno primo (inde annal. br. Wormat. ad a. 1294 in Monum. Germ. Script. t. XVII p. 97). ex *alia translatione* (sive translationis editione) quae paulo recentior itemque correctior fuisse videtur (cuiusque id maxime promptum indicium est ut testimonium illud poeticum c. 1 fin. quod *secundum herculem* appellat vulgata, *secundum Orpheum* malit citare) fragmenta afferuntur in commentario quem ad obscurum contortumque interpretis sermonem recte intelligendum apprime utilem composuit Ferrandus de Hispania (cod. Par. Sorb. 963 f. 61—72, ubi *Explicit scriptum yconomice compositum a magistro ferrando de hispania colibriensi episcopo. deo gracias.* cf. ib. f. 1—4 *Explicit questio de specie intelligibili utrum differat ab actu intelligendi determinata a ferrando de yspania*), atque ad eandem versionem manifesto pertinent *aliae lectiones* quae in margine codicis Sorb. 841 ad textum vulgatum cum aliis glossis multis sententiam scite explicantibus adscriptae sunt (cf. *al. transl.* apud Ferr. = *al. l.* cod. Sorb. ad v. 43. 52. 98. 124. 144). utraque deinde versione usus est sive ipse Nicoletus sive librarius quidam, qui recensionem a vulgata prorsus discedentem condidit eam quae typis impressa legitur in Arist. ethicorum et politicorum editione Veneta a. 1483 (*voluminis continentis libros decem ethicorum Aris. cum commento maximi peripatetici Averois: et octo politicorum: duosque economicorum sine eius commento: summa diligentia emendatos per eximium virum dominum Nicoletum artium liberalium ac medicine professorem in palavino gymnasio legentem. Venetiis impendio industriave Andree de asula Bartholomeique Alexandrini sociorum regnante Ioanne mocenigo Venetorum inclyto principe impressos: Anno saluits christiane. M.CCCLXXX.III. nonas februarias. Laus deo.* ita in fol. ult. editionis, cuius exemplar quo ipse usus sum Nov. a. 1854, repperi in bibl. regia Hannoverana). huius enim auctor ita egit ut obscuriorem versionis vulgatae textum alterius versionis fragmentis hic illic insertis quodammodo explicaret atque duabus versionibus confusis quasi tertiam faceret. quantopere autem libri quamvis sero latine facti argumentum et *sancta praecepta* quibus plenus est, magistrorum seculi XIV studia allectaverint, ex commentariorum multitudine patet qui manu scripti feruntur, velut Ferrandi de Hispania, Bartholomaei de Brugis, Henrici de Oyta, Alberti epi Halberstatensis etc. ex quibus Ferrandi opus unum dignum fuit quod adhiberetur, utpote quod et verborum sententiam, altera etiam versione adhibita, diligentissime cautoque labore et critico explicaret et ad textus speciem definiendam qualis quidem paulo post versionis Durandi cura institutae annum obtinebat, utile videretur non minus quam ad reiicienda

correctorum tentamina, qui quum alieniores iam essent a medii aevi sermone, eo praesertim qui interpretum est graecorum verborum tenorem anxie exprimentium, in faciles quidem singulorum locorum mutationes abirent, attamen universae sententiae saepe contrarias. in quo genere quum iam a scribis recentioribus (sec. XIV fin. et XV) erratum sit (velut in cod. 3 et 5, qui temerariae coniecturae exempla multa gerunt, cf. etiam in cod. 1 *hector* pro *actor* ad v. 139 etc.), maxime tamen peccavit Leonardus Aretinus, qui paraphrasi sua in alienam plane sententiam multis locis hunc librum corrupit.

Praeterea adnotandum est, glossas quoque codicis Sorbonensis (quarum exigua pars servata etiam est in Helmstadiensi 4) interdum ad verbum consentire cum explicationibus Ferrandi (cf. ad v. 63). deinde quod ad ipsos commentariorum auctores, plurimis quidem codicibus repetitam haberi Henrici de Oyta (cf. Fabric. bibl. med. lat. III, 225. cod. Lips. Paul. 1413) operam, rariorem autem (quam vidi etiam in codice Amploniano qu. 188) Bartholomaei de Brugis expositionem una cum quaestionibus annexis ad Annibaldum de Cecano (Fabr. I, 366. ad eundem Annibaldum de C. tunc canonicum Atrebatensem — *attrabaceñ* — comm. in Ar. ethica edidit Henricus de Vrimaria cod. Norimberg. cent. IV, 3) scriptam fuisse a. 1309, utroque antiquiorem fuisse Ferrandi commentarium qui episcopus Conimbricensis fuerit post a. 1291 et ante a. 1308 (cf. Monarquia Lusitana P. VII lib. V c. 3. Lisb. 1683 p. 230: *Dom Aymerico, Peregrino nas partes et na patria, bispo da cidade de Coimbra no anno de 1291, em que bautizou ao princepe Dom Affonso. Seguiose-lhe Dom Fernando primeyro da nome, insigne letrado; a quem succedeo Dom Estevão Annes Brocardo*, qui quidem ultimus episcopus erat a. 1308 quo condita est universitas Conimbricensis, cf. F. Leitão Ferreira, Noticias chron. da univers. de Coimbra. Lisb. 1729 p. 81 cf. p. 113, et ibidem de Aimerico illo p. 5. 23. 36. 39. cuius auctoris, quod aegre fero, mihi non praesto est *Catalogo dos bispos de Coimbra. Lisb. 1724* qui extat in: Colleccão dos documentos e memorias da academia real da historia t. IV).

Ego ut textum meliorem ederem ipsiusque interpretis sententiae verbisque propiorem quam qui fertur in ed. Lipsiensi vetere (Hain 1775), ex codice Helmstadiensi (4) descriptum contuli (Dec. 1854) cum Helmstadiensi altero et tribus Lipsiensibus, deinde (a. 1856) cum Parisiensibus duobus, quorum quum membranacei sint omnes et sec. XIV scripti, longe optimos esse cognovi et inter se maxime consentaneos cod. 4 et 7, pessimos contra 3 et 5 (qui fere convenit cum ed. Lips.), medios denique 6 et 2 et qui nitidissime scriptus est 1.

1. Lips. 1338 (Ar. opp. eth. polit. rhet. oecon. et magna mor.) f. 164—66.
2. Lips. 1337 (Ar. opp.) f. 181—84.
3. Lips. 1397 (inter phys. Ar. et aliorum opuscula).
4. Guelpherbyt. Helmstad. 488 (Ar. eth. pol. oec. m. mor. rhet.) f. 90—92.
5. Guelpherbyt. Helmstad. 593 (Ar. eth. oec. rhet. pol. poet.) f. 49—51.
6. Paris. antiq. 7695a (Ar. opp. eth.) f. 134—35.
7. Paris. Sorb. 841 (inter var. medii aevi magistrorum comment. Aristot.) f. 191—94.

Incipit liber secundus yconomicorum Aristotilis.

Bonam mulierem eorum que sunt intus dominari oportet, curam habentem omnium secundum scriptas leges, non permittentem ingredi nullum si non vir perceperit, timentem precipue verba forensium mulierum ad corrupcionem anime. et que intus sibi contingunt ut sola sciat, et si quid sinistri ab ingredientibus fiat, vir habet causam. dominam existentem expensarum et sumptuum ad festivitates quas quidem vir permiserit, expensis et vestimento ac apparatu minori utentem quam eciam leges civitatis precipiunt, considerantem quoniam nec questus vestimentorum differens forma nec auri multitudo tanta est ad mulieris virtutem quanta modestia in quolibet opere et desiderium honeste atque composite vite. etenim quilibet talis ornatus et elacio anime est, et multo cercior ad senectutem iustas laudes sibi filiisque tribuendo. talium quidem igitur ipsa se inanimet mulier composite dominari: indecens enim viro videtur scire que intus fiunt. in ceteris autem omnibus viro parere intendat, nec quicquam civilium audiens, nec aliquid

---

1) *eorum: omnium* 1. *omnibus* 2. 3. 6. ed. om. 5. 2) *permittentem: -tendum* 2. 3) *nullum:* ita 3. 7. *et nullum* 2. *inillum* 5. *ullum* 1. 6. ed. *aliquem intus* 4. *perceperit:* ita 6. 7. *percepit* 2. 3. 4. *percipit* 1. *preceperit* 5. *precipit* ed. *forensium: forencium* 4. *forentium* 7. 4) *corrupcionem: correpcionem* 1. *correctionem* 3. *et que intus: et iustus* 2. *sola: solus* 2. 5) *causam: curam* 1. *causam offendendi* 3. *causam irascendi* ed. 6) *quas: que* 3. *quidem:* om. 7. 7) *permiserit: promiserit* 4. 7 et pr. m. 5. *expensis: tamen* add. ed. *ac: et* 1. 2. 3. 6. ed. 8) *precipiunt: consuetudine* add. ed. 9) *vestimentorum: aut* add. corr. 5, *nec* add. ed. et 3 (ubi: *nec differens forma vestium*). 10) *honeste:* om. 5. 11) *atque: et* 2. *etenim: est enim* 6. *etenim quilibet:* om. 5. *anime: animi* 3. 7. ed. 12) *cercior:* ita 1. 3. 5. 6. ed. *cercius:* 2. 4. 7. *filiisque: et suis filiis* 5. ed. *tribuendo: retribuendo* 1. 3. 5 et pr. m. 6. item ed. 13) *inanimet: in animet* 4. *ĩ aĩel* 3. *ĩ ai*(m) 5 *(in anima* ed.*)*. *indecens* etc.*: indicens nec viro oportet* (oȝ pro v̄r) *scire* 5.

de hiis que ad nupcias spectare videntur velit peragere. sed cum tempus exigit proprios filios filiasve foras tradere aut recipere, tunc autem pareat quoque viro in omnibus et simul deliberet et obediat si ille preceperit, arbitrans non ita viro esse turpe eorum que domi sunt quicquam peragere, sicut mulieri que foris sunt perquirere. sed arbitrari decet vere compositam mulierem viri mores vite sue legem imponi, a deo sibi impositos, cum nupciis et fortuna coniunctos. quos equidem si pacienter et humiliter ferat, facile reget domum, si vero non, difficilius. propter que decet non solum cum contingit virum ad rerum esse prosperitatem et ad aliam gloriam, unanimem esse ac iuxta velle servire, verum eciam in adversitatibus. si quid autem in rebus deerit vel ad corporis egritudinem aut ad ignoranciam anime esse manifestam, dicat quoque semper optima et in decentibus obsequatur, preterquam turpe quidem agere aut sibi non dignum, vel memorem esse si quid vir anime passione ad ipsam peccaverit, de nichilo conqueratur quasi illo hoc peragente, sed hec omnia egritudinis ac ignorancie ponere et accidencium peccatorum. quantum enim in hiis quis diligencius obsequatur, tanto maiorem graciam habebit qui curatus extiterit, cum ab egritudine fuerit liberatus. et si quid ei iubenti non bene habencium non paruerit mulier, multo magis senciet a morbo curatus. propter que decet timere huiusmodi, in aliis autem multo diligencius obsequi quam si empta venisset ad domum: magno enim precio empta fuit, societate namque vite et protectione liberorum, quibus nil maius

---

17) *recipere: intus* add. ed. 18) *et obediat:* om. 2, item corr. 6 ubi *et obediat.* 22) *a deo: adeo* 4. 5 (item 3. 7). *impositos: inconpositos* 4. *(impositos cum nupciis impositos fortuna coniunctos 3.) cum:* om. 5. 23) *pacienter: sapienter* 1. 3. 6. ed. 25) *unanimem: vaniorem* 5. *iuxta:* om. 5. 26) *in:* om. 3. 28) *quoque: quod* 4. *queque* 5. ed. *quecunque* 3. *in decentibus: et de videntibus et de indecentibus* 3. 29) *quidem: quid* 1. 2. 3 *(turpia quaeque* ed.). *non dignum: indignum* 6. *vel memorem:* ita codd. omnes *(aut memorem* ed.*)*, nisi quod in 5 *vel* corrigendo mutatum est in *in*, ut sit *immemorem esse.* 30) *passione: possessione* (comp. scr.) 2. 4. *peccaverit:* ita 1. ed. *-rint* 4. 7 etc. 31) *peragente: non peragente* ed. *ponere et:* ita omnes. 32) *peccatorum:* ita omnes. corr. *predictorum* ex comm. Ferrandi. *quantum* etc.: *quanto nempe quis* 5. 33) *obsequatur: obsequitur* 1. 3. *obsequetur* 2. 6. *habebit: consequetur* 2. *optinebit* 5. 34) *et si quid:* om. 5. *et si quis* 2. *ei iubenti: ei iubente* 3. *eo iubente* 5. ed. *iubenti* (om. *ei)* 2. 35) *senciet: et* add. 7. 36) *que: quod* 1. 2. 5. 37) *domum* 1. 2. 3. 6. 7. ed. et rec. Ven. *dominum* 4. 38) *fuit: fuerit* 3. *protectione (ptectōe):* ita 4. 7. *procreacione (pcacōe)* 1. 3. 5. 6. ed. (et rec. Ven.). *procuracione* 2.

nec sanctius fieret. adhuc insuper si quidem cum felici viro vixisset, non quoque similiter fieret divulgata. et quidem non modicum est uti bene prosperitate et non humiliter, verum eciam adversitatem bene sufferre multo magis merito honoratur: nam in multis iniuriis et doloribus esse et nichil turpe peragere fortis animi est. orare quidem igitur decet in adversitate virum non pervenire, si vero quicquam mali sibi contingat, arbitrari huic optimam laudem esse sobrie mulieris, existimantem quoniam nec Alciste tantam acquireret sibi gloriam nec Penelope tot et tantas laudes meruisset, si cum felicibus viris vixissent: nunc autem Admiti et Ulixis adversitates paraverunt eis memoriam immortalem. facte enim in malis fideles et iuste viris, a diis nec immerito sunt honorate. prosperitatis quidem enim facile invenire participantes, adversitati vero nolunt communicare non optime mulierum. propter que omnia decet multo magis honorare virum et in verecundia non habere, si sacra pudicicia et opes animositatis filius secundum Herculem non sequantur. mulierem quidem igitur in quodam tali typo legum et morum oportet se custodire.

Vir autem leges a similibus adinveniat uxoris in usu, quoniam tamquam socia filiorum et vite ad domum viri devenit, relinquens filios genitorum viri et sui nomina habituros. quibus quid sanctius fieret aut circa que magis vir sane mentis studebit, quam ex optima et preciosissima muliere liberos procreare, senectutis pastores quasi optimos et

---

39) *fieret — similiter:* om. 5. *si quidem:* om. 1. 40) *uti:* ita 3 (rec. Ven.). *non uti* cett. (et ed.). 41) *sufferre: sufficere* 2. 5. 7 et pr. m. 5, ubi corr. *sufferre.* 42) *honoratur: -rabitur* 1. 43) *esse: existentem* rec. Ven. *et:* add. 3. ed. *animi: anime* 1. 4. 5. *orare: quare* 1. 2. 3. 5. 6, sed corrigitur *orare* in 2. 3. 6. 44) *in:* om. 5. *in adversitate:* ita omnes. *pervenire: prevenire* 1. 2. 3. 6. 46) *alciste: asciste* (vel *astiste*) 4. 5. 7. *alchites* ed. *ab hoste* 1 (ubi: *nec ab hoste acquiret sibi tantam gloriam*). *acquireret:* ita 5. ed. *acquiret* 1. 2. 3. 6. 7. *acquirit* 4. *penelope: penolope* 1. 2. 3. 5. 7. 47) *vixissent:* ita 1. 3. 6, at cett. (cum ed.) *vixisset* (cf. gl.). 48) *nunc autem: sed nunc* 5. *admiti* (i. e. *Admeti*)*: amicti* 4. 5. 7 (*amitti* rec. Ven.). *accincti* 1. *accinci* 2. *accinti* 6. *actencui* 3 (*iacincti* ed.). 49) *nec: non* 3. ed. 50) *quidem:* om. 2. 5. *enim (n.): non (n̄)* 4 *(n̄ 7).* 51) *vero nolunt: non volunt* 1. 2. 3. 4. *non optime: non nisi optime* 3 (*vero nolunt c. nisi optime* ed.). 52) *in verecundia: inverecundam* 5. 53) *si sacra: simulachra* 1. *filius: filiis* 5. 54) *herculem (hercolem* 5)*:* ita omnes. corr. *orpheum* cf. gl. *igitur: ergo* 1. 2. 3. 6. 7. *tali:* om. 3. 56) *adinveniat: inveniat* 5. 57) *devenit: venit* 3. 5. *relinquens: et relinquens* 2. 58) *genitorum: genitura* 3. *genitorum viri: progenitorum* ed. *quid: quidem nil* 3. 60) *optimos: optime* 5.

pudicos patris ac matris custodes ac tocius domus conservatores: quoniam educati quippe recte a patre et matre sancte atque iuste ipsis utencium quasi merito boni fient, hoc autem non optinentes pacientur defectum. exemplum enim vite filiis nisi parentes dederint, puram et excusabilem causam adinvicem habere poterant: timor ne contempti a filiis, cum non bene viverent, ad interitum ipsis erit. propter que enim nichil decet obmittere ad uxoris doctrinam, ut iuxta posse quasi ex optimis liberos valeant procreare. etenim agricola nichil omittit studendo, ut ad optimam terram et maxime bene cultam semen dispenset, expectans ita optimum sibi fructum fieri, et vult pro ea ut devastari non possit, si sic contigerit, mori cum inimicis pugnando: et huiusmodi mors maxime honoratur. ubi autem tantum studium fit pro corporis esca, ad quam anime semen consumitur quid si pro suis liberis matre atque nutrice nonne omne studium est faciendum? hoc enim solo omne mortale semper factum immortalitatis participat, et omnes peticiones ac oraciones divum permanent paternorum. unde qui contempnit hoc, et deos videtur negligere. propter deos itaque, coram quibus sacra mactavit, et uxorem duxit et multo magis se post parentes uxori tradidit ad honorem. maximus autem honor sobrie mulieri, si videt virum suum observantem sibi castitatem et de nulla alia muliere curam magis habentem, sed pre ceteris omnibus propriam et amicam et fidelem sibi existimantem. tanto etiam magis studebit se talem

---

63) *quasi: quare* 5. ed. *pacientur: paciuntur* 3. 64) *filiis:* om. 2. *et:* om. 5. 65) *excusabilem: inexcusabilem* 3. *poterant: poterunt* 1. 2. 3. 6 et rec. Ven. *poterint* 5. ed. *timor ne:* ita 1. 2. 3. 6. rV. *timor vere* (*ue* [s]) 4. *timor vere* [ne] (i. e. *vere* pr. m., *ne* corr.) 7. *timor* (om. *vere*) 5. *timore enim* ed. cf. Ferr. sch. 66) *erit: erunt* 1. 2. 3. 5. 6. ed. rV. 67) *enim:* ita omnes. *obmittere: omittere* 2. *ut: ne* 1. 68) *optimis: optima* corr. (*mis* pr. m.). *omittit: obmittit* 3. 69) *ut*: ita omnes. *ad:* om. 3. *maxime: magis* 3. *dispenset:* ita 4 (et 7 al.). *consumere* 1. 2. 3. 5. 6. 7. rV. *conserere* ed. 71) *si sic:* *ut* [si] *sic* 6. *et sic* ed. *contigerit: contingerit* 2. 3. 5. rV. *contingit* 6. *contingeret* ed. 73) *ad quam* etc. cf. schol. Ferr. *quid:* om. 5. *quid si pro: quid fit pro* 3. *quidem si pro* 1. 74) *nonne: non* 3. *hoc enim solo* etc.: *hoc enim solo esse omne mortale sempiternum et immortalitatis esse participat* 5. item ed. 75) *et: et sic* ed. *et omnes peticiones* etc.: cf. schol. Ferr. 76) *ac: et* 6. *divum:* ita 4. 7. *dium* 6. *dm̄* 2. *divini* 1. 5. *divine* 3. ed. rV. 77) *et:* om. 5. *itaque: igitur* 4. 5. *utique* 2. *coram: coronam* 3 (sed corr. *curam*). 78) *multo: tanto* 1. *magis se: magis quia se* 5. 7 corr. *magis se* pr. m. 7. 79) *ad honorem:* cf. schol. Ferr. *mulieri: mulieri est* 1. 3. 6. ed. rV. 80) *sibi:* om. 3. 5. 82) *et fidelem sibi:* om. 5. *sibi:* om. 1. 2. 3. 6. 7. ed. rV.

esse mulier: si cognoverit fideliter atque iuste ad se virum amabilem esse, et ipsa circa virum iuste fidelis erit. ergo prudentem ignorare non decet nec parentum qui sui honores sunt nec qui uxori et filiis proprii et decentes, ut tribuens unicuique que sua sunt iustus et sanctus fiat. multo enim maxime graviter quisque fert honore suo privatus, nec etiam si aliorum quis multa dederit propria auferendo, libenter acceperit. nichil quoque maius nec proprius est uxori ad virum quam societas honorabilis et fidelis. propter que non decet hominem sane mentis ut ubicunque contingit ponere semen suum, nec ad qualemcunque accesserit, proprium immittere semen, ut non degeneribus et iniquis similia liberis legitimis fiant, et quidem uxor honore suo privetur, filiis vero obprobrium adiungatur. de hiis ergo omnibus reverencia viro debetur. appropinquare vero decet eius uxori cum honestate et cum multa modestia et timore, dando verba coniunctionis eius qui bene habet ac liciti operis et honesti, multa modestia et fide utendo, parva quidem spontanea remittendo peccata: et si quid autem per ignoranciam deliquerit, moneat nec metum incutiat sine verecundia et pudore, nec etiam sit negligens nec severus. talis quidem enim passio meretricis adulterium est, cum verecundia autem et pudore equaliter diligere et timere libere mulieris ad proprium virum est. duplex enim timoris species est: alia quidem fit cum verecundia et pudore, qua

---

83) *mulier: mulierem* 2. *cognoverit: cognovit* 5. 84) *iuste fidelis: iusta et fidelis* 5. ed. 85) *honores: honoris* 3. *uxori: uxoris* 2. ed. *filiis proprii: filii proprii* codd. praeter 3, ubi *filiis propriis (nec qui uxoris et filiorum proprii* rV). 86) *ut: et* 3. *iustus et sanctus fiat:* om. 3. *sanctus: sciens* 5. 87) *maxime: magis* 5. 7. *suo:* om. 1. 88) *quis: quid* 7. 89) *nichil: nec* 3. *quoque:* add. 1. 2. 3. 5. ed. (*nichil maius* 4. 6. 7). *maius: magis* 2. *uxori: uxoris* 2. 5. *virum: minus* 4. 7 (cf. al. l.). 90) *honorabilis et fidelis: et honor fidelis* 5. ed. 91) *ut: nec* 2. 5. 6. *non* 3. om. 1. *ubicunque: ubique* 5. *contingit: contigerit* 1. *contingerit* 3. rV. 92) *accesserit: accessit* 1. *immittere: immittentem* 1. *est mittere* 5 (*est immittere* ed.). *degeneribus: de generibus vilibus* 5. 6. ed. (ex gl.). *de generacionibus vilibus* 3. 93) *et iniquis: et si quis* 1. *liberis: liberis et* 3. 94) *vero: non* 1 (*moĉ* 5). *adiungatur: -getur* 1. 3. (5) ed. *-gatur* 6. 95) *viro: iure* 4. 7 (cf. al. l.). *vero: vere* 5. *cum honestate: composite* 1. 2. 3. 5. 6 (*composite et cum multa honestate modestia et timore* ed.). 96) *et: ac* 3. *modestia: clemencia* 1. 97) *utendo:* om. 5. 98) *spontanea: et spontanea* 1. 2. 6. ed. *et non spontanea* 3. rV. (*utendo — pudore:* in hoc loco ordo plane turbatur in 3). 99) *deliquerit: delinquerit* 6. 100) *passio: possessio* 2. 101) *adulterium: adultere* 5. ed. *est:* om. 5. 103) *alia quidem: alia quidem enim* 3.

utuntur ad patres filii sobrii et honesti et cives compositi ad benignos rectores, alia vero cum inimicicia et odio, sicut servi ad dominos et cives ad tyrannos iniuriosos et iniquos. ex hiis quoque omnibus eligens meliora, uxorem sibi concordem et fidelem et propriam facere decet, ut presente viro et non, utatur semper non minus ac si presens adesset, ut tamquam rerum communium curatores, et quando vir abest ut senciat uxor quod nullus sibi melior nec modestior nec magis proprius viro suo. et ostendet hoc in principio, ad commune bonum respiciens, quamvis novicia sit in talibus. et si ipse sibi maxime dominetur, optimus tocius vite rector existet et uxorem talibus uti docebit. nam nec amiciciam nec timorem absque pudore nequaquam honoravit Homerus, sed ubique amare precepit cum modestia et pudore, timere autem sicut Helena ait sic dicens Priamum «metuendus et reverendus es mihi et terribilis amantissime socer», nil aliud dicens quam cum timore ipsum diligere ac pudore. et rursus Ulixes ad Nausicam dicit hoc «te mulier valde miror et timeo». arbitratur enim Homerus sic adinvicem virum et uxorem habere, putans ambos bene fieri taliter se habentes. nemo enim diligit nec miratur umquam peiorem nec timet eciam cum pudore, sed huiusmodi passiones contingunt adinvicem melioribus et natura benignis, minoribus tamen sciencia ad se meliores. hunc habitum Ulixes ad Penelopem habens in absencia nil deliquit, Agamemnon autem propter Criseidem ad eius uxorem peccavit, in ecclesia dicens mulierem captivam et non bonam, immo ut dicam barbaram, in nullo deficere in virtutibus Clitemnistre, non bene quidem, ex se liberos ha-

---

106) *eligens: elegens* 3. 6. 107) *meliora: meliorem* 2. 110) *nec: et* 3. *proprius: proprio* 1. *sibi proprius* 2. 111) *ad: in* 1. *bonum: bonum semper* 1. 2. 3. 5. 6. ed. rV. 112) *in talibus: in omnibus casibus* 2. *optimus: et optimus* 3. 113) *rector: recte* 2. *existet: -tit* 3. *uti: utique* 5. *docebit: decebit* 3. 115) *amare: honorari* 3. *honorare* ed. *diligere* rV. om. 5. *precepit: precipit* 1. 2. 6. rV. *cum:* ita 1. 2. rV. *animi (aī)* rel. *timere: time* 5. *sicut: sic* 7. 116) *priamum: priamus* 1. *et: ac* 3. 5. *es: est es* 3 (cf. al. l. 7). 117) *socer: socius* 3. *cum:* ita 1. 6. 7. ed. rV. *animi* 4 etc. om. 3. 118) *nausicam:* ita omnes. *dicit: dixit* 1. 2. 3. 5. 6. ed. 119) *adinvicem: invicem* 5. 120) *bene:* om. 2. 121) *peiorem: peiorem se* 5. ed. (cf. al. l. 7). 123) *minoribus: moribus* 5. *in minoribus* 3. *tamen (tn̄):* ita 1. 3. 6. 7. rV. *cum (cū)* 2. 4. 5 *(in moribus cum scientia tamen ad se facit meliores* ed.*)*. 124) *ad: et* 4. *in absencia habuit deliquit* 2. *deliquit: delinquit* 1. 4. 7. *delinquit* 6. 125) *criseidem: cirseidem* 5. *peccavit: et* add. 4 (om. 5. 7. ed.). 126) *nullo: nulla* 4. 7. 127) *in:* om. 5. *cliēnistre* 7. *clienistre* 4. *cliēmstre* 2. *cliemnst*[e] 1. *clmemstr̄* 5. *clichemestem* 3 (cf. al. l. 7). *habente: tem* 3. ed.

bente, neque iuste cohabitare usus est. qualiter enim iuste, qui antequam sciret illam qualis fieret erga se, nuper per violenciam duxit? Ulixes autem rogante ipsum Atlantis filia sibi cohabitare et promittente semper facere immortalem, nec ut fieret immortalis prodere presumpsit uxoris affectum et dilectionem et fidem, maximam arbitrans penam suam fieri si malus existens immortalitatem mereatur habere. nam cum Circe iacere noluit nisi propter amicorum salutem, immo respondit ei quod nichil dulcius eius patria posset videri quamvis aspera existente, et oravit magis mortalem uxorem filiumque videre quam vivere: sic firmiter in uxorem fidem suam servabat. pro quibus recipiebat equaliter ab uxore.

Patet eciam et actor in oracione Ulixis ad Nausicam, honorare maxime viri et uxoris cum nupciis pudicam societatem. oravit enim deos sibi dare virum et domum et unanimitatem optatam ad virum, non quamcunque sed bonam. nichil enim maius bonum ipsa in hominibus ait esse quam cum concordes vir et uxor in voluntatibus domum regunt. hinc patet rursus quod non laudat unanimitatem adinvicem que circa prava servicia fit, sed eam que animo et prudencia iuste coniuncta est: nam voluntatibus domum regere id significat. et iterum dicens quia cum huiusmodi dilectio sit, multe quidem tristicie inimicis fiunt in ipsis, amicis vero gaudia multa, et maxime audiunt ipsum sicut vera dicentem. nam viro et uxore circa optima concorditer existentibus necesse et utriusque amicos sibi adinvicem concordare, deinde fortes existentes esse terribiles inimicis, suis autem utiles: hiis vero discordantibus dif-

---

128) *iuste:* ita 2. 3. rV. et corr. 6. *nisi* ($\overset{i}{n}$) 1. 7 et pr. m. 6. *ubi* ($\overset{i}{u}$) 4. *vir* 5. ed. *cohabitare: communicare* 5. ed. *usus: visus* 3. ed. 129) *duxit: dixit* 1. *fieret: fierent* 4. 131) *prodere:* ita rV. *prodire* codd. omnes (*prodire i. relinquere presumpsit* 3). *perdere* ed. 133) *immortalitatem: immortalem* 1. *mereatur: moriatur* 1. *videatur* 4. 134) *cum:* om. 2. 3. *noluit nisi propter: voluit nisi propter* 1. 3. *noluit propter* ed. *voluit propter* 5. 135) *patria:* ed. rV. *propria* codd. omnes (*pña* 3). *quamvis: quam ut* 1. 137) *sic firmiter: sic et infirmiter* 5. *uxorem: uxore* 6. 7. *uxore sua* 3. 5. *pro quibus: pro cuius fide* 3. 139) *patet: pateat* 5. ed. (*manifestus est* rV.) *et:* om. 1. 3. 5. ed. *actor: auctor* 3. *hector* 1. *poeta* rV. (ὁ ποιητής). 142) *maius:* om. 4. 143) *cum:* om. 1. *regunt: regant* 5. ed. 144) *laudat: laudant* 5. *adinvicem:* om. 2. 145) *prava:* ita 6 (cf. rV.). *parva* (*p̱va*) 4. 7. ed. etc. *prava et* 3. *eamque animo: ea animo* 5. *iuste: iusta* 2. 146) *est:* om. 2. 147) *dilectio: concordia* 3 (*delectatio* ed. *amicitia* rV.). *sit: fit* 5. 7 (*fiat* rV.). *in ipsis: in ipsa* 1. 2. 3. 5. 6. ed. rV. (cf. al. l. 7). 148) *sicut: ut* 1. 2. 3. 6. ed. 149) *uxore:* ita 2. rV. rel. *uxori.* 151) *suis: amicis* 3 (suprascr. cf. 7 gl.). *suis amicis* ed.

ferent et amici, deinde vero infirmos esse maxime ipsos huiusmodi sentire. in istis autem autem manifeste precipit actor ea quidem que prava et impudica, invicem inhibere, ea vero que iuxta posse et pudica et iusta sunt, indifferenter sibimetipsis servire: studentes primo quidem curam parentum habere, vir quidem eorum qui sunt uxoris non minus quam suorum, uxor vero eorum qui sunt viri. deinde filiorum et amicorum et rerum et tocius domus tamquam communis curam habeant, colluctantes adinvicem ut plurium bonorum ad commune uterque causa fiat et melior atque iustior, dimittens quidem superbiam, regens autem recte et habens humilem modum et mansuetum. ut cum ad senectutem venerint, liberati a beneficio multaque cura et concupiscenciarum et voluptatum que interdum fiunt in iuventute, habeant invicem et filiis respondere, uter eorum ad domum plurium bonorum rector factus est, et statim scire aut per fortunam malum aut per virtutem bonum. in quibus qui vicerit maximum meritum a diis consequitur, ut Pindarus ait «dulce enim sibi cor et spes mortalium multiplicem voluntatem gubernat», secundum autem a filiis feliciter ad senectutem depasci. propter que proprie et communiter decet iuste considerantes ad omnes deos et homines eum qui vitam habet et multum ad suam uxorem et filios et parentes: —

Explicit yconomica Ar.

---

151) *different:* om. 5. *esse: esse et* 5. ed. (cf. rV.) *ipsos:* om. 4 (in marg. add. 7). 153) *istis: hiis* 5. *manifeste: maxime* 2. *precipit: precepit* 5. ed. *actor: auctor* 1. 3. 5. *poeta* rV. *quidem:* om. 3. *prava: parva* 7 (cf. al. l.). *prava sunt* l. 2. 3. 6. ed. 154) *invicem inhibere: inhibere sibi invicem* 5 (ed.). *posse: posse eorum* 5. 155) *sibi met servire ipsis* 2. *sibi ipsis servire* 5. *primo quidem: enim* 5. *ergo* ed. 156) *curam: omnem (omnes* 3*) curam* 1. 2. 5. 6 (cf. al. l. 7). *vir: et vir* 5. ed. *eorum: curam eorum* 5. ed. *qui* (sc. *parentes*)*:* ita 2. 3. 5. *que* reliqui. 157) *eorum:* om. 1. *qui:* ita 2. 3. 5 (et h. l. rV). 158) *tamquam:* om. 2. *communis:* om. 5. 159) *uterque:* ita 3. 6. 7. *utraque* 4 etc. (cf. al. l. 7). 160) *fiat: fiet* 3. *et: ac* 2. *atque: et* 2. *dimittens:* ita 2 (*-tēs*). 6 (*-tentes*). rV. *dimittentes* 4 et rel. cum ed. *quidem:* om. 5. 161) *recte: racione* 2. 3. 5. ed. *habens:* ita cum ed. rV. 1. 3. 5. 6 et corr. 7. *hiis* 2. 4 et pr. m. 7. 162) *venerint: veniunt* 4. *veniant* 3. 5. ed. *liberati a: libancia* 1. 4. *libāti a* 6. *a:* om. 3. *multaque: et a multa* 5. ed. (*multam curam* 3). 164) *respondere: tandem* 1. *uter: uterque* 1. 3. 5 (*uterque enim* ed.). *plurium: plurimum* 3. 165) *est:* om. 2. 4. *statim: statum* 3. *virtutem: fortunam* iterum 2. 166) *vicerit: vincerit* 4. *vicit* 5. *invenitur* 1. 167) *ut pindarus ait:* om. 2. *spes: species* rV. 169) *depasci: depasti* ed. (cf. al. l. 7). 170) *deos: dominos* (*dn̄os*) 3. *et: ut* 5. *homines: vivere* add. rV. (cf. sch. Ferr.).

Scholia ex commentario Ferrandi (cod. Sorb. 963)

cum notis partim ad marginem (*al.* sive *a. l.*) scriptis partim inter lineas (*i.* vel *s.*) codicis Sorbonensis 841 (7) et Helmstadiensis 488 (4).

2. *non permittentem ingredi* etc.: *nec debet permittere aliquem virum extraneum ingredi domum nisi in presencia viri. cuius ratio est triplex, ut patet in littera. prima quia mulier debet timere verba mulierum forensium ne dicant ad corrupcionem morum uxoris: loquaces enim mulieres propter mobilitatem spirituum ideo statim dicerent «talis ad talem accessit», non considerantes finem et causam ingressus. secundo quia pluries inhonesta multa sunt ubi habitant mulieres, in se tempore menstrui, etiam in pueris propter immundiciam eorum ac multis modis; que sola debet scire cum suis pedicicis* (sic: *pedisequis*). *etiam multa utilia ibidem contingunt, que non expedit ut extranei sciant. tercio si aliquid sinistri fieret in domo ab ingredientibus vel operando vel loquendo, tunc vir haberet causam et occasionem contra uxorem suam, et tunc posset eam molestare.* (Ferr.)

non permittentem ingredi nullum: al. aliquem intus 7 (quam lectionem habet cod. Helmst. 4).

3. *si non vir perceperit: i. absque scientia viri* 7 (cf. Ferr. *nisi in presencia viri*).

forensium mulierum: *al. furentium a furio. ris* 7 (haec igitur lectio mera emendatio fuit scribae textus verba non intelligentis. ita etiam in cod. rec. Berol. lat. fol. 40 f. 267ᵇ *forensium* altera corrigentis manu mutatur in *furentium*).

5. *vir habet causam: sc. contra eam* 7. cf. Ferr. l. c. ad v. 2 et v. l. hic quoque, ut in locis aliis plurimis, sententiam auctoris obscuro interpretis sermone difficilem pervertit Aretinus, qui scripsit *ut penes virum sit culpa.*

7. *permiserit: promiserit* 7 cum nota: *al. permiserit.*

expensis: al. victu 7.

vestimento: *i. vestitu* 7.

minori: i. humiliori 7.

9. *differens forma: i. pulcritudo* 7 (pro nominativo item *forma* — quum sit *formâ* — accipitur ab eis qui addiderunt *nec* cf. v. l.).

quoniam nec questus vestimentorum differens forma: a. l. quod nec vestium possessio differens pulcritudo 7 (cf. recens. Ven.: *quod nec vestium questus differt pulcritudine nec auri multitudo tanti est* etc.).

tanta: vel tantum 7.

10. *quanta: vel qualiter* 7.

11. *etenim quilibet* etc.: *al. etenim invidiosus quilibet huiusmodi ornatus est multo certior in senectute reddens preconia iusta sibi et filiis in talibus igitur sibi affectet preesse. difficile enim viro* 7 (cf. recens. Ven.: *etenim invidiosus omni anime huiusmodi ornatus est, et multo firmior ad senectutem iu-*

stas laudes sibi filiisque retribuendo. huiusmodi quidem ipsa igitur se inanimet ornare (sic) *viriliter dominari. difficile enim viro* etc.).

12. *cercior: cercius* 7 cum gl. *scil. faciet modeste ornando se.*

cercior: quia ipsa cercior erit quod in senectute laudes iuste sibi et filiis propter eam tribuentur. (Ferr.)

13. *talium quidem* etc.: *hic concludit dicens quod bona mulier debet se inanimare et in animo suo ponere composite et recte dominari predictis, scil. que pertinent ad ea que in domo et ad ea que in se, quia viro indecens est scire ea que in domo et in ornatu mulieris sunt.* (Ferr.)

talium: i. in talibus 7.

inanimet: i. informet vel instruat vel instiget 7.

14. *intus: i. intra domum* 7.

in ceteris autem omnibus: sc. exterioribus et magnis 7.

16. *velit peragere: sed hoc dimittat viro* 7.

18. *pareat quoque viro in omnibus: a. l. audiat quidem a viro omnia* 7 (ita rec. Ven. *audiat quidem virum in omnibus*).

et simul: sc. cum viro 7.

et obediat: sc. viro 7.

22. *sibi impositos: sc. mulieri* 7 (eadem glossa hic extat in Helmst. 4).

quos: sc. viri mores 7 (eadem gl. in 4).

25. *unanimem esse: sc.* (ita recte 4. *a. l.* male 7) *ipsi viro* 4 et 7.

iuxta velle: sc. viri 4 (*mariti* 7).

26. *si quid autem* etc.: *si viro accidat infortunium in rebus vel in corpore vel in anima, in rebus propter defectum vel amissionem earum, in corpore propter eius egritudinem vel per consimilia, in anima per ignorantiam manifestam et racionis turbacionem, uxor semper debet dicere verba consolativa optima et obsequi* (*obsequitur* cod.) *in preceptis decentibus, preterquam quod ipsa aliquod turpe agat aut aliquid non sibi conveniens: in talibus uxor non debet recordari, si ipse ex passione quandoque aliquid peccavit contra ipsam molestando vel verberando. de nullo malo quod fit per infortunium debet conqueri: non enim talia attribuenda sunt viro quasi ipso talia voluntarie peragenti, sed omnia talia debet ipsa attribuere vel egritudini vel ignorancie vel alicui accidentium fortuitorum predictorum.* (Ferr.)

28. *dicat quoque semper optima: e. g. a pyratis est depredatus: dicet predia nostra reddent* 7.

29. *vel memorem esse* etc. locus corruptus. cf. praeter Ferrandum rec. Ven. ubi sic emendatur: *sibi autem ipsi recordetur siquid vir anime passione ad ipsam delinquat, nec de aliquo conqueratur quasi ille hoc peregerit, sed hec omnia egritudinis et ignorantie ponere et accidentium delictorum.*

32. *in hiis: sc. malis fortunis* 7.

33. *habebit: sc. ad eam* 7.

curatus: i. consolatus 7.

34. *si quid: vel quidem* 7.

36. *decet timere: sc. mulierem* 7.

36. *in aliis: sc. infortuniis* 7.
autem multo etc.: *sc. debet mulier* 7.
37. *obsequi: sc. viro* 7.
empta: sc. pecunia 7.
38. *protectione: al. p r o c r e a c i o n e* 7.
40. *divulgata: sc. mulier in bona fama vel mala* 7.
uti: al. f r u i 7.
41. *sufficere* (ita 7): *al. s u f f e r r e* 7.

43. *orare: Decet igitur mulierem orare non pervenire virum in adversitate ... et hic habetur planius a l i a t r a n s l a t i o sic: orare quidem igitur oportet in nullo infortunatum fieri maritum, cum eam in eius infortunio mala duplicia* etc. (Ferr.) eandem lectionem, quam ex alia translatione Ferrandus, significat margo Sorb., ubi sic: *a. l. o r a r e q u i d e m i g i t u r o p o r t e t i n n u l l o i n f o r t u n a t u m v i r u m f i e r i.* contra cum vulgata consentit rec. Ven.

44. *decet: sc. mulierem* gl. Helmst. 4, item 7.
sibi: sc. viro 7.
45. *arbitrari: sc. honestum est* 7.
huic: sc. mulieri 7.
46. *alciste: nomen proprium* gl. Helmst. 4.
asciste: a. l. a l c e s t i s proprium nomen 7.
47. *vixisset* (ita 7): *sc. utraque* 7.
48. *amicti: sc. vir asciste* gl. Helmst. 4, item 7.
ulixis: sc. vir penelope 4, item 7.
50. *facile: al. f a c i l e s o l e t* 7.
51. *non volunt* (ita 7): *al. v e r o n o l u n t* 7.
non optime: sc. male gl. Helmst. 4.

52. *et in verecundia non habere: et non verecundari si secundum proverbium herculis vel orphei non sequitur sacra pudicicia ... et hic habetur a l i a t r a n s l a c i o sic: oportet multo magis honorare nec pudere sui ipsius mariti, si non comitetur secundum orpheum pudicicia sacra ac divicie filie euthymosine* (*euthym*$\overset{ne}{o}$) *i. letificantes animum. euthymos enim dicitur ab heu quod est bonum et animus quasi bonum efficientes animum. et est eadem sententia.* (Ferr. f. 68[b] col. 2.)

hanc *a l i a m t r a n s l a c i o n e m* iterum indicat glossa margin. cod. Sorb., ubi sic: *al. l. n e c p u d e r e s u i i p s i u s v i r i s i n o n c o m i t e t u r* (ꝯcetꝰ, quasi sit *communicetur*) *s e c u n d u m o r f e u m a c d i v i c i e f i l i e e u t h i n o c i n e.* utramque miscet, ut solet, recensio Veneta (in qua sc. vulgata ex alia transl. hic illic emendatur et commutando explicatur): *et in verecundia non habere, etsi non consequatur secundum orpheum mentis sanitas sacra et divitie animositatis filius.*

et in verecundia non habere: sc. virum gl. Helmst. 4, item 7.
53. *sacra: al. s a t i s* 7.
pudicicia: sc. viri 7.
54. *sequantur: al. s e q u a t u r* 7.
typo: i. in quadam tali summa vel universalitate (*uli*^{te}) 7.

56. *uxoris in usu: in usum i. in exemplo vel ad exemplum.* (Ferr.) rec. Ven. hunc locum pleniorem habet sic: *quoniam tamquam socia vite et filiorum, sicut ab extraneitate deprecator* (ὥσπερ ἱκέτις καὶ ἀφ' ἑστίας ἠγμένη Ar. oec. 1, 4!) *ad domum viri devenit.*

57. *et vite: sc. causa* 7. cf. ed. Lips.: *tamquam socia vitae gratia filiorum.*

relinquens: sc. vir 7.

58. *quibus: sc. filiis* 7.

sanctius: al. divinius 7.

60. *senectutis: sc. parentum* 7.

pastores: i. nutritores Ferr.

62. *ipsis: sc. liberis i. utentibus ge. pro ab* 7.

63. *hoc: s. bonam educationem* gl. Helmst. 4, item 7. cf. Ferrandus: *hoc autem non obtinentes i. bonam educationem et nutricionem pacientur defectum scil. ipsi filii.*

65. *poterant etc.: excusabilem causam poterant habere adinvicem scil. filii de inhonesta vita, et ex hoc timor scil. debet esse ipsis parentibus, ne ipsi contempti a filiis propter enormitatem vite scil. ipsorum parentum si malum exemplum vivendi dederint filiis, vel propter enormitatem vite ipsorum filiorum qui ex defectu correctionis mali sunt — et sic ad utrumque potest referri — sint ipsis scil. parentibus ad interitum scil. infamie et dissipacionis bonorum quandoque personarum* (Ferrandus).

poterant: sc. liberi 4 et 7.

poterant: al. poterunt 7.

timor: sc. a parentibus 7.

66. *ipsis: sc. parentibus* 4 et 7.

67. *obmittere: sc. virum* 7.

68. *optimis: sc. parentibus* 4 et 7.

procreare: sc. optimos gl. Helmst. 4.

69. *consumere* (ita 7): *al. l. dispenset* 7.

70. *pro ea: sc. terra* 4 et 7.

et vult pro ea etc.: et eligit pro ea ut non secetur pugnando cum hostibus, et sic contingeret mori. et huiusmodi mors . . . rec. Ven.

73. *ad quam* etc.: *sicut habet alia translacio, vitam exponit in inimicos expugnando ita ut pro eius sc. terre deffensione moriatur si contingat, et talis mors maxime honoratur cum sit pro conservatione iusticie et tuicione necessariorum ad vitam. postquam igitur tantum studium fit iuste et racionabiliter pro esca corporis, nonne omne studium est adhibendum, si pro suis liberis matre, pro suorum liberorum matre atque nutrice, ad quam i. in quam semen anime consumitur i. dispensatur, quid si i. si ita est q. d. immo multo forcius est omne studium adhibendum. et est ibi ordo preposterus in litera, cum dicit: ad quam semen anime consumitur quid si pro suis liberis etc. quasi diceret: si ita est pro corporis esca, ergo multo forcius pro matre filiorum in quam semen anime i. animati dispensatur* (Ferr.).

ordinem Graecis quidem verbis aptum ad sententiam correxit rec. Ven.: *ubi autem tanta fit cura pro corporis nutrimento, et multo magis pro filiis et matre et nutrice, ad quam anime semen consumitur, omne studium est faciendum.* — atque similiter iam factum erat in alia translatione sec. cod. Sorb., ubi sic: *a. l. quippe pro suorum filiorum matre ac nutrice, in quam anime semen dispensatur, omnis opera est adhibenda* (7).

73. *ad quam: al. l. in qua* 7.

suis liberis: a. l. suorum liberorum 7.

74. *hoc enim solo: per hoc solum scil. per generacionem sibi similis* gl. Helmst. 4.

75. *immortalitatis: sc. aliquid* 7.

et omnes peticiones: et subdit quod per hoc omnes peticiones et oraciones divum i. deorum paternorum permanent, quod potest dupliciter intelligi etc. (Ferr.)

divum: al. deorum 4 et 7.

divum: al. divine 7.

77. *itaque: sc. debet huiusmodi facere* 7.

78. *sacra mactavit: al.* (pro *i.*? cf. Ferr.) *sacrificia immolantur vel immolans* 7.

79. *ad honorem: sc. eius et suorum* 7.

ad honorem: ergo propter deos coram quibus sacra mactavit i. sacrificia immolavit, et uxorem duxit et se tradidit ipsi uxori ad honorem i. ad honorandum ipsam multo magis quam aliquem alium post parentes i. preter parentes quibus debetur honor et reverencia subiectionis propter deos (Ferr.).

84. *prudentem: sc. virum* 4 et 7 (inde in textu ed. *prudentem virum*).

ignorare: sc. honores gl. Helmst. 4 (eadem gl. in 7 ad v. 85 *qui*:).

85. *uxori: sc. competunt* 7.

86. *iustus: al. l. honestus* 7.

magis: vel maxime 7.

88. *aliorum: al. l. ex aliis* 7.

quid: al. l. quis 7.

libenter acceperit: quod non tantum gaudebit de datis licet multa sint, qualiter dolebit de ablatione suorum iniusta. (Ferr.)

89. *uxori ad minus* (ita 7): *al. virum* 7.

90. *societas: sc. proprii viri* gl. H. 4.

91. *qualemcunque: sc. mulierem* 7.

92. *degeneribus: al.* (pro *i.*) *vilibus* 7 (cf. v. l. ad h. l.).

94. *de hiis: sc. si faciat ea* 7.

95. *iure* (ita 7): *al. viro* 7.

decet: sc. virum gl. H. 4.

cum honestate: al. l. composite 7 (cf. v. l. ad h. l.).

cod. Sorb. alius translationis, quam hic quoque ex quadam parte sequitur rec. Veneta, hanc habet in margine lectionem (certis tamen singulorum versuum litteris recisis mutilam): *al. l. habendum vero mu-*

lieri su .. honeste ac modestia .. et pudore sermones et ... exhibentem. bene habentis et .. pudici. multa mansuet .. fidelitate utentem in n .. modicorum peccatorum indul .. habentem.

cf. rec. Ven.: *appropinquare autem decet uxori ordinate et multa modestia et pudore. verba etiam et communicationem tribuentem ei qui bene habet ac liciti operis et honesti multa mansuetudine et fidelitate utentem. eorum autem que non sponte et parvorum peccatorum indulgentiam tribuentem.*

96. *timore: al. l. pudore* 7 (ita rV.).

dando verba etc.: *dando verba communicacionis eius qui bene habet i. verba hominis bene se habentis et temperate, ac liciti operis et honesti i. licite et honeste operantis, cum multa modestia et fide utendo uxore quasi diceret quod verbis curialibus et honestis ... debet ab uxore consensum illius actus requirere.* (Ferr.)

98. *parva quidem* etc.: *alia tamen translacio* (cf. rec. Ven. cit. ad v. 95) *habet invitorum et modicorum peccatorum indulgenciam habentem. et tunc est clarior sentencia.* (Ferr.)

99. *sine verecundia et pudore: et ad hoc concordat alia translacio que habet absque vituperio et dedecore.* (Ferr.)

moneat: sc. uxorem gl. H. 4.

moneat: sc. eam ut caveat 7.

103. *qua: sc. specie* 7.

104. *compositi: i. virtuosi* 7.

καὶ ὀμμάτων λιπαρότης· καὶ τὸ ἀνεσπᾶσθαι τὸ γένειον πρὸς τὴν ῥῖνα, καὶ περιφέρειαν κοίλην ἔχειν τὸν τόπον τὸν μεταξὺ τῆς ῥινὸς καὶ τοῦ γενείου, οἷον εἶχε Σωκράτης ὁ καλός (nota bene!). καὶ οἷς ὑγροὶ οἱ ὀφθαλμοί, οἱ τοιοῦτοι λάγνοι, καὶ οἷς ἡ φλέψ ἐν τῷ βραχίονι, καὶ οἱ ἠρινοὶ (sic. fort. νεύρινοι, cf. Ar. p. 810, 30) τὰς κνήμας.

milibus capillis. oculos habebunt pigriores humidos, crura tenuia nervis intenta atque hispida, ventrem pinguem, mentum reflexum, nares ita ut inter nares et mentum cava sit quaedam planities. et quibus vena in brachiis est, et qui in palpebris capillos raros et defluentes habent.

(20) φίλυπνοι οἱ τὰ ἄνω μείζω ἔχοντες καὶ γυπώδεις (corr. ὀγκώδεις. cf. Ar. 810b 15) καὶ θερμοί, εὐεκτικὴν σάρκα ἔχοντες. [(21) λάλοι οἱ τὰ ἄνω μείζω ἔχοντες suppl. ex Pol. ep.] καὶ γλαφυροὶ τὰ εἴδη καὶ δασεῖς τὰ περὶ τὴν κοιλίαν (p. 808b6—9).

λάλου σημεῖα. οἱ τὰ ἄνω μείζω ἔχοντες καὶ γλαφυροὶ τῷ εἴδει καὶ δασεῖς τὰ περὶ τὴν κοιλίαν.

φιλύπνου σημεῖα. οἱ τὰ ἄνω ἔχοντες μείζω καὶ ὀγκώδεις (ed. male ὑπνώδεις) καὶ θερμοὶ καὶ εὔεκτον σάρκα ἔχοντες.

loquaces sunt qui superiores partes corporis multo maiores habent quam inferiores ab inguine, qui vultus habent [intell. γλαφυρούς] — *superius autem expositum est hoc nomen* (cf. sub ἐλεήμονες) —, *qui ventrem hispidum habent.*

(22) μνήμονες οἱ τὰ ἄνω ἐλάττονα ἔχοντες καὶ γλαφυρὰ καὶ σαρκωδέστερα (p. 808b 9—10).

quibus memoria viget superiores partes corporis minores habent, easdem etiam sicciores.

(23) φθονεροῦ σημεῖα. οἱ τὰ ἀριστερὰ μείζω ἔχοντες καὶ οἷς αἱ ὀφρύες ἐπὶ τὰ βλέφαρα καθήκουσιν.

(cf. Arist. apud Anon. cod. Leod. f. 56a).

His addenda est quae sequitur apud anonymum latinum cinaedi figura ad Aristotelem auctorem et ipsa pertinens, non ad Polemonem (q. v. p. 290 *ἀνδρογύνου σημεῖα*), licet ab Aristotelica descriptione, quae nimis nunc exilis habetur, mirum quantum recedat.

(9) *Κιναίδου σημεῖα. ὄμμα κατακεκλασμένον· γονύκροτος· ἐγκλίσεις τῆς κεφαλῆς εἰς τὰ δεξιά, αἱ φοραὶ τῶν χειρῶν ὕπτιαι καὶ ἔκλυτοι, καὶ βαδίσεις διτταί ἡ μὲν περινεύοντος ἡ δὲ κρατοῦντος τὴν ὀσφύν, καὶ τῶν ὀμμάτων περιβλέψεις· οἷος ἂν εἴη Διονύσιος ὁ σοφιστής* (p. 808, 12—16. cf. Anon. cod. Leod. f. 41[b]).

Cinaedi aut quos quidam dicunt (album in cod. Ox., supplendum videtur *ἀνδρογύνους*) *ita sunt: inclinato ad latus capite, coniunctis scapulis, qui extollunt calcanea, qui plerumqae iunctos habent pedes, quum loquuntur qui glauciunt aliquatenus ut oves, qui narem suam respiciunt et qui narem digitis suis dirigunt atque fingunt, qui quod aut ipsi sputant aut alii sollicite calcant et obterunt, qui saepe inspiciunt partes eas sui corporis quas pulcriores sibi habere videntur, qui frequenter subrident loquentes, qui vocem tanquam perfractam habent, qui supercilia seiuncta, qui demissum superius cilium ita ut inferius occupetur, quibus salientibus etiam scapulae prosiliunt, qui movent corpus ut mulieres, qui brachia perversa habent et qui tunicam circa lumbos tendunt, qui quum rident clamant et qui frequenter manus aliorum apprehendunt.*

Sequuntur alia in Polemonis epitoma additamenta Aristotelica de signis (p. 302—5 Fr.).

1. *Ὅσοις ὁ σπόνδυλος ἐξέστηκε κατὰ τὴν συναφὴν τοῦ τραχήλου, ὑβρισταί. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς.*
2. *Οἱ τῶν χειλῶν τὸ κάτω τοῦ ἄνω προβεβλημένον ἔχοντες βλάκες μετέωροι* (*μωροί* Ar.) *ἀσθενεῖς μοχθηροί. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους* (Ar. p. 811, 24).
3. *Οἱ τὴν ῥῖνα ἄγαν πλατεῖαν* (*ἀκρόθεν παχεῖαν* Ar.) *ἔχοντες δειλοί* (*ἀναισθητοί* Ar.). *ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς* (p. 811, 29).
4. *Οἱ τὴν ῥῖνα ἄγαν βραχεῖαν* (*ἄκραν παχεῖαν* Ar.) *ἔχοντες ῥάθυμοι. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς βοῦς* (p. 811, 28), *ἢ* (vulg. *Οἱ*) *τῶν ὀρνίθων τοὺς πλατυρύγχους.*

5. [Οἱ] τὴν [ῥῖνα] εὐθεῖαν ἔχοντες πρόγλωσσοι. ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ καὶ τὰς ῥῶνας (sic corrupte legitur. corr. χῆνας).

6. Οἱ τὴν ῥῖνα βραχεῖαν καὶ σιμὴν ἔχοντες κλέπται καὶ λάγνοι. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἐλάφους καὶ τοὺς ἀγρίους ὗς (p. 811^{b}2).

7. Ὅσοις μυκτῆρες πεπταμένοι καὶ σιμοί, θυμώδεις. ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ πάθος τὸ ἐν τῷ θυμῷ γινόμενον (p. 811^{b}3)· ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐπὶ τῶν γεννάδων ἵππων.

8. Οἱ τὸ πρόσωπον σαρκῶδες ἔχοντες ῥάθυμοι. ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ θῆλυ καὶ τοὺς βοῦς (p. 811^{b}4).

9. Οἱ τὸ πρόσωπον ἄγαν ὀστῶδες (τὰ πρόσωπα ἰσχνὰ Ar.) ἔχοντες ἐπίπονοι (ἐπιμελεῖς) καὶ δειλοὶ (οἱ δὲ σαρκώδη δειλοί Ar.) καὶ ψυχροί. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους καὶ πιθήκους καὶ ἐλάφους (p. 811^{b}6).

10. Οἱ τὸ πρόσωπον ἄγαν μικρὸν ἔχοντες κακοῦργοι. ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὄνους.

11. Οἱ τὸ πρόσωπον μικροπρεπὲς ἔχοντες μικρόψυχοι ανελεύθεροι (p. 811^{b}12 et ^{b}8). —

Reliqua ad Aristotelem nil pertinent.

Anonymi excerpta miscella ex Aristotelis physiognomonicis.

(cod. Leod. 77 f. 54^a—57^b. cod. Oxon. Ashmol. 399 f. 10^b—12^a.)

Nunc repetenda sunt, ut supra proposuimus, quae proprie Loxus seu Aristoteles posuerunt vel aliter interpretati sunt, quamvis etiam locis suis aliqua adiunxerimus. quae enim Polemon dixit et consentanea sunt reliquis auctoribus propemodum prosecuti sumus.

Loxus tres oculorum colores optimos constituit . . . (f. 52^b—54^a).

Aristoteles (811^{b}34) *dicit, quum frons compressior fuerit ad caput, et nares in origine sua prope simae*[1]) *sunt, liberales esse et referri ad leonem. Idem dicit eos qui supercilia obducunt, pupillas*

Ex glossis interlinearibus codicis Leodiensis: 1) *sime: depresse ut caprarum.*

autem superius tendunt atque omni vultu summisso sunt, esse quidem inhoneste blandos et referri ad canes. **Idem** (811b36) *dicit eos qui vultu omni tranquillo, pari modo blandos esse et hos ad | canes referri.* f. 54 b **Idem** (811, 34) *dicit, quibus origo narium tenuis est impudentes esse: referri ad speciem corvorum.*

Aristoteles (811b23) *dicit promptos satis oculos inertes esse: referri hos ad asinos.* **Idem** (812b6) *dicit oculos caprinos* (sic L, *rapinos* O, *οἰνωποί* Ar.) *libidini esse deditos: referri hoc ad caprum.* **Idem** (812b11) *dicit, qui rotundiores oculos splendidosque gerunt insatiabiles esse veneris, ut galli.*

Aristoteles (812b24) *dicit animosos eos esse quorum post primam iuventutem genae duriores et nudae sunt, extimum autem mentum barba est obsitum.* **Idem** (813b5) *dicit eos qui voce ita intendunt ut proxime caprino balatu eam exasperent, furiosos esse in venerem: referri hoc ad capras.*

Aristoteles (811, 17) *dicit insidiosos qui brevem habent cervicem tanquam si infulciat*2) *cetero corpori, et quibus subsannatio vel aspiratio est narium et concussio prima | vultus ac reducti oris, ut in* f. 55 a *risu solet fieri vel certe quum indignatione concepta sermone utimur: ut est ille sermo* (*ut Vergilius* O) *in bucolicis* (8, 30) «*Mopse, novas incide faces: tibi ducitur uxor. sparge, marite, nuces: tibi deserit Hesperus Oetam*». *et status oris vel motus corporis esse dicitur hoc vultu, qui*3) *frequentes sunt absque indignatione. igitur Aristoteles prohibet contingere ea loca*4) *quae non oportet* (sic in utroque cod.). **Idem** (812b34) *dicit, quotiens torus in fronte est superpositus* (*-tis* L) *superciliis, inquietos esse ac furiosos.*

Aristoteles *dicit eos qui colorem varium habent tanquam lente*5) *aspersum, vitam turpem facta turpia exercere, tam mulieres quam mares.* **Idem** *dicit imperitos ac rusticos esse qai quum incedunt brachia inferunt et immoderate commovent et qui calcaneis innituntur.* **Idem** *dicit eos quibus parvum est veretrum atque siccum mulieribus esse | deditos, et quibus etiam quum non intenditur rectum est, et qui* f. 55 b *feminis proximos habent vultus et ceteram corporis speciem. masculis autem esse deditos*6) *qui corpore et vultu sunt virili, et qui alterum ex oculis habent glaucum. ita et de mulieribus dicit, mulieres coire cum*

---

2) *infulciat: incumbat.* — 3) *qui: status vel motus.* — 4) *ea loca: ut culi cunni et talium.* — 5) *lente: lens. lentis. genus leguminis.* — 6) *masculis autem esse deditos: nota sodomiticos.*

mulieribus quarum species est muliebris, masculis autem magis deditas quae[7]) magis ad virilem speciem respondent. Qui virilia habent magna laneaque[8]) stolidi sunt. Idem dicit eos qui quum ambulant calcaneis introrsum pedibus autem forinsecus conversis incedunt posteriora[9]), sectari. Idem dicit a tentantibus se facilem[10]) esse qui in alios turpis est, qui vultum gerat femininum, et qui nigrum quod est intra oculum aliquanto pinguius habeat, et qui laevum oculum glaucum gerat.

Aristoteles dixit sensibus esse eos tardiores quorum crura in-
f. 56a curva sunt, quos | certum est detractione potius delectari: sunt enim otiosi homines convenientes ad locum certum ineptisque narrationibus studentes. Et stolidos Aristoteles dicit esse quibus aures magnae et ad vultum conversae sunt pedesque in modum falcium recurvi, quorum voci insonant nares, et quorum lacerta tumida sunt ac recurva, et quorum genua introrsum retracta sunt. Idem dicit colorem plumbo similem et qui distinctus est maculis rotundis omnemque sordidum colorem cutemque crassam ac rugosam, rotundum ventrem et prominentem, quibusque caro durior est, et quibus surae crassae atque nervosae sunt, et quibus vultus naresque crassae sunt: stoliditatis omnia haec esse indicia. Deinde Aristoteles (= Ar. in epit. Polem. 2, 20) dicit invidos esse qui sinistras partes maiores habent, et quibus super-
f. 56b cilia ad oculos detracta sunt. Idem (811, 26) dicit, | ubi ea pars quae supra gingivas et oram labii superioris est eminet, id est medietas eius spacii quae inter nares est oramque labii superioris (haec inde ab id est om. Ox.), maledicum designari. Idem (808, 32 cf. Ar. in Pol. epit. 2, 16) dicit maledicos esse quibus labium altum superius est, vultus pronior hispidus subrubeus. Idem dixit suras quum retractae sunt ad genua vel suffragines indicare hominem qui ad coitum facilis sit et velox.

Aristoteles (810, 35) dicit femur quum nimia carne circumdatum est femininum potius videri, siccis solidisque ossibus virtuti assignari. Idem (812b13) dicit quum hispida nimium sunt femina et curva, pronos in venerem ostendere: refertur hoc ad capros. Idem (810b1) dicit nates sicciores viriles esse, nates amplis carnibus effeminatum ostendere, nates autem tanquam abscisas malignitatis esse signa: refertur hoc ad ursum et simiam. Idem (cf. Ar. 808, 31 γαλεαγκῶ-

7) cod. Leod. legit *vel quae* cum falsa explicatione: *sc. illis rebus.* — 8) *lanea: mollia.* — 9) *posteriora: canino more.* — 10) *facilem: ad agnoscendum.*

νες) dicit | *pantomimis et aleae deditos esse qui brachia ab humero* f. 57a
usque ad cubitum (ita O, *caput* male L) *breviora habent quam est spatium ab humero usque ad caput summum. Isdem* (codd. male *Idem*) *vitiis attineri dicit eum qui femina parva, crura autem habet longiora. Idem dicit tristes esse quibus vultus omnis rugosus est.*

Aristoteles (813b7) *dicit parva corpora velocia.* (813b11) *quum gitur sicca caro est in parvo corpore colorque calidus* (codd. *candidus*), *inefficacem esse:* (813b16) *quum vero magno corpori caro mollis est vel color est frigidus, inefficaces sunt. color autem calidus niger est, subniger, ignitus, rubeus: color frigidus albus est: medius inter nigrum et pallidum habetur. et calidi coloris signum, ut supra dictum est, meridianae plagae, frigidi septentrionali attributum est. rursus* (813b20) *quum corpus parvum molli carne circumdatum est* | *et colo-* f. 57b
rem ex frigidioribus sortitum est, facile perficit coepta et est efficax: (813b23) *corpus autem magnum quum sicca carne circumdatum est et colorem ex calidioribus sumpsit, efficax est vigetque sensibus.*

Haec sunt quae apud Loxum et Aristotelem notanda esse credidimus, quae etiam a Polemone vel non dicta vel aliter dicta esse perspeximus. in ceteris enim propemodum omnibus hi tres auctores sibimet consentiunt.

Quae supra iam locis suis pauca adiunxerat haec sunt Aristotelis:

1. (cod. Leod. f. 38a): *Aristoteles huiusmodi oris homines id est concavi* (cf. Polemo p. 252 = Ad. 400: *στόμα κοῖλον καὶ ἔμβοθρον*) *libidinosos magis ostendit.*
2. (cod. Leod. f. 41b): *Aristoteles* (808, 13) *etiam ad dexteram partem declinationem capitis cinaedis attribuit.*
3. (cod. Leod. f. 47a): *Aristoteles addit etiam hos esse versutos qui habent inflexa supercilia, sicut sunt in personis senum comicorum.*

[De Ar. f. 46a citato in ipsa huius de physiognomonia opusculi editione dicetur.]

Addenda.

Ad p. 3 not.: de auctore tertii rhetoricorum cf. nunc Sauppe: Gött. Nachr. 1863 p. 72.

Ad p. 10: nuper quum schedulas meas Mediolanenses perlustrarem, sero adverti hanc ipsam Hesychii vitam haberi in cod. Ambros. R 117 sup. ch. s. XV, cum Herennii expos. in Ar. metaphysica, Barlaami logica aliisque. incipit *Ἀρ. υἱὸς νικομάχου καὶ φαιστιάδος. ὁ δὲ νικ. ἰατρός* ... des. *περὶ μεθόδου.* ad finem adiecti sunt iidem quatuor versus de Aristotele qui apud Menagium, atque idem etiam titulus est: *Ἀρ. βίος καὶ συγγράμματα αὐτοῦ.*

Ad p. 22: delendus est titulus *ἀστρονομικόν* no. 43. v. infra ad p. 254.

Ad p. 39 (fr. 11): hunc Syriani locum quem ego tacite (*σύνεσιν* pro *σύνθεσιν* etc.), dedita opera nuper correxit Bernays: Rhein. Mus. N. F. 18, 149.

Ad p. 43: hic fortasse inserendum erat fr. (15a) sedis incertae 170 de mundi principio uno (p. 185).

Ad p. 61 (fr. 37): de Eudemi fragmento Plutarcheo post Bernaysium cf. Sauppe: Philologus XIX, 580.

Ad p. 66 v. 19: cf. fr. de Pyth. 9, non 8. ita et postea in numeris fragmentorum citandis nonnunquam peccatum est. nam quum seriem fragmentorum numerosque appositos varie postea mutarem, numerorum in ipso textu corrigendorum hic illic oblitus sum. ita p. 103 v. 17 citandum erat reip. Athen. fr. 19, non 18 — item p. 155 v. 27 Syracus. polit. fr. 5 (id est polit. fr. 200), non 6 — p. 230 v. 11 *π. δακ.* fr. 15, non 11.

Ad p. 89 v. 3: nisi potius *Ἔκπωλον* finxit ipse Photius *Ἐκπώλου* putans ea quae essent *ἐκ Πώλου*: eum enim similiter saepe in indice illo peccasse notum est.

Ad p. 115 (fr. 86): cf. Spengel, die Herculanensischen Rollen: Philologus Suppl. t. II p. 513.

Ad p. 156 (fr. 128): hoc scholium, quod ipse in codice Veneto quum alteram partem a Villoisono omissam exscriberem, festinans relegere neglexi, ex codice olim dedit Mehler: Rhein. Mus. N. F. VII 1850 p. 145. cf. etiam R. Wachsmuth, de Aristot. studiis Homericis. Diss. inaug. Berol. 1863 p. 36. unde hoc potissimum notandum est in codice revera scribi *καὶ εἰ μήτις ἔλεγε*, non *μάρτυς ἔλεγε* sicut male (ut saepe) legit Villoison. itaque sic legitur: *διατί ὁ Κάλχας εἰ* (corr. ὃ, ut recte Wachsmuth) *μὲν οὐδὲν ἦν τέρας τὸ γενόμενον . . . οὐκ ἔδει δὲ ἀναμνῆσαι· εἰκὸς γὰρ ἦν ὑπολαβεῖν καὶ εἰ μήτις ἔλεγε. καὶ* (*κἂν* corr. W.) *τότε ἀξίως ἔλεξε τοῦτο*, (*ἠπόρηται* scil.) *ὅτι οὐδὲ ἀπέδωκεν ἂν εἴη* (corr. *ἃ ἀνύει* vel *ἃ νοοίη* vel *ἃ ἂν εἶα* vel tale quid: non sufficit enim *τί ἂν εἴη*, ut W.) *τὸ τέρας . . . βραδύτητος* (*βραδυτῆτος* habet cod.) *σημεῖον . . , ἐλήφθη δὲ ἐν* (non *οὖν*, ut Vill.) *ἔτεσιν ἐννέα . . .*

Ad p. 185: fr. 170 videtur esse dialogi de philosophia. cf. supra ad p. 43.

Ad p. 201 (fr. 182): Hieronymi haec sunt quae in multis medii aevi codicibus feruntur seorsim scripta (vel inter *sententias philosophorum*, velut in cod. Leod. 77 sec. XII f. 3) *Enigmata Aristotilis.* ceterum pro quinto hoc est in Leodiensi: *Cum profectus fueris, retro ne respicias. id est proficiens in bono ne deficias.*

Ad p. 224 v. 26 (fr. 199): pro *ὑποπλασθῇ* legendum videtur *ὑποπιεσθῇ* (al. *ὑποπιασθῇ*).

Ad p. 248 (fr. 232 s. 11): facilis si litterarum quidem ductus respexeris (quanquam ita sane oritur urbs mediterranea quaerenti maritimam) huius loci emendatio fuit, quam sero vidi: *Ἰάπυξ. οὗτος ἐν Τάραντι Σκυλλητῖνος ἀπὸ χωρίου Σκυλλητίου, κατὰ* (*δὲ*) *Δορύλαιον τὸ Φρυγίας . . ., ὑπὸ δέ τινων φαραγγίτης* etc. scriberem *κατὰ δὲ Δορύλαιον Φρυγίας* ut venti nomen esset *Φρυγίας*, si nomini conveniret venti meatus: id quod non est. deest igitur nomen venti.

Ad p. 254 (fr. 236 et 237): de his fragmentis v. infra ad p. 285. titulus XLIII plane delendus est.

Ad p. 277 fin. alter zoicorum titulus quo utitur Apuleius *ἀνατομαὶ* leviter mutatus (*περὶ ζώων ἀνατομῆς*) reperitur apud eundem Apuleium (de magia 36), cuius verba (quae tantummodo citavi p. 312) quum Graeca ipsa verba revera extent in codice archetypo Florentino 68, 2 (Hildebrandi enim testimonium ad p. 523 positum et hic et infra ad p. 533 gratiose mihi nuper confirmavit Gustavus Krueger futurus Apuleii editor. Graeca eadem in altero etiam esse Florentino 29, 2 idem addidit), digna sunt quae adscribantur: .... *pro tua eruditione legisti pro-*

fecto Aristotelis περὶ ζώων γενέσεως περὶ ζώων ἀνατομῆς περὶ ζώων ἱστορίας *multiiuga volumina, praeterea problemata innumera eiusdem, tum ex eadem secta ceterorum, in quibus id genus varia tractantur. quae tanta cura conquisita si honestum et gloriosum illis fuit scribere, cur turpe sit nobis experiri? praesertim quum ordinatius et cohibilius eadem Graece et Latine adnitar conscribere et in omnibus aut omissa anquirere aut defecta supplere.*

Ad p. 285: ante titulum περὶ ὀρνίθων inseras haec:

(254 a)

Apud Solinum de Africa eiusque belluis narrantem Aristotelis mentio a Plinio aliena reperitur inter ipsa Pliniana, quam quum antea sprevissem, nunc ubi monente Trendelenburgio diligentius quaesivi, ad ipsa etiam zoica Pseudaristotelis referendam esse existimo, utpote eius partis quae erat περὶ τετραπόδων unicum quod extet fragmentum:

Solinus c. 27, 12: *verum, ut ad Africam redeam, interna eius plurimae quidem bestiae sed principaliter leones tenent: qui, ut A r i s t o t e l e s perhibet, soli ex eo genere quod dentatum vocant vident protinus atque nascuntur.*

etenim observationis huius ratio qua μόνον leonem id proprium habere auctor narrat quod e. g. de elephante etiam expressis verbis Aristoteles posuerat (h. a. 6, 27: βλέπει εὐθὺς γεννηθείς), zoicorum scriptorem redolet grammaticum, quem *unica* talia venari solitum in multis fragmentis deprehendimus. cuius operis praeter Athenaeum vestigia multa gerunt Plutarchus et Aelianus (item Oppianus etc.) qui scientiae Aristotelicae compendiis ubique nituntur, non ipso Aristotele. quanquam hic quoque eadem manet dubitatio quam tetigi p. 277. quaeritur enim, quum plures extiterint de natura animalium ex Aristotele epitomae, utrum ad Aristophaneam aliasve referenda sint ea quae Aristotelis dicuntur quidem, non tamen leguntur apud Aristotelem, an ad hanc de qua agimus ignoti cuiusdam grammatici epitomam, quae sub ipso solo nomine Aristotelis antiquitus ferebatur, eam scilicet quam citant Athenaeus et Apollonius et Apuleius, id est ad libros ἀνατομῶν. Aristotele enim excerpto non ipso Aristotele plurimi veterum scriptores usi sunt, nec magis Plinius etiam qui Varronem Nigidium Trogum Fabianum Mucianum similiumque verba Latina exscripsit compilatorum omnium imprudentissimus atque levissimus*), ipsius unquam Aristotelis Graecos libros adhibuit: ad fontem enim

*) qui quomodo librorum quos legerat fragmenta excerpta postea consuere solitus sit, docere potest hoc exemplum:

recentiorem quem praedatur, non ad Aristotelem neque ad ipsius operam, pertinent verba compendium librorum Aristotelis de animalibus praefantis l. VIII s. 17, 43: *Aristoteles* (de leaena scil.) *diversa tradit, vir quem in his magna secuturus ex parte praefandum reor. Alexandro magno rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi delegataque hac commentatione Aristoteli summo in omni doctrina viro, aliquot milia hominum in totius Asiae Graeciaeque tractu parere iussa, omnium quos venatus aucupia piscatusque alebant quibusque vivaria armenta alvearia piscinae aviaria in cura erant, ne quid usquam genitum ignoraretur ab eo* (quam eandem ineptam fabulam atque e sola coniectura natam in Graecis vitae eius narrationibus tradi notum est). *quos percontando quinquaginta ferme volumina illa* (Aristotelis scilicet et Theophrasti aliorumque quae pseudepigrapha circumferrentur apud Alexandrinos) *praeclara de animalibus condidit. quae a me* (!) *collecta in artum cum iis quae ignoraverat* (!) *quaeso ut legentes boni consulant, in universis rerum naturae operibus medioque clarissimi regum omnium desiderio cura nostra breviter peregrinantes. is ergo tradidit leaenam* etc. en ipsa verba Graeci auctoris quae Plinius temere repetit, en ipsam Graeci cuiusdam περὶ ζώων opusculi praefationem, quam loco ineptissimo suis inserit mediisque rebus quae principii essent ipsique de leone disputationi!

Iam vero quod ad Solinum, qui praeter Plinium quem recoquit ex aliis etiam seculi primi auctoribus Latinis eisque qui ipsis Plinii fontibus uterentur nova haud raro addidit aut novos saltem testes quos Plinius

---

Plin. VIII s. 19, 48:	Solinus c. 27, 16:
credit Libya pervenire intellectum ad eos (leones sc.*) precum. captivam certe Gaetuliae reducem audivi multorum in silvis impetum a se mitigatum alloquio ausae* (sic) *dicere se feminam profugam infirmam supplicem animalis omnium generosissimi ceterisque imperitantis, indignam eius gloria praedam.*	*nec a misericordia separantur (leones) . . . Gaetulae etiam mulieris nomen Iubae libris comprehensum est, quae obtestata occursantes feras impunis rediit.*

audivi scil. ego Iuba, non ego Plinius! — similiter vel Plutarchus saepe (ἔτι νῦν i. e. aetate eius auctoris cuius narrationem repetit), de quo in superioribus passim monui (qualis recentiorum scriptorum vel illustrium incuriae hoc indico exemplum Plinio commune cum Plutarcho lapidis κατὰ τὰ Περσικὰ sec. Strabonem atque Anaxagorea aetate a coelo delati εἰς Αἰγὸς ποταμούς, quem proelii celeberrimi postea praesagium fuisse voluerunt: qui lapis *etiamnunc ostenditur* (Plin. 2, 59), δείκνυται ἔτι νῦν (Plut. Lys. 12).

omiserat*) et Varroniana nescio unde desumta, — cum eo de leonis catulis consentiunt qui eodem aperte fonte utuntur de Aegyptiis narrante quique ex Aegyptiorum sententia venerabilem esse leonem produnt utpote soli sacrum Plutarchus qu. conv. 4, 5, 2: *τὸν λέοντα τῷ ἡλίῳ συνοικειοῦσιν* (sc. *Αἰγύπτιοι*) *ὅτι τῶν γαμψωνύχων* (en *dentatum* genus Solini!) *τετραπόδων βλέποντα τίκτει μόνος* — et qui Democritum testem citat Aelianus n. a. 5, 39: *λέγει Δημόκριτος τῶν ζώων μόνον τὸν λέοντα ἐκπεπταμένοις τίκτεσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς* (sequuntur similia apud utrumque de somno leonum vigile). itaque si eadem quae Democriti libri Alexandrini apocryphi habebant, in Aristotelis compendium intulit Alexandrinus Zoicorum auctor (huic sane ita similia sunt quae ponit Solinus, ut vix credam hunc suo solo errore — quae quidem una relinquitur coniectura — Democriti nomen commutavisse cum Aristotele), iam perspiciemus rivulorum naturam quibus oceanum augebat iste. nam Aristoteles quidem non solum simile nihil de leone habet *μυθολογούμενον*, sed contrarium asserit, sicut *τὰ πλεῖστα σχεδὸν τῶν πολυσχιδῶν* vel *σχεδὸν πάντα*, leonem *τυφλὰ τίκτειν* de gen. an. 4, 6. 774^b13—16. cf. h. a. 6, 33. 580, 4 (cf. quoad singula animalia de canibus h. a. 6, 20. de leporibus 6, 33. de lupis 6, 35. de panthera et thoibus 6, 35). atque ex Aristotelis epitoma idem non solum tradit Plinius 10 s. 83 sed ubi puriore fonte utitur (qui ex alio fonte contrarium asseverat) Aelianus 4, 34.

Itaque si verisimile est narrationem illam de leone quam reddunt Plutarchus et Aelianus, ad Zoica pseudaristotelica recte referri cum Solino, ad eandem disputationem pertinere videbitur cuius partes essent quae supra de leone ex Aeliano item posui fr. 236 (*λέων δὲ μόνος* etc.) et fortasse etiam fr. 237 (Plinii): de quibus aeque olim dubitavi. iam igitur prorsus repudiandus est quem ex coniectura posui titulus XLIII: *Ἀστρονομικόν*.

Ceterum, quod nulla hic interest, Solini locus *in plerisque libris non habetur, in aliis extat*, ut ait Salmasius exercit. Plin. f. 229^c (ed. Traj. 1689), atque *in optimo codice Pauli Petavii senatoris Parisiensis haec verba ad marginem adscripta erant, ut monuit me v. cl. Iosias Mercerus.*

---

*) maxime in c. 1 et 2 ubi de Italia. cf. e. g. auctorum Latinorum testimonia Gellii 1, 8. Varronis 1, 17. 7, 12 (cf. Plin. 2, 231). 7, 27 (cf. Plin. 2, 230). 11, 7. 11, 30. 19, 3. 27, 4. Bocchi 1, 97. 2, 11. 2, 18. Catonis 2, 2. 2, 8. Sextii 2, 8. Antonii 2, 11. Liciniani 2, 11 et Granii 2, 40. Cosconii 2, 13. Heminae 2, 14. Caelii 2, 28. Crispi 3, 4. item plurium Cincii Pictoris Lutatii etc. 1, 21.

Ad p. 317 *περὶ μαλακίων* cf. Herm. Aubert, die Cephalopoden des Aristoteles (Zeitschrift für wissensch. Zoologie XII. 1862. p. 372—408).

Ad p. 328 col. 2, ubi citatur Plinius 8, 83: *mutae sunt (ranae) etiamnum in Seripho insula, eaedem alio translatae canunt, quod accidere et in lacu Thessaliae Sicandro* (sic) *tradunt.* corrige sic: *Nicander tradit* vel etiam lenius *Nicandro tradunt* (quanquam hoc quod historico conveniat qui referat quae *φασίν*, minus convenit poetae). Nicandri enim mentio, qui in indice auctorum libri octavi reperitur post Archelaum (cit. 8, 81), sic Plinio restituitur nunc desiderata. narraverit autem Nicander de ranis Thessaliae in libris *ἑτεροιουμένων*.

Ad p. 395 v. 14: immo quadraginta quinque, non quatuor. delendi enim sunt unci, quibus p. 405 *Λοκρῶν* reip. num. 36 inclusus est.

Ad p. 401 v. 8: ad Aristotelem fortasse eiusque politiarum opus celeberrimum a Latino quodam auctore sive conversum sive excerptum spectat hic Symmachi locus in epist. III, 11 ad Iulianum (ed. Io. Ph. Parei Neap. Nemetum 1617 p. 113): *non silebo alterum munus opusculi tui, quo prisca cuiusque reipublicae* (in margine haec adnotat editor: *ita mss. Fuld. Berlin. Bess. et Iur.* cf. ed. Iac. Lectii S. Gervasii 1601, ubi in textu male sic *quo priscam rempublicam civitatis huius*, in margine autem *v. c. rempublicam cuiusque*) *ex libro Graeco in Latinum transtulisti. arma ab Samnitibus, insignia a Tuscis, leges de larc Lycurgi et Solonis sumpseramus: tuus nobis posthaec addidit labor peregrina monumenta quae iam sui nesciunt. nunc vere civitas nostra populorum omnium parens facta est: docere potest singulos antiquitates suorum.*

Ad p. 470 v. 33 (fr. 451): legendum est cum Pflugkio *μικρὸν δόρυ* pro *μακρόν*. cf. Schol. in Eurip. ed. Dindorf. Oxon. 1863 t. I p. 29. Hesych. s. *σχέδιον*, *σχέδια*.

Ad p. 472 v. 10 (fr. 454) *πρὸς ἡμᾶς διόςκορον*: desideratur vocabulum quod exprimat *τὸν διαπορθμεύοντα* (cf. v. 21 et *intulisse* v. 25) potius quam *τὸν διδάσκαλον*: at nihil invenio (*διάστολον*?).

Ad p. 516 v. 22 (fr. 521): en accuratissimum huius scholii ex codice Rehdigerano (Vrat. A) apographum, quod debeo amicitiae operaeque Eduardi Lübbert nunc Vratislaviensis:

Διαγόρα νικήσαντι τὴν οθ ὀλυμπιάδα. τοῦτον δὲ τὸν διαγόραν οἱ ῥόδιοι ἑρμοῦ παῖδα φασί. πορευομένην γὰρ τὴν μητρῒ (sic) *αὐτοῦ εἰς ἀγρὸν καὶ ἀναπαυομένην πρὸς ἑρμαίῳ τινὶ μιγῆναι τὸν θεὸν ἐκ τούτου γενέσθαι τὸν διαγόραν. περὶ τοῦ διαγόρου εἶπε μὲν καὶ ἀριστο-*

τέλης. καὶ ἀπόλλας μαρτυροῦσιν ὅτι δυῶν (sic pro $\overline{\delta}$) πηχῶν καὶ $\overline{\gamma}$ ἦσαν δακτύλων ἠνέωχε (sic) δὲ καὶ δαμάχητον υἱὸν πρεσβύτατον τῶν παίδων. τετράπηχυν τὸ μέγεθος. τοῦ πατρὸς ἐλάττονα $\bar{\varepsilon}$ δακτύλων. ἔσχε δὲ καὶ ἄλλον ἀδελφὸν ἀκουσίλαον. θυγατέρων δὲ υἱοὺς εὐκλεέστατον. καλλιάνακτα καὶ πεισίρροθον. οὗτοι δὲ πολλὰς νίκας ἐκ τῶν ὀλυμπίων ἔσχον δέκα. ἐκ πυθίων δὲ ἔφη ὅτι παῖδες τούτων διαφόρους ἀγῶνας νικήσαντες καὶ περιβαλόντες τὸν ἀδελφὸν διεξῆλθον μακαριζόμενοι. ἀφ' οὗ ἡρακλῆς συνέθηκε τὸν ἀγῶνα μηδενί πω τοιαῦτα συμβῆναι. ὥστε καὶ τὸν πατέρα καὶ τοὺς υἱοὺς ὀλυμπιονίκας γενέσθαι ἡ θυγατὴρ καὶ τούτου ἦλθεν εἰς τὰ ὀλύμπια ἡ ὄνομα καλλιπάτρει. ἐκωλύετο δὲ ὑπὸ τῶν ἑλλανοδίκων γυνὴ οὖσα θεωρῆσαι τὰ ὀλύμπια. ἡδὲ ἠδὲ (sic) οὐχ ὁμοῖα ἔφη εἶναι ταῖ (sic) ἄλλαις γυναιξίν. ἔσχε γὰρ καὶ τὸν πατέρα διαγόραν καὶ τοὺς τρεῖς ἀδελφοὺς ὀλυμπιονίκας. δαμάγητον. δωρέα. ἀκουσίλαον. καὶ $\bar{\varepsilon}$ ἀ δελ$^{\varepsilon)\varepsilon}$ παῖδας εὔκλεα. καὶ αὐτῆς υἱὸν πεισίρροθον. καὶ τούτων εἰκόνα εἶναι ἐν ὀλυμπίᾳ οἱ ἑλλανοδίκαι. αἱ δὲ ἡσθέντες συνεχώρησαν αὐτῇ θεωρεῖν:

Ad p. 559 did. 4 (leg. κατὰ ὀλυμπιάδα ὀγδοηκοστὴν πρώτην ἔτει $\bar{\alpha}$) et 5 (leg. ὀλυμπιάδος $\overline{\pi\varepsilon}$ ἔτει $\overline{\beta}$, cf. cod. A. Vat. 909) — vid. Schol. in Eurip. ed. Dindorf. IV, 86.

Ad p. 595 (fr. 608): quod in vita Marciana legitur sic supplendo corrigit Robbe: ἐπεὶ δὲ τὰ αὐτὰ καθήκοντα οὐκ ἦν πολίτῃ καὶ ξένῳ. ait autem in magine codicis scribi τὰ αὐτὰ καθήκοντα, quod ego quidem (16 Maii a. 1857 quum vitam hanc ex codice Marc. 257 Venetiis describebam) non enotavi: verum paulo post in verbis quibus ipsis finitur pagina τὸ Ἀθήνησι διατρίβειν ἐργῶδες vocabulo Ἀθήνησι subscriptum legitur αὐτά.

Ad verba auctoris de Nilo p. 639: *videntur enim aquae factae per tempora haec a cane usque ad arcturum multae et abundanter, hieme autem nullae. et fluctus nutriuntur, cum crescunt in ipsis. et propter hoc simul annualibus* (i. e. *etesiis*) *advenit fluvius: isti enim nebulas maxime ferunt in regionem et quicunque alii venti fiunt aestivales ante hos. quibus offendentibus ad montes* ***defluunt aquae ad stagna per quae fluit Nilus.***

cf. Ptolemaeus geogr. IV, 8, 3: τοῦτον μὲν οὖν τὸν κόλπον περιοικοῦσιν Αἰθίοπες ἀνθρωποφάγοι, ὧν ἀπὸ δυσμῶν διήκει τὸ τῆς Σελήνης ὄρος, ἀφ' οὗ ὑποδέχονται τὰς χιόνας αἱ τοῦ Νείλου λίμναι (cf. ib. IV, 7, 123: εἶτα καθ' ὃ ἑνοῦται ὁ Νεῖλος ποταμὸς ἀπὸ τῶν ῥεόντων ποταμῶν ἐκ τῶν ὑποκειμένων δύο λιμνῶν).

itaque quod nuper demum de reperta Nili origine nuntio allato

primos vidisse accepimus Anglos duos Speke et Grant, hoc primorum iam Ptolemaeorum aetatis florentissimae inventum fuit mox ingruente denuo barbarie obscuratum. etenim sicut posteriorum fere auctorum atque Romani imperii litterae omnes priorum Alexandrinorum copiis nutriuntur qui per duo paene ab Alexandri morte secula novo cum ipsa scientia studiorum ardore oborto ipsi speculati inquisiverant, ita quod de Nili stagnis tradiderant Theophrasti aequales (inter quos auctor de Nilo Pseudaristoteles) Ptolemaeus post quinque fere secula repetiit ignaris iam hominibus et mirantibus: quibus diu renatum erat problema illud de Nilo abhinc denuo ad haec nostra tempora celeberrimum, quod *οὐκέτι πρόβλημα* erat Aristotelis discipulis (cf. supra fr. 229), quod procul abire iusserat Eratosthenes ita locutus *οὐδὲ ζητεῖν χρῆναι αἰτίαν τῆς αὐξήσεως τοῦ Νείλου, σαφῶς καὶ ἀφικομένων τινῶν εἰς τὰς τοῦ Νείλου πηγὰς καὶ τοὺς ὄμβρους τοὺς γινομένους ἑωρακότων.*

Ad p. 622: inter dubia exhibendus erat (13a) (quamvis ter recurrat nomen Aristotelis errore quodam positi — cf. in simili causa paulo ante citata Eratosthenis auctoritas 3, 28) geminus locus Sexti empirici adv. math. 3, 57 (et adv. dogm. 3, 412): *ἀλλ' ὅ γε Ἀριστοτέλης . . . φησὶ μὴ ἀδιανόητον εἶναι τὸ ὑπὸ τούτων* (sc. *τῶν γεωμετρῶν*) *λεγόμενον μῆκος ἀπλατές, ἀλλὰ δύνασθαι χωρὶς πάσης περισκελείας εἰς ἔννοιαν ἡμῖν ἐλθεῖν. ἵστησι δὲ τὸν λόγον ἐπί τινος ἐναργεστέρου ὑποδείγματος καὶ σαφοῦς. τὸ γοῦν τοῦ τοίχου μῆκος, φησί, λαμβάνομεν μὴ συνεπιβάλλοντες αὐτοῦ τῷ πλάτει, διόπερ ἐνέσται καὶ τὸ παρὰ τοῖς γεωμέτραις λεγόμενον μῆκος χωρὶς πλάτους τινὸς ἐπινοεῖν, ἐπείπερ ὄψις τῶν ἀδήλων ἐστὶ τὰ φαινόμενα, πλανώμενος ἢ τάχα κατασοφιζόμενος ἡμᾶς . . . προὔκειτο δὲ τῷ Ἀριστοτέλει παραστῆσαι οὐχ ὅτι τινὸς πλάτους ἀμοιρεῖ τὸ κατὰ τοὺς γεωμέτρας λεγόμενον μῆκος, ἀλλ' ὅτι παντὸς ἐστέρηται πλάτους· ὅπερ οὐκ ἀπέδειξεν.* pertinuisse enim haec ad dialogum de bono (fr. 23a) vix equidem crediderim.

Dum haec ultimarum paginarum Addenda imprimuntur, editur novum Bernaysii opusculum (Die Dialoge des Aristoteles. Berl. 1863), quod ut fere solent scripta Bernaysiana, etsi summam rei quam tuetur gnaro non probet, tamen et expositionis artificio et inventorum novitate quodammodo delectat. in quo quum vulgaris atque antiquitus receptae de titulorum Alexandrinorum auctoritate opinionis quae nullo fundamento nititur patronus ille extiterit, ita ut meum quidem librum olim editum nec legisse totum videatur neque intellexisse nec novam de litterarum Peripateticarum historia sententiam rerumque momenta recte aestimasse,

insunt tamen quae meis post Addenda addam haec quae statim sequuntur. ipsa autem fabulae Bernaysianae commenta atque lenocinia nihil moror: sibi enim quisque scribit.

De exotericis sermonibus quos vocat Aristoteles quibusque ipsius eum dialogos citasse praeter veri speciem fingit Bernays — hoc enim totius disputationis debile sane fundamentum est — ego nihil muto (cf. de Ar. libr. p. 104 sq. supra p. 25): significantur enim scholae Platonicae sermones quales de certis philosophiae locis habebantur multorumque etiam scriptis dialogis editi erant, Platonicorum igitur disputationes omnibus qui philosophiae operam darent notae, non Aristotelis dialogi (διοριζόμεθα polit. 3, 6 ut notum illud in metaphysicis τίθεμεν τὰ εἴδη et similia Bon. p. 109). atque hac quidem ratione iidem sane sunt (id quod l. c. exposui) οἱ ἐξωτερικοί, οἱ ἐν κοινῷ γιγνόμενοι, οἱ κατὰ φιλοσοφίαν λόγοι, eadem τὰ ἐγκύκλια φιλοσοφήματα, ex eisdem denique — sic enim me ipsum libenter et corrigo et suppleo, cf. de Ar. l. p. 109 et supra p. 79 — qui ipso verbo *editi* dicuntur poet. c. 15 οἱ ἐκδεδομένοι λόγοι de poeticis Platonicorum.

Nec magis in ceteris quae olim scripsi, praeter levicula quae in hoc opere partim tetigi, vel nunc video quod corrigam, duobus fere locis exceptis qui maioris momenti sunt, de mirabilium libro altero de quo accuratiora dixi supra p. 280, altero de Pseudoplutarcheo illo pro nobilitate, cuius in superioribus mentionem nullam invenies. haesitationes enim illas de libri huius origine aliunde natas atque nimis confidenter olim contra Wyttenbachium (qui rectum recte dixit p. 970. cf. 962) prolatas, dudum ipse reieci qui bene noverim Plutarchi hoc *pro nobilitate libri fragmentum Arnoldo Ferrono Burdegalensi regio consiliario interprete* non ab ipso quidem Ferrono, at ab Italo quodam philologo seculi XV (quo de nobilitatis celebri hoc argumento scripserant etiam Poggius et Platina) ex Stobaei codicibus vulgaribus qui auctorum nominibus (sicut in editione Trincaveliana) saepe carerent (ita 88, 2—11. 13. 86, 25. cf. Ps. Plut. c. 15. 14. 18), Graece compositum atque consutum fuisse, quod quasi genuinum fetum Latine vertit Ferronus (Lugd. 1556) sicut alios libros Plutarcheos*), quorum exemplaria**) amico partim debuisse

*) *contra Coloten* L. 1555, *eroticum* et *de Ei* L. 1557. cf. Catal. bibl. Thuanae 1704. II p. 8, Fabric. B. G. 5, 225. 224. 221. quas versiones collectas habes in Plut. operum moralium ed. lat. Par. 1566 t. III. de aliis cogitavit cf. Comm. in consuetud. Burdigal. L. 1585 p. 158. idem vertit Ar. de Xenophane Zenone Gorgia L. 1557.

**) praeter alia multa manu scripta, cf. Comm. p. 74. 255. habebat

videtur Iul. Caes. Scaligero, qui et carmina ad Atticum suum dedit multa et nomine eius praefationes scripsit*). ipsum autem ut videtur Ferroni exemplar Graecum (membr. sec. XV) olim Hafniense una cum apographo Moshemiano atque Wolfiano ex bibliotheca Wolfiana etiamnunc extans m. Nov. a. 1854 repperi in bibliotheca publica Hamburgensi (cod. Gr. philos. qu. 2), paulo post quam liber meus typis expressus est.

Iam vero quae addenda Addendis videbantur haec sunt:

Ad p. 23: de sermone dialogorum plano suavique citari poterant Quint. 10, 1, 83. Dionys. Hal. V p. 430. David in categ. p. 26^b35 (B. p. 136).

Ad p. 38: ad dialogum de philosophia pertinere ait Bernays (p. 98) hunc Sexti locum a me consulto omissum, in quo Aristotelis nomen sive ipsius errore male memoris sive eius quem sequitur positum est pro Platone, cuius celeberrimi erant *οἱ τοῦ ὅλου στασιῶται . . . Μέλισσοί τε καὶ Παρμενίδαι* e Theaeteto p. 180—81. ita quidem ille adv. dogmat. 4, 46: *μὴ εἶναι δὲ* (sc. *κίνησίν φασιν*) *οἱ περὶ Παρμενίδην καὶ Μέλισσον, οὓς ὁ Ἀριστοτέλης στασιώτας τε καὶ ἀφυσίκους κέκληκεν, στασιώτας μὲν ἀπὸ τῆς στάσεως, ἀφυσίκους δὲ* (qui per *ἐπεξήγησιν* additi erant in Sexti fonte) *ὅτι ἀρχὴ κινήσεώς ἐστιν ἡ φύσις ἣν ἀνεῖλον φάμενοι μηδὲν κινεῖσθαι.*

Ad p. 38: inserendum est dialogi de philosophia fr. hoc (B. p. 47. cf. 46)

10 b.

Ioannes gramm. c. Proclum de mundi aet. II, 2. Ven. 1535 f. B, 1^b: *καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Πρόκλος ἐν πολλοῖς τε ἄλλοις τὴν τῶν φιλοσόφων* (Platonis et Aristotelis) *διαφωνίαν διαφερόντων τῇ περὶ τῶν ἰδεῶν ὑποθέσει φιλαλήθως ὡμολόγηκεν. ἐν γοῦν τῷ λόγῳ ὃν ἐπέγραψεν ἐπίσκεψις τῶν πρὸς τὸν Πλάτωνος Τίμαιον ὑπ' Ἀριστοτέλους ἀντει-*

---

autem et Stobaei codicem Comm. p. 22 et Plutarchum de placitis phil. ib. p. 105, testamentum Porcelli p. 168 et Senecae fragmenta p. 111 cf. ed. Fickert III, 743. etc.

*) praef. in Erot. et l. adv. Col. = ep. 18 et 13: I. C. Scal. epistolae et orationes. Lugd. Bat. 1600. 8. item ep. 14 = praef. in ed. sec. Commentarii in consuetudines Burdigalensium, in quo multo ante versiones illas edito p. 227 citaverat Plutarchi fragmenta de nobilitate apud Stobaeum. cf. ep. 22 p. 100. ep. 63 p. 214: *redde mihi praefationes meas.* — de Plutarchi quodam libro obscure ep. p. 210 cf. 197. ceterum easdem plane quas fictus ille Plutarchus nobilitatis cum virtute coniunctae laudes identidem praedicat ipse Scaliger, cf. ep. 27 et poemat. p. 133 in ed. Commelin. 1600 t. II cum Plut. c. 5. mortuus autem est Ferronus a. 1563. cf. de eo A. Teissier, Eloges des hommes savans t. II Leyde 1715 p. 107.

ρημένων ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ ταῦτά φησιν ἐπὶ λέξεως· «ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ ὄνομα δυσχεραίνει τοῦ παραδείγματος μεταφορικὸν αὐτὸ λέγων καὶ πολλῷ μᾶλλον πρὸς τὸ δόγμα μάχεται καὶ ἁπλῶς τὸ τὰς ἰδέας εἰσάγον καὶ διαφερόντως πρὸς τὸ αὐτοζῷον, ὡς ἐν τῇ μετὰ τὰ φυσικὰ γέγραφε. καὶ κινδυνεύει μηδὲν οὕτως ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος ἀποποιήσασθαι τῶν Πλάτωνος ὡς τὴν τῶν ἰδεῶν ὑπόθεσιν, οὐ μόνον ἐν λογικοῖς τερετίσματα τὰ εἴδη καλῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἠθικοῖς πρὸς τὸ αὐτοαγαθὸν διαμαχόμενος, καὶ ἐν φυσικοῖς οὐκ ἀξιῶν τὰς γενέσεις εἰς τὰς ἰδέας ἀναφέρειν ὡς ἐν τοῖς περὶ γένεσεως καὶ φθορᾶς, καὶ ἐν τῇ μετὰ τὰ φυσικὰ πολλῷ πλέον ἅτε περὶ τῶν ἀρχῶν πραγματευόμενος καὶ κατατείνων μακρὰς κατηγορίας τῶν ἰδεῶν ἐν τοῖς πρώτοις ἐν τοῖς μέσοις ἐν τοῖς τελευταίοις τῆς πραγματείας ἐκείνης, καὶ ἐν τοῖς διαλόγοις σαφέστατα κεκραγὼς μὴ δύνασθαι τῷ δόγματι τούτῳ συμπαθεῖν κἄν τις αὐτὸν οἴηται διὰ φιλονεικίαν ἀντιλέγειν.» οὕτω καὶ ὁ Πρόκλος λαμπρᾷ τῇ φωνῇ τὴν διαφωνίαν τῶν φιλοσόφων ὡμολόγηκεν.

Eodem fonte quo Proclus iam Plutarchus usus esse videtur adv. Colot. 14: τάς γε μὴν ἰδέας περὶ ὧν ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι πανταχοῦ κινῶν ὁ Ἀριστοτέλης καὶ πᾶσαν ἐπάγων ἀπορίαν αὐταῖς ἐν τοῖς ἠθικοῖς ὑπομνήμασιν, ἐν τοῖς [μετὰ τὰ φυσικά, ἐν τοῖς] φυσικοῖς, διὰ τῶν ἐξωτερικῶν διαλόγων, φιλονεικότερον ἐνίοις ἔδοξεν ἢ φιλοσοφώτερον ἐκ τῶν δογμάτων τούτων ὡς προθέμενος τὴν Πλάτωνος ὑπεριδεῖν φιλοσοφίαν· οὕτω μακρὰν ἦν τοῦ ἀκολουθεῖν.

Ad p. 43: Ciceronis auctoritatem (fr. 15) confirmat alterum quod accedat dialogi de philosophia fragmentum (B. p. 100)

15 b (de fr. 15a vide supra Add. ad p. 43)

apud Pseudo-Philonem περὶ ἀφθαρσίας κόσμου (t. II p. 489 Mangey cf. de mundo p. 609): Ἀριστοτέλης δέ, μήποτ' εὐσεβῶς καὶ ὁσίως ἐνιστάμενος, ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον ἔφη τὸν κόσμον εἶναι· δεινὴν δὲ ἀθεότητα κατεγίνωσκε τῶν τὰ ἐναντία διεξιόντων, οἳ τῶν χειροκμήτων οὐδὲν ᾠήθησαν διαφέρειν τοσοῦτον ὁρατὸν θεόν, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὸ ἄλλο τῶν πλανήτων καὶ ἀπλανῶν ὡς ἀληθῶς περιέχοντα πάνθειον· ἔλεγέ τε, ὡς ἔστιν ἀκούειν, καὶ κατακερτομῶν ὅτι πάλαι μὲν ἐδεδίει περὶ τῆς οἰκίας, μὴ βιαίοις πνεύμασιν (ῥεύμασιν corr. B.) ἢ χειμῶσιν ἐξαισίοις ἢ χρόνῳ ἢ ῥᾳθυμίᾳ τῆς ἁρμοττούσης ἐπιμελείας ἀνατραπῇ· νυνὶ δὲ φόβον ἐπικεκρεμάσθαι μείζονα πρὸς τῶν τὸν ἅπαντα κόσμον τῷ λόγῳ καθαιρούντων.

Ad p. 61 v. 10 (fr. 35): scribendum *quam artissime* (B. p. 144).

Ad p. 71 (fr. 44): *arguta* haec *conclusio* protreptici Aristotelici in recentiorum scholis (Quintil. 5, 10, 70) pervulgata erat rediitque (sec. Lactant. inst. div. 3, 17) in ipso Hortensio Ciceronis *quem* (ut legitur in vita Salonini Gallieni c. 2) *ad exemplum protreptici scripsit* (B. p. 119).

Ad p. 86 (fr. 61) cf. locum notissimum Cic. de fin. 5, 4 (*quumque uterque eorum* — sc. Aristoteles et Theophrastus — *docuisset qualem in republica principem esse conveniret, pluribus praeterea* etc. ceterum in epistola Ciceronis legendum esse videtur (p. 87 v. 8) *de praestante cive* (non *viro*. B. p. 154).

Ad p. 87: dialogum *π. δικαιοσύνης* ex Cicerone tangit etiam Lactantius inst. div. 3, 14 (ubi de Carneade Romae disputante): *Carneades autem ut Aristotelem refelleret ac Platonem iustitiae patronos* etc. cf. 3, 17 (B. p. 50. 152).

Ad p. 95 (fr. 72): ad hanc ipsam huius loci sententiam alludit Eratosthenes in fine l. II geograph..apud Strab. I p. 66: *ἐπὶ τέλει δὲ τοῦ ὑπομνήματος οὐκ ἐπαινέσας τοὺς δίχα διαιροῦντας ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος εἴς τε Ἕλληνας καὶ βαρβάρους καὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ παραινοῦντας τοῖς μὲν Ἕλλησιν ὡς φίλοις χρῆσθαι τοῖς δὲ βαρβάροις ὡς πολεμίοις, βέλτιον εἶναί φησιν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν ταῦτα.* quod quidem, ut contra ait Strabo, revera ita fecit Alexander non ad verba sed *πρὸς τὴν διάνοιαν σκοπῶν τὴν τῶν ἐπεσταλκότων.* (B. p. 155.)

Ad p. 99 v. ult. (fr. 74): *σκεπτέον ἄλλον τρόπον τίνι τοῦτο ἔνι ποτέ;* (ita artificiosius B. p. 141).

Ad p. 101 v. 4 (fr. 76): *καί τινες εἰρήκασιν οὕτως, ἐκ τούτου διελέγχειν προσποιούμενοι τοῦ συλλογισμοῦ τὴν εὐγένειαν* (ita optime B. p. 141).

Ad p. 608 c. 9: cf. B. p. 161.

Sane igitur de dialogo *περὶ φιλοσοφίας* bene meritus est Iacobus Bernays, cui nova eius fragmenta duo gravissima debentur. alia post meas curas iam suppeditabunt alii, in primis ut spero Aemilius Heitz, cuius collectio fragmentorum Aristotelicorum magnas academiae Berolinensis laudes tulit (cf. Monatsberichte 1862 p. 608): nam *εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ.*

Index auctorum

qui Aristotelis fragmenta praebent

(omissis tamen Byzantinorum scriptorum eis locis, in quibus ipsorum antiquiorum quos etiamnunc legimus auctorum verba, velut Harpocrationis Plutarchi Athenaei etc., tantum modo repetuntur).

Finitum Berolini
die 29 m. Ianuarii a. 1862
deinde autem postquam die 3 m. Iulii academia Berolinensis iudicio suo comprobavit praemioque ornavit, cum additamentis quibusdam ex itinere Anglico auctumnali reportatis notulisque paucis hic illic adiectis, Lipsiam ut imprimatur transmissum die 6 Octobris eiusdem anni 1862.
Anecd. V et Addenda adieci m. Iunio 1863.

Valentinus Rose.